Matrikeln

Bisthums

Freysing

HAROLD B. LEE LIBRARY
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
PROVO, UTAH

A/ECl

702500 (3 Bde)

1536
.F74x
vol. 2

Die

älteren Matrikeln

des Bisthums

Freyſing.

Herausgegeben

von

Dr. Martin v. Deutinger,

Dompropſt und Director des erzbiſchöfl. allgemeinen geiſtlichen Rathes und des Metropolitangerichtes in München, vormaligen Oberkirchen- und Studienrathe im Königl. Miniſterium des Innern, Mitglied der Königl. Akademie der Wiſſenſchaften in München und mehrerer hiſtor. Vereine, Ritter des Civilverdienſt-Ordens der Bayer. Krone ꝛc.

Zweyter Band.

München, 1849.
Verlag der erzbiſchöflichen Ordinariats-Kanzley.

HAROLD B. LEE LIBRARY
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
PROVO, UTAH

Fortſetzung

der

Kanonicus-

Schmidtiſchen Matrikel

des Bisthums

Freyſing

vom Jahre 1738 — 1740.

Ueberſicht
des Inhaltes der Schmidtiſchen Matrikel.

		§
Vol. I.	Allgemeine Beſchreibung der Diöceſe Freyſing . . .	1 — 14.
	Collegiatſtifte	15 — 29.
	Klöſter und Prieſterhäuſer	30 — 92.
Vol. II.	Die Decanate mit ihren Pfarreyen:	
	1. Freyſing	93 — 110.
	2. München	111 — 135.
	3. Landshut	136 — 149.
	4. Aerding	150 — 166.
Vol. III.	5. Aibling	167 — 189.
	6. Dorfen	190 — 204.
	7. Dachau	205 — 220.
Vol. IV.	8. Gindlkofen	221 — 230.
	9. Ginzelhofen	231 — 254.
	10. Grafing	255 — 265.
	11. Hirtlbach	266 — 291.
Vol. V.	12. Inkofen	292 — 301.
	13. Ramersdorf	302 — 314.
	14. Schwaben	315 — 322.
	15. Tölz	323 — 342.
Vol. VI.	16. Warngau	343 — 355.
	17. Waſſerburg	356 — 369.
	18. Rottenbuch	370 — 377.
	Statiſtiſcher Ueberblick	378.

Die §§. 1 — 166 ſind in dem erſten Bande, die §§. 167 — 342 in dem gegenwärtigen zweyten Bande abgedruckt.

Matricula

seu

plena descriptio dioecesis frisingensis.

Vol. III.

Continens Decanatus rurales Aiblinganum, Dorffensem et Dachaviensem.

Anno MDCCXXXIX.

V.

DECANATUS RURALIS

AIBLINGANUS

SUB TITULO ET PATROCINIO

S. MATTHÆI APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

Parochiæ

Decanatus ruralis Aiblingani *).

	Pag.	§.
*Aibling	1.	167.
*Aing	81.	171.
Angath	101.	172.
*Au	109.	173.
*Berbling	123.	174.
*Duntenhausen	129.	175.
Ellbach	139.	176.
Flindtspach	147.	177.
*Getting	169.	178.
Hochstedt	181.	179.
*Hœgling	191.	180.
Holzhausen	199.	181.
Irschenberg	211.	182.
*Kürchdorff	69.	170.
Langenkampffen	231.	183.
*Ostermünchen	245.	184.
Pæng	253.	185.
Pfaffenhoven	59.	169.
Praittenbach	271.	186.
Rosenhaimb	27.	168.
*Veldtkirchen	293.	187.
Vischbachau	307.	188.
et Margarethenzell	313.	189.

*) Zum jetzigen Decanate Aibling gehören nur noch die oben mit einem Sternchen bezeichneten Pfarreyen. Flintſpach, Hochſtedt, Holzhauſen, Pang, Pfaffenhofen und Roſenheim ſind dem neugebildeten Decanate Roſenheim; Ellbach, Irſchenberg, Fiſchbachau und Margarethen= oder Bayeriſch=Zell dem Decanate Miesbach zugetheilt; die in Tyrol gelegenen Pfarreyen aber (Angath, Langenkampfen und Praittenbach) an das Erzbisthum Salzburg abgegeben worden. D.

§. 167.

Parochia Bmæ Virginis in Aibling *).

1. Hæc Parochia, uti denotat matricula antiqua, est de collatione Reverendissimi Domini summi Scholastici ecclesiæ cathedralis Frisingensis, ubi etiam hæc leguntur verba: *Item dicta ecclesia est incorporata Scholastico Frisingensi pro 20 ℔. dl.* Parochus recipit suam institutionem & perpetuationem ab Episcopo, uti videtur in libro investiturarum sub dato 11 Martii 1738. — Hujus capituli ruralis Decanus est R. D. Joannes Dinzenhover, jur. utr. Lic., Parochus Aiblingensis libere resignatus. Parochus autem modernus est R. D. Josephus Eisenreich, ss. theol. Lic., ao. 1738 institutus & perpetuatus.

2. De proventibus hujus Parochiæ leguntur in veteri matricula sequentia: *Item habet ex institutionibus circiter 50 flor., pro quibus tenetur habere Sacellanum primissarium,**) et ex aliis prædiis 23 flor., in missis hebdomadilibus 7 flor. et ex Mietraching 3 ℔ dl. Item ab ecclesia Ellmosen 20 ℔ dl. Confessionalia ad 5 fl., panes primitiales ad 1 fl.* Hodie Parochus mansum proprium non habet, sed ab ecclesia parochiali ipsi locatum, eine Hueben, de quo juxta acta visitalia de annis 1707 & 1712 ecclesiæ solvit 8 flor. et de domo Cooperatorum 4 flor. et de agro quodam ad anniversarium spectante 5 flor. — Parochus regulariter gaudet tertia decimarum parte per totam Parochiam, uti habetur ex iisdem actis,

---

*) III. 1. — Vgl. §§. 380. 632. 693 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung v. J. 1820 (S. 25 u. 26). — Joſ. Graſſingers Geſchichte des Marktes Aibling iſt in dem Werke: Bayern in ſeinen alterthümlichen, geſchichtlichen, artiſtiſchen und maleriſchen Schönheiten (III. Bd. S. 91 — 100) abgedruckt. Von dem nämlichen Verfaſſer liegt eine ausführlichere hiſtoriſch-topographiſche Beſchreibung der Pfarrey Aibling vor, welche in die Beyträge zur Geſchichte der Erzdiöceſe München und Freyſing aufgenommen werden wird. D.

**) III. 2.

excepto pago Mietraching, ubi integris gaudet decimis, demptis duobus colonis & fundis ad ecclesiam spectantibus, prout indicant eadem acta visitalia. Integri proventus hujus Parochiæ ex manso conducto, decimis, fundationibus & accidentiis stolæ communibus annis*) putantur ascendere posse ultra 1000 florenos. Condecimatores præcipui sunt in pago Tallackher capitulum cathedrale Frisingense, item Dominus in Maxlrain, item parochialis ecclesia in Aibling, et in villis solitariis ferme tot sunt condecimatores, quot sunt ædes. — Onera Parochi exprimit antiqua matricula sequentibus verbis: *Item habet unum Cooperatorem, duos Sacellanos, Primissarium & Scholasticum, quibus dat tabulam, Sacellanis 24 flor., Primissario 14 flor. & stolam.* Hodie alit Parochus duos Cooperatores, seu potius unum Cooperatorem & alterum Capellanum, uti notant acta visitalia prædicta. Item præstat summo Scholastico ecclesiæ cathedralis Frising. annuam pensionem 150 florenorum, ludimagistro in Aibling mit Einſchluß von 4 Metzen Korn 30 fl., Steuer ad præfecturam Aiblinganam 8 fl., Jägergelt 3 fl., ad seminarium episcopale Frising. 3 fl., cathedraticum**) 22 kr. 1 dl., ad fabricam cathedr. eccles. Frising. 14 kr. — Habitationes Parochi & Cooperatorum sunt structuræ honestæ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1932 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Aibling habet alias septem ecclesias filiales, nempe s. Sebastiani in foro oppidi Aibling, Ellmosen, Thann, Willing, Mietraching, Thürhaimb & Westerhaimb.

4. Ecclesia parochialis in Aibling insignis structuræ sex altaria habet.

Altare majus est dedicatum in honorem Bmæ Virginis in cœlos assumptæ. In eo asservatur Sanctissimum. Hic etiam colitur particula de s. Cruce, uti etiam hic reliquiæ parvæ asservantur de ss. Jacobo majore Apostolo, Georgio, Sebastiano, Vito***), Margarita martyribus. Præcipue vero statua Bmæ Virginis, publicæ venerationi exposita, multis claret beneficiis.

5. Anno 1405 Parochus, magistratus & communitas Aiblingensis fundaverunt *missam primam*, quotidie in hac ecclesia (excepto uno die per hebdomadem) celebrandam. Dederunt præter alia etiam prædium in Thall, Bach, Heckhling, Mietraching, Seiding, Osterdorff etc., ita ut fructus Primissariæ importent ferme ultra 100 florenos. Vi decreti 31 Octobr. 1712 habetur, daß in Anſehen der jährlichen zur Fruhe-Meeß gewidmeten Einkhünften dieſe nach lauth der Fundation täglich, ſo viel die Pfarrliche Verrichtungen zulaſſen, umb 6 Uhr gehalten, und wenigſt zweymahl in der Wochen ad mentem fundatorum appliciert werden ſolle. Dahingegen ſeynd (vi ejusdem de-

*) III. 3. **) III. 4. ***) III. 5.

creti) die alte Wochen-Meſſen*) des Schaltdorffers, des Grundkhoffers und des Hollnſteiners wegen gar zu geringen Einkünften auf 12 Monath-Meeſſen reduciret worden.

6. Ad eandem aram ao. 1737 Dominus Jacobus Christophorus Nindl, Churfürſtlicher Gericht- und Kaſten-Gegenſchreiber zu Aibling, fundavit Beneficium quinque missarum hebdomadalium. Dedit pro dote summam capitalem 8000 florenorum, de cujus censibus satisfit Beneficiato, qui debet esse curatus, ecclesiæ ejusque ministris. Item dedit domum beneficialem cum jure lignandi in certa sylva. Jus patronatus competit Parocho & simul magistratui civico oppidi Aibling. Confirmationem hujus Beneficii dedit Serenissimus Joannes Theodorus Episcopus Frisingensis. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Dinzenhover, jur. utr. Lic.**), hujus capituli ruralis Decanus & Parochus Aiblingensis libere resignatus, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 12 fl. 30 kr.

7. *Altare s. Honorati* martyris. In hac ara corpus, licet non integrum, colitur ejusdem s. martyris (nom. attribut.).

Altare ss. Scapularis seu s. Joannis Baptistæ. — Hoc altare privilegiatum est feriis quartis per annum pro defunctis ex confraternitate hic introducta, quæ regitur a Parocho & vitricis hujus ecclesiæ, et aggregata est Monacensi PP. Carmelitarum, quam data dote 500 florenorum sub certis clausulis fundavit Barbara Dollin vidua, et sub dato 28 Maji 1665 confirmationem episcopalem obtinuit***). — Hic etiam celebrantur 12 missæ menstruæ a Joanne Doll, Decano & Parocho Rosenhaimbensi, fundatæ & authoritate episcopali confirmatæ.

8. Anno 1485 ad hanc aram magistratus Aiblingensis, Joannis Helmb quondam Parochi in Aibling piam voluntatem executus, cum consensu Conradi Helmb, fratris prædicti Joannis, fundavit Beneficium missæ quotidianæ, una per hebdomadem die excepta. Pro fundo assignata sunt prædia in Oberhaßlach, Haimetſperg, item zwey Thail groſſ- und klainen Zechents auf etlichen Stuckhen, ſo in die Hueben gehören, et alia in fundatione expressa. Adest etiam domus beneficialis cum horto. Confirmationem huic fundationi impertivit Sixtus Episcopus Frisingensis. Hodie Beneficiatus vi decretorum sub dato 15 Nov. 1714, item 18 Febr. et 2 Decembr. 1715 propter alterationem fructuum beneficialium tenetur †), in hac ecclesia dicere tres missas hebdomadales, et in ecclesia s. Sebastiani unam hebdomadalem et ad intentionem requisitam applicare. Jus patronatus competit magistratui civico oppidi Aibling. Modernus Beneficiatus est R. D. Tobias Maurer, ao. 1733 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.

*) III. 6. **) III. 7. ***) III. 8. †) III. 9.

Ad eandem rursus aram ao. 1690 Barbara Dollin vidua fundavit vigore Beneficii ab ipsa pariter fundati, de quo infra ad ecclesiam s. Sebastiani, missam hebdomadalem die Mercurii celebrandam.

9. *Altare s. Crucis. — Altare s. Stephani protomartyris.* Ad hoc altare illustris Domina Sophia de Tauf-Kirchen nata Prandin fundatam a progenitoribus suis missam hebdomadalem & diebus Martis celebrandam*) nova additione summæ capitalis unacum anniversario innovavit & a Serenissimo Alberto Sigismundo Episcopo Frisingensi confirmationem sub dato 6 Septembr. 1660 recepit.

Altare septem Refugiorum est situm foris ante ecclesiam sub porticu.

10. Divina in hac ecclesia fiunt omni die dominica & festiva et alias ferme quotidie per annum per missas fundatas aut anniversaria etc. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum assumpt. Bmæ Virginis, patrocinium vero in hoc ipso festo. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis competentibus. — In turri sunt quinque campanæ benedictæ**). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & magistratus civici oppidi Aibling. Das eigentliche Vermögen dieſes Pfarrgotteshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Sebastiani in foro oppidi Aibling.

11. Ecclesia hæc bene ornata & ao. 1636 ex voto tempore pestis edito a certis benefactoribus, Käzel nuncupatis, hunc in finem bona sua largientibus ædificata, habet altaria tria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Sebastiani martyris. Est privilegiatum feriis secundis pro defunctis ex confraternitate s. Sebastiani hic instituta, quæ regitur per proprium magistratum***). — *Altare ss. Trinitatis. — Altare Bnæ Virginis sine labe conceptæ.*

In hac ecclesia, et quidem in ara majori leguntur plures missæ fundatæ, prout mox dicetur. Beneficiatus der Helmbiſchen Meeß tenetur hic dicere unam missam hebdomadalem ad intentionem fundatorum, prout ad altare s. Joannis Baptistæ dictum est.

12. Anno 1690 Barbara Dollin vidua fundavit Beneficium trium missarum hebdomadalium, quarum duæ diebus Martis & Veneris in hac ecclesia, una autem in ecclesia parochiali ad altare s. Joannis Baptistæ die Mercurii legenda est. Pro fundo Beneficii

---

*) III. 10. **) III. 11. ***) III. 12.

dedit summam capitalem 3600 florenorum, de quorum annuo censu satisfit Beneficiato, ecclesiis earumque ministris & eleemosynæ*) quotannis pauperibus erogandæ. Jus præsentandi fuit reservatum dem Eltiſten von dem Dolliſchen Namen und Stammen, familia autem hac extincta magistratui civico Aiblingensi. Modernus Beneficiatus est R. D. Franciscus Mittermair, ao. 1710 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos & ad seminarium episcopale 1 fl.

13. Anno 1716 Dominicus Bonin, mercator Aiblingensis, fundavit missam hebdomadalem, diebus Sabbati in hac ecclesia a Beneficiato der Helmbiſchen Meeß celebrandam. Assignavit pro fundo summam capitalem 800 florenorum, de cujus annuo censu satisfit Beneficiato, prædictæ ecclesiæ & ejus ministris.

14. Divina præter missas prædictas in hac ecclesia fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam I. mensis Maji & in festo s. Sebastiani martyris. Item, uti notatur in actis visitalibus de**) ao. 1707, hic divina peraguntur in festis s. Rochi & Bennonis. Item ex iisdem actis colligitur, in hac ecclesia ratione Beneficii Kazliani dicendas esse tres missas verisimiliter hebdomadales, de quo tamen Beneficio nulla fundatio reperitur in actis ecclesiasticis. — Cœmeterium non adest. — Sacristia tenet paramenta satis decora. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura eadem est sicuti redditiuum ecclesiæ parochialis. Das Vermögen diſes Gottshaus iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Ellmosen.

15. Ecclesia hæc firmæ ex quadro lapide structuræ, et quæ dicitur fuisse aliquando ecclesia parochialis, habet altaria tria***):

Altare majus est dedicatum in honorem s. Margaritæ virg. mart. In eo asservatur Sanctissimum. Hoc altare etiam privilegiatum est feria sexta cujuslibet hebdomadæ ratione confraternitatis s. Isidori, quæ hic authoritate ordinaria ao. 1732 fuit introducta, dotata & confirmata, et regitur per proprium magistratum.

Altaria s. Annæ & s. Joan. Evang.

Divina hic peraguntur ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis quatuor vicibus per annum, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1732. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Margaritæ & patrocinium ad festum hujus Sanctæ. Item vi decreti de dato 31 Octobr. 1712 tres missæ hebdomadales hic antehac dici solitæ†), reductæ fuerunt ad 12 missas menstruas, cum onere tamen applicandi alias missas in hac ecclesia celebrari consuetas, de quo videatur dictum decretum. — Aqua baptismalis

*) III. 13. **) III. 14. ***) III. 15. †) III. 16.

cum sacris oleis hic asservatur. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia tenet paramenta sufficientia. — In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet dieſer Zeit gegen 7000 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Thann.

16. Ecclesia hæc ante 37 annos a fundamentis pulchre ædificata tria habet altaria:

Altare majus est consecratum in honorem s. Crucis*), ubi statua Christi crucifixi affectuose sculpta plurimis beneficiis, immo subinde miraculis claret, prout plurima testantur anathemata. Colitur etiam hic particula s. Crucis.

Altare Christi sanguinem sudantis. — *Altare Christi crucem bajulantis.*

Divina hic juxta acta visitalia de ao. 1707 ordinarie fiunt in Sabbatis angarialibus. Item solent divina peragi in festis inventionis & exaltationis s. Crucis præter multa sacra votiva per annum. Dedicatio celebratur die 20 Junii, quo die ecclesia hæc fuit consecrata. — Cœmeterium non adest. Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ**). — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus electoralis Rosenhaimbensis. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt diſer Zeit gegen 4600 fl. geſtigen.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Willing.

17. Ecclesia hæc pulchra & amœna habet altaria tria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Jacobi majoris Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum. Hoc pariter altare feria III. cujuslibet hebdomadæ est privilegiatum ratione confraternitatis fidelium defunctorum hic introductæ & Monacensi ad s. Laurentium in aula veteri aggregatæ, quæ non habet proprium magistratum***).

Altaria s. Antonii de Padua & s. Leonardi Abbatis.

Divina hic ordinarie habentur duabus sibi succedentibus Dominicis & tertia in Mietraching; item in festo & feria II. Paschatis & in festo purificationis. Infra octavam corporis Christi alternatur inter hanc ecclesiam & illam in Mietraching. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Jacobi, patrocinium vero in festum s. Jacobi majoris Apostoli. Item missa hebdomadalis, antehac in hac ecclesia celebrari solita, vi decreti de dato 31 Octobr. 1712

*) III. 17. **) III. 18. ***) III. 19.

reducta fuit ad unam menstruam, usque dum constiterit de majoribus redditibus ad missam hebdomadalem ordinatis. Vigore decreti tamen de dato 18 Nov. 1715 concessum fuit, daß 6 Monat-Meeſſen an einem Feyrtag, wo nemblich ohne deme der Pfarrliche Gottsdienſt diß Orts gehalten, aber nit appliciert wirdet, die Helffte hingegen an denen[*]) Werckhtägen cum applicatione verrichtet werden mögen. — Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia instructa est paramentis decentibus. — In turri campanæ sunt tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus & Præfectus Aiblingensis. Das Vermögen dieſes Gottshauſes ſoll dieſer Zeit yber 4700 fl. ſich belauffen.

Ecclesia filialis s. Viti in Mietraching.

18. Ecclesia hæc honestæ fabricæ altaria habet duo:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Viti martyris. In eo asservatur Sanctissimum[**]). — *Altare ss. Trinitatis.*

Divina hic fiunt (vi sententiæ de dato 19 Decembr. 1667) semper tertia Dominica et duabus aliis in Willing. Item daß Pfarrer zu Weihnachten, Oſtern, Pfingſten, 4 Quatemberzeiten, an der Kirchweich, am Patrocinio und in der Octav corporis Christi alzeit den anderen Tag den ordentlichen heiligen Gottsdienſt verrichten, auch alle und jede Freytag, da aber auf ſolchen Tag ein Feſt oder andere ehrhafte Verhinderung einfahlen, an einem anderen Tag ein heilige Meeß zu leſen ſchuldig ſeyn ſolle. Ita tenor sententiæ. Dedicatio coincidit cum festo patrocinii s. Viti. In festo inventionis s. Crucis ad hanc ecclesiam fit processio. — Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis. — Cœmeterium habet ossuarium & sepulturas. — Sacristia tenet paramenta sufficientia. — In turri sunt campanæ tres benedictæ[***]). Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Parochum & Præfectum electoralem Aiblingensem. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 3000 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Georgii in Thürhaimb.

19. Ecclesia hæc parva, sed commode renovata, prope oppidum Aibling sita, altare habet unum in honorem s. Georgii mart. dedicatum. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in feriam III. Pentecostes; item in festo s. Georgii mart. & s. Catharinæ virg. mart. Notant acta visitalia de ao. 1707, a die Veneris primo post festum s. Georgii usque ad festum s. Jacobi diebus Veneris hic dici missam (eine Schaur-Meeß), nisi incidat dies festivus vel aliud impedimentum, quæ missæ requirunt determinatam applicationem ad normam decreti de dato 31 Octobr. 1712[†]). Item ex novissima

---

*) III. 20. **) III. 21. ***) III. 22. †) III. 23.

fundatione R. D. Josephi Francisci Gailler, sacerdotis & quondam Aiblingani Cooperatoris, in hac ecclesia infra diem festum s. Jacobi et Michaelis dicendæ sunt decem missæ ad ipsius intentionem, ad quam assignavit 250 florenos, de quorum annuo censu hæc fundatio conservanda est. — Cœmeterium non adest, neque sacristia. — Paramenta sumuntur ex ecclesia parochiali, cum qua ecclesia est sub una & eadem administratione. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ.

Ecclesia filialis ss. Joannis Bapt. & Evang. in Westerhaimb.

20. Ecclesia hæc exiguæ structuræ altare habet unicum, in honorem ss. Joan. Bapt. & Evang. dedicatum. — Divina hic peraguntur in dedicatione*), quæ incidit in ipsum festum s. Joannis Baptistæ; item in festo s. Joannis Evangelistæ. In festo ss. Joannis et Pauli hæc ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium non adest nec propria sacristia. Paramenta sumuntur ex ecclesia Willing. — In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ cum ecclesia in Willing sunt communes.

Capella in arce Puellach.

21. Hæc capella domestica, in arce Domini Comitis de Lamberg sita, non est consecrata, sed celebrantur in eadem super ara mobili missæ secundum facultatem a Reverendissimo Ordinario concedi solitam.

*Capella domestica Knöbliana**).*

22. In domo Francisci Josephi Knöbel, sita in oppido Aibling, exstructa fuit capella cum altari in honorem B^mæ^ Virginis sine labe conceptæ. Capella est benedicta, nondum consecrata; leguntur tamen ibidem missæ secundum facultatem ab Episcopo domino harum ædium concessam.

---

§. 168.

Parochia s. Nicolai in Rosenhaimb seu Par. Pfaffenhoven***).

1. Anno 1500 Alexander Papa VI. Parochiam s. Laurentii in Pfaffenhoven univit & incorporavit nobili monasterio Monialium

---

*) III. 24. **) III. 25.

***) III. 27. — Vgl. §§. 394. 631. 693 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung

ordinis s. Benedicti in Frauen-Chiembsee. Ita etiam colligitur ex veteri matricula. Ab anno 1602 & subsequentibus inter Serenissimum Ducem Bavariæ, Ordinariatum Frisingensem & Abbatissam in Chiembsee tanquam patronam ad instantiam magistratus oppidi Rosenhaimbensis diu fuit deliberatum ac tandem stabilitum ac conclusum, ut ex pago Pfaffenhoven sedes parochialis transferatur in oppidum, relicto*) tamen Vicario curato in Pfaffenhoven; id quod hodie sic observatur. Instrumenta tamen super hujusmodi translatione non omnia reperiuntur in actis ecclesiasticis. Parochum autem Rosenheimensem præsentat Abbatissa & conventus memorati monasterii in Chiembsee. — Modernus Parochus est R. D. Andreas Schropp, ss. theol. Doctor, ao. 1718 perpetuatus & respective investitus. Dat pro primis fructibus 24 florenos. Est hujus capituli ruralis Camerarius.

2. Proventus Parochi consistunt maxime in decimis et in stolæ accidentiis, nec non in Beneficio, Aſchauer-Meeß, Parochiæ unito, et in variis aliis stipendiis, quæ ab ecclesiis suis filialibus & fundationibus particularibus recipit. Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis 700 florenos putantur**) non transcendere. Condecimatores adsunt multi, et quidem in Langenpfunzen Greſſeckh fänget 2 Thail Zechents. Zu Weſterndorff hat Pfarrer in 7 Häuſern ain Dritthail, das ybrige fänget Johann Hueber Pöckh und Johann Hauſer, Pruggmaiſter zu Roſenhaimb. Zu Mündtſperg in 11 Häuſern condecimiren Stockhinger Weinwüerth und Mathias Siriſche Erben. Zu Teutlhauſen hat Pfarrer ain Drittel, das ybrige haben Ruedorffer Lebzelter und Aman Peckh. Zu Lochen bey 3 Häuſern hat Pfarrer die Helffte, die andere Helffte das Laureto-Gottshaus zu Roſenhaimb; alſo auch zu Kapps. Zu Vorderreith hat Pfarrer ain Dritthail, das ybrige fänget Stockhinger und die Siriſche Erben. Zu Hinterreith hat Pfarrer bey 2 Häuſern allen Zechent, wie auch allen zu Mühlſtetten und zu Rottmühl von halben Lechen. Zu Stadl hat Pfarrer ain Dritthail, Stockhinger und Siriſche Erben das ybrige. Zu Hauſtatt hat Pfarrer ain Drittl, Greſſeckh zwey. Vor den Zechent im Burgfrid zahlt die***) Markh-Cammer jährlich 10 fl. Zu Wernhardtſperg hat Pfarrer ain Drittl, das ybrige das Spital und Weiſſwärth zu Nußdorff. Zu Weſterndorff im obern Dorff hat Pfarrer ain Drittl, das andere der Günzlſperger, Gerichts Aibling, das Dritte haben die Baurn ſelbſten. Auf der Mangfall hat Pfarrer völligen Zechent, wie auch zu Fürſtätt von 5 Güettlen. So hat auch an 4 Orthen in dem Roſenhaimbiſchen Gezürkh der Vicarius zu Pfaffenhoffen den Zechent.

(S. 56 u. 57), ſo wie Klöckls Roſenheim mit ſeiner Heilquelle (München 1815. 8.) und (eines Ungenannten) kurze Beſchreibung des Landgerichts Roſenheim und des Herrſchaftsgerichtes Hohenaſchau (München 1841. 8.). D.

*) III. 28. **) III. 29. ***) III. 30.

Domus parochialis antehac non adfuit: modernus autem Parochus ex propriis mediis cum onere tamen successorum comparavit et reparavit insignem in oppido habitationem pro sua & successorum suorum residentia. — Parochus habet duos Cooperatores, qui tamen cum ipso non habitant, sed in ædibus suorum Beneficiorum*) Cooperaturæ annexorum. Item solvit Parochus Widumbſteur und Jäger-Gelt 6 fl. 40 kr., Zechentgelt zum Gottshaus Pfaffenhoven 10 fl., Abſent nach Frauen-Chiembſec gegen 10 fl.**); item aldahin ratione decimarum 25 fl., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis Frising. 14 kr.

Communicantes in oppido Rosenhaimb & locis appertinentibus novissime 1437 numerati sunt.

3. Ecclesiæ s. Nicolai in Rosenhaimb annumerantur aliæ octo filiales, nempe die Weidacheriſche Capellen passionis Domini auf dem Pfarr-Freutthof, s. Michaelis in cœmeterio ibidem, s. Salvatoris auf dem Euſſeren Freuthoff, s. Sebastiani im Burgfrüd, s. Josephi in hospitali & s. Spiritus in dem Markh, capella lauretana extra oppidum***), capella s. Crucis in domo Pichelmairiana.

4. Ecclesia parochialis s. Nicolai magnificæ est structuræ. Altaria adsunt octo:

Altare majus est dedicatum principaliter in honorem s. Nicolai Episcopi mart. In eo asservatur Sanctissimum & colitur particula de s. Cruce. Idem altare est etiam privilegiatum diebus Lunæ ratione *confraternitatis corporis Christi* hic institutæ, quæ regitur per proprium magistratum, et ratione cujus per annum plura a Parocho peragenda sunt officia divina.

Ad hanc aram fundatæ jam anno 1388 a Wolfgango Aschauer zu Aſchau und Wildenwarth missæ, pro quibus Parocho 60 floreni penduntur, et quidem duæ hebdomadatim leguntur, de quibus & aliis Parocho incumbentibus missis videatur instrumentum†) sub Stephano Episcopo Frisingensi de dato 24 Mart. 1616, ubi habetur, quod Parochus teneatur ad legendas per annum 16 missas de Requiem, et ratione der Fruhe-Meeß, quæ originem suam jam ab anno 1351 a communitate Rosenhaimensi habuit, 12 missas menstruatim, ratione der Ritter-Meeß vero ad nihil teneatur etc.

Ad idem altare Anna Maria Barthlin vidua fundavit 24 missas menstruas, per Beneficiatos Wolf-Scherrianum & Lauretanum celebrandas. Dedit pro earundem & aliarum missarum hebdomadalium (de quibus infra ad capellam passionis Domini) per-

---

*) III. 31.

**) In der Originalhandſchrift des Verfaſſers ſtehen 100 fl. D.

***) III. 32. †) III. 33.

solutione duas domos, hortum & decimas in Hochenhoffen & Westerndorff. Accessit confirmatio episcopalis de anno 1710.

5. *Altare B^{mæ} Virginis annunciatæ*)* est privilegiatum diebus Sabbati ratione *confraternitatis* B^{mæ} Virginis annunciatæ, quæ confraternitas est incorporata Oettinganæ, et pariter regitur per proprium magistratum.

Anno 1669 ex pia dispositione Domini Wolfgangi Scherr von Farmach, Verwalters der Herrſchaft Hochenaſchau, fundatum & authoritate episcopali confirmatum fuit Beneficium ad prædictum altare B^{mæ} Virginis. Pro fundo assignata 9 millia florenorum, de qua tamen summa emptum fuit das adeliche Guett Mattenhoffen, ſambt dem Dörffel und zwen Baurnhöff am Höffelſperg, einem dabey vorhandenen Zechent, Holz und Füſchweyer, Alles im Landgericht Schwaben entlegen, ſambt einem Zechent zu Weſterndorff. Successu tamen temporis hoffmarchia Mattenhoffen fuit**) alienata. Beneficiatus tenetur omni die dominica & festiva, item diebus Martis, Mercurii & Sabbati celebrare missam. Item celebrandæ sunt quatuor missæ angariales solennes & etiam eleemosyna pauperibus distribuenda est. Jus patronatus vi sententiæ de dato 31 Aug. 1719 assignatum est denen Wolf- und Helena-Scherriſchen Erben aus der Freundtſchaft. Modernus Beneficiatus est R. D. Franc. Xav. Zechentmair, ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 15 florenos & ad episcopale seminarium 1 fl.

6. Ad idem rursus altare ao. 1675 ex pia dispositione Helenae Scherr von Farmach, supradicti Wolfgangi relictæ viduæ, fundatum & authoritate episcopali confirmatum fuit alterum Beneficium. Pro fundo præter domum beneficialem assignata fuit summa capitalis 8000 florenorum. Beneficiatus tenetur omni die dominica & festiva & omni die per hebdomadem, excepto uno***), celebrare missam. Jus patronatus vi supracitatæ sententiæ de dato 31 Aug. 1719 adjudicatum fuit dem Eltiſten aus der Scherriſchen Freundſchaft nach Anlaithung der Fundation usque ad quartum gradum inclusive. Modernus Beneficiatus est R. D. Ant. Maisser, ao. 1715 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos †) & ad episcopale seminarium 1 fl. ††).

7. Iterum ad hoc altare non solum tenore actorum visitalium de ao. 1707, sed etiam vi instrumenti sub altefato Episcopo Ste-

---

*) III. 34. **) III. 35. ***) III. 36.

†) Dieſe Angabe iſt irrig; der Helena-Scherriſche Beneficiat hat pro primis fructibus nur 16 fl. zu bezahlen. Die ganze Inveſtiturstaxe mit Einſchluß der Kanzleygebühren und herkömmlichen Honoranzen beträgt 39 fl. 49 kr. D.

††) Der Helena-Scherriſche Beneficiat verſieht jetzt auch eine Lehrſtelle an der lateiniſchen Schule in Roſenheim. D.

phano de anno 1616 ex mediis confraternitatis Bmæ Virginis fundata est missa hebdomadalis cum aliis 12 menstruis ex proventibus circiter 50 florenorum & ædibus propriis, quarum conservatio incumbit ecclesiæ vitricis; ubi notandum, quod hæc fundatio, sicut etiam die Hiebliſche und Pernaueriſche Meeß, adjuncta fuit Cooperaturæ Rosenhaimbensi secundariæ. Debet autem*) Cooperator ratione der Hiebler-Meeß, welche Ihme circiter 50 fl. ertraget, celebrare in ara s. Sebastiani unam missam hebdomadalem & unam menstruam. Ratione der Pernauer-Meeß, welche bey faſt gleichen Einkommen iſt, debet Cooperator in ecclesia s. Michaelis dicere missam hebdomadalem & quatuor angariales, nec non etiam in festo omnium Sanctorum & in die commemorationis fidelium defunctorum. Cooperator ergo tanquam Beneficiatus der Bruderſchaft von Franz Hiebler- und Pernauer-Meeß, a Parocho & magistratu civico Rosenhaimbensi præsentatur pro investitura & cura recipienda. Modernus Beneficiatus est R. D. Laurentius Kunz, ss. theol. Doctor, ao. 1733 investitus. Dat pro primis fructibus 15 florenos, ad episcopale seminarium 1 fl.

8. *Altare s. Erasmi mart.* est privilegiatum diebus Veneris**) ratione *confraternitatis* fidelium defunctorum hic institutæ, quæ regitur per proprium magistratum.

Altare s. Antonii de Padua.

Altare s. Sebastiani mart. est pariter privilegiatum diebus Martis pro *confraternitate* ejusdem Sancti hic instituta, quæ etiam regitur a suo magistratu. Item in hac ara Cooperator ratione der Hiebler-Meeß debet celebrare missam hebdomadalem cum 12 menstruis, uti supra notatum est, et prout indicant acta visitalia de ao. 1707.

Altare s. Victoriæ. Hoc altare est situm in speciali capella, ecclesiæ parochiali annexa, quam de licentia Ordinarii de anno 1675 ædificavit Joannes Stockhinger civis Rosenhaimbensis. Ipsum altare est privilegiatum diebus Mercurii***) universaliter pro defunctis. Ibidem venerationi expositum est corpus s. Victoriæ martyris.

9. *Altare Bmæ Virginis auxiliatricis.* Ad hoc altare vigore rememorati instrumenti sub Stephano Episcopo Frisingensi de dato 24 Mart. 1616 fundatum extat Beneficium a Joanne Hueber. Hoc Beneficium, die Hueberiſche Meeß, quod hoc tempore circiter 90 florenos importat, sicut & illud, quod in ecclesia s. Spiritus a Joanne Stier cive Rosenhaimbensi fundatum existit, annexum est Cooperaturæ primariæ Rosenhaimbensi. Cooperator ergo primarius debet

---

*) III. 37. **) III. 38. ***) III. 39.

ratione der Hueber-Meeß celebrare duas missas hebdomadales & 12 menstruas. Præsentatur autem idem Cooperator tanquam Beneficiatus der Hueber- und Stier-Meeß a Parocho*) et magistratu civico Rosenhaimbensi pro investitura & cura. Modernus Beneficiatus est R. D. Georgius Mittermayr, ao. 1709 investitus. Dat pro primis fructibus 15 fl., ad episcopale seminarium 1 fl. Circa præsentationem Parochi videatur protocollum concilii ecclesiastici de dato 28 Jul. 1667 & liber investiturarum de dato 8 Aug. 1647, 26 Jan. 1657, 28 Jul. 1667, 28 Junii 1694.

10. Rursus ad hoc altare ao. 1695 ex pia dispositione Balthasari Hoppenbüchler, civis & praxatoris Rosenhaimbensis, fundatum fuit & authoritate ordinaria confirmatum Beneficium missæ quotidianæ & quatuor missarum solennium angarialium. Pro fundo assignati sunt 9000 floreni, de quorum annuo censu satisfit Beneficiato, ecclesiæ & ejus ministris. Jus patronatus fuit reservatum dem Hoppenbüchleriſchen Manns-Stammen**) et in hujus defectu magistratui civico Rosenhaimbensi, doch daß ein befreundter Prüeſter des Stüfters vor anderen hierzu ſolle præsentieret werden. Modernus Beneficiatus est R. D. Franc. Xav. Jos. Hoppenbüchler, ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 15 florenos & ad episcopale seminarium 1 fl.

11. Ad idem præcipue altare ex pia dispositione Balthasari Six, civis & mercatoris Rosenhaimbensis, ao. 1698 fundatum et authoritate episcopali confirmatum fuit Beneficium sex missarum hebdomadalium (ita ut Beneficiatus sola die dominica vacans sit), etiam pro parte in aris privilegiatis dicendarum. Assignati (sunt) pro fundo 10000 floreni, quorum omnium annuo censu satisfit Beneficiato, ecclesiæ & ejus ministris. Debet etiam Beneficiatus diebus dominicis & festivis assistere in choro. Jus patronatus reservavit***) fundator ſeinem Sohn Mathiaſen Sixen, auch ſeinen eheleiblichen und Kinds Kindern, ſo lang von deren Geblüeth ein mannlicher Leibs-Erb vorhanden ſeyn werde, nach Abſterben aber des Sixiſchen Namens dem bürgerlichen Rhat zu Roſenhaimb, welcher auch jetziger Zeit würkhlicher Patronus iſt. Modernus Beneficiatus est R. D. Christophorus Müller, ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 15 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl. †).

Altare s. Joannis Nepom. mart. noviter erectum, necdum consecratum.

12. Divina in hac ecclesia fiunt frequentissime & omni die. Dedicatio celebratur in Dominica post assumpt. B. M. Virg., pa-

*) III. 40. **) III. 41. ***) III. 42.

†) Der Sixiſche Beneficiat verſieht jetzt neben dem Helena-Scherriſchen eine Lehrſtelle an der lateiniſchen Schule in Roſenheim. D.

trocinium vero in festo s. Nicolai Episcopi. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario*) & sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis copiosis, decoris & etiam pretiosis. In turri sunt campanæ quatuor benedictæ. Reperitur etiam in actis ecclesiasticis confirmatio episcopalis missarum menstruarum a Martino Frombholzer, jur. utr. Candidato, fundatorum ad altare s. Annæ sub dato 30 Jan. 1649. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & magistratus civici Rosenhaimbensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſoll ſich diſer Zeit gegen 20000 fl. belauffen.

13. Cœteroquin in antiqua matricula de Beneficiis Rosenhaimbensibus leguntur sequentia: *In ecclesia Rosenhaimb Beneficia fundata: Altare Bmæ Virginis de præsentatione civium. Valoris 24 tt. dl.***). — *Altare s. Andreæ de præsentatione civium. Valoris 24 tt. dl. — Altare Bmæ Virginis in sacello, de præsentatione civium. Valoris 40 fl. — Insuper in eadem ecclesia est Primissarius per cives ad nutum amovibilis, cui cives dant 22 tt. dl. — In ecclesia s. Spiritus altare s. Spiritus de præsentatione civium. Valoris 24 tt. dl. — In sacello s. Michaelis altare s. Michaelis de præsentatione civium. Valoris 30 tt. dl.*

Capella filialis passionis Domini in cœmeterio.

14. Hanc capellam ex speciali sua devotione circa annum 1669 de licentia Ordinarii ædificavit & dotavit Sebastianus Weidacher, consul & mercator Rosenhaimbensis. Adest altare unum in honorem passionis dominicæ dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi. Notant acta visitalia de ao. 1707***), memoratum Weidacher mille florenis fundasse in hac capella missam hebdomadalem, diebus Mercurii celebrandam, nec non etiam missam solennem, in dedicatione cantandam. Anna Maria Barthlin vidua fundavit ad hanc capellam missam hebdomadalem, per Beneficiatum Wolf-Scherrianum & lauretanum diebus Veneris celebrandam, et authoritate episcopali confirmatam. De fundo hujus missæ vid. ad altare majus ecclesiæ s. Nicolai. — Sacristia non adest (paramenta sumuntur ex ecclesia s. Nicolai) neque hic habetur campana.

Ecclesia filialis s. Michaelis in cœmeterio.

15. Ecclesia hæc, ao. 1508 ab Oswaldo Bernauer cive Rosenhaimbensi exstructa, altaria habet tria†): Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, altare Bmæ Virg. dolorosæ et altare omnium Sanctorum.

Divina fiunt hic in festo s. Michaelis & in dedicatione, quæ

*) III. 43. **) III. 44. ***) III. 45. †) III. 46.

incidit in Dominicam VIII. post Pentecosten. Item Cooperator junior ex fundatione supradicti Bernauer celebrat hic hebdomadalem et quatuor angariales missas & missam cantatam in festo Sanctorum omnium & in commemoratione fidelium defunctorum, uti supra jam fuit insinuatum. Notant etiam acta visitalia de ao. 1707, in ara matris dolorosæ dicendas esse 4 missas angariales de Requiem cum memoria fundatorum. — Sacristia adest propria necessariis instructa. — In turri sunt duæ benedictæ campanæ*). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & magistratus civici Rosenhaimbensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 2500 fl. betragen.

Ecclesia filialis ss. Salvatoris in communi cœmeterio extra oppidum.

16. Ecclesia hæc communis cœmeterii, nunc pulchre reparata, habet altare unum, ss. Salvatori dicatum. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dom. II. post Pascha, et in commemoratione fidelium defunctorum. Item aliqua anniversaria hic celebrantur per annum. Acta visitalia de ao. 1707 hic notant missam hebdomadalem a Martino Papin, cive quondam & mercatore, fundatam & Cooperaturæ (secundariæ) unitam**). Huic ecclesiæ adjacet cœmeterium commune. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & magistratum civicum Rosenhaimbensem. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 2100 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Sebastiani im Burgfridt.

17. Ecclesia hæc bonæ structuræ aram habet unam, in honorem s. Sebastiani dedicatam. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Joannis Baptistæ. Divina alias fiunt hic in festo s. Sebastiani per Beneficiatum lauretanum, de quo infra, qui etiam juxta acta visitalia de ao. 1707 hic peragit missas anniversarias & angariales***). — Cœmeterium hic adest pro pestiferis. — Sacristia habet paramenta necessaria. — In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum est penes Parochum & magistratum Rosenhaimbensem. Das Vermögen dieſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 1900 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Josephi in hospitali.

18. Hæc ecclesia ao. 1619 a Simone Beer, cive & mercatore Rosenhaimbensi, ædificata & dotata fuit. Fundavit etiam in eadem Beneficium, a Vito Adamo Episcopo Frisingensi confirmatum. Cum

*) III. 47. **) III. 48. ***) III. 49.

autem ao. 1641, exorto in oppido Rosenhaimb gravissimo incendio, hæc quoque ecclesia consumpta fuerit, Andreas Beer, Simonis filius, civis & mercator ibidem hanc ecclesiam reædificavit*). — Adest unum altare in honorem s. Josephi dedicatum. — Beneficiatus tenetur celebrare dedicationem in Dominica infra octavam Ascensionis, patrocinium vero in festo s. Josephi & insuper dicere tres missas hebdomadales. Item debet Beneficiatus omni die dominica, nec non in festis Paschatis, Pentecostes & Nativ. Domini et in festis purificationis, annunciationis, assumptionis & nativitatis Bmæ Virginis præter missam etiam prædicare verbum Dei. Beneficiatus ex assignatis summis capitalibus percipit annuos circiter 260 florenos, et habet etiam propriam habitationem cum horto, quæ conservatur ab hospitali. Collatio libera hujus Beneficii & jus præsentandi ad illud alternatim observatur inter Episcopum Frisingensem & magistratum civicum Rosenhaimbensem. Modernus Beneficiatus est R. D. Christianus Rheinländer, ao. 1714 investitus**). Dat pro primis fructibus 15 florenos, ad episcopale seminarium 1 fl.

Ad hanc capellam Wolfgangus Pichelmair, consul Rosenhaimbensis ao. 1675 fundavit missas 12 & eleemosynas menstruas, et desuper confirmationem episcopalem obtinuit. — Sacristia adest instructa decentibus paramentis. — In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et magistratum prædictum. Es ſolle diſer Zeit das völlige Vermögen diſes Gottshaus ſich yber 13000 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Spiritus in oppido.

19. Hæc ecclesia, antiquitus a Joanne Stier cive Rosenhaimbensi exstructa, altare habet unum, Spiritui***) sancto dedicatum. Idem Joannes Stier hic fundavit Beneficium missæ quotidianæ, quæ tamen ao. 1616 annexa fuit Cooperaturæ, uti supra dictum est, et sub hoc modo: Von diſes Beneficii wegen ſolle Er Cooperator senior ſchuldig ſeyn, in des hl. Geiſts Gottshaus alle Sonn- und Feyrtag ain Meeß und ain Requiem, da aber in der Wochen zwey Feyrtag einfahlen, Er das Requiem auszurichten nicht verbunden ſeyn. Percipit exinde Cooperator tanquam Beneficiatus circiter 100 florenos, et habet propriam habitationem ab ecclesiæ vitricis conservandam. Modenus Beneficiatus est R. D. Georgius Mittermayr, de quo supra ad altare Bmæ Virginis auxiliatricis in ecclesia s. Nicolai dictum fuit. Ad hanc capellam ao. 1712 Maria Hupfaufin†) vidua fundavit 12 missas menstruas, et pro fundo & hypotheca assignavit pratum in dem Nörreith ac confirmationem etiam episcopalem desuper obtinuit. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Martini. — Cœmeterium hic nullum est. — Sacristia est provisa para-

*) III. 50. **) III. 51. ***) III. 52. †) III. 53.

mentis necessariis & decentibus. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ.

Capella filialis domus lauretanæ extra oppidum.

20. Hanc capellam ao. 1635 ad normam domus lauretanæ cum uno altari in honorem B^mæ Virginis, cujus statua beneficiis clara est, exstruxit & dotavit Georgius Schaur, civis & mercator Rosenhaimbensis, et cum successive capellæ hujus media crescerent*), fundata fuit accedente authoritate episcopali propria Capellania seu Beneficium, cujus Beneficiatus tenetur celebrare missam singulis diebus dominicis & festivis ac sabbatinis, item missas 12 menstruas & 4 angariales. — Proventus hujus Beneficii consistunt juxta fundationem & acta visitalia in 150 florenis. Jus præsentandi Beneficiatum pertinet ad magistratum confraternitatis corporis Christi, cui hæc capella incorporata est. Modernus Beneficiatus est R. D. Philippus Jacobus Eder, ao. 1723 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl. Notant etiam acta visitalia de anno 1707, huic Beneficiato etiam incumbere alias missas**) per annum dicendas & a variis familiis fundatas, sed necdum ab Episcopo confirmatas.

Dedicatio hujus capellæ incidit in Dominicam ante festum s. Joannis Baptistæ. — Cœmeterium non adest. — Sacristia habet paramenta decentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Administratio proventuum hujus capellæ juxta fundationem est penes magistratum supradictæ confraternitatis corporis Christi. Das Vermögen diſer Capellen wirdet diſer Zeit yber 9000 fl. beweꝛffen.

*Capella s. Martini vulgo der Pichelmair-Saal****).*

21. Hanc capellam circa annum 1600 cum uno altari in honorem s. Martini Episcopi ædificavit in suis ædibus Martinus Papin, civis & mercator Rosenhaimbensis, eamque dotavit & ordinavit, ut in festis dedicationis, quæ incidit in Dominicam post festum exaltationis s. Crucis, nec non s. Martini tanquam festo patrocinii, item in festo inventionis s. Crucis, ss. Dominici, Luciæ, Apolloniæ divina in hac capella solennius celebrentur. Successor postea et possessor earundem ædium, Joannes Pichelmair, civis & mercator, novam fundationem 12 missarum menstruarum, diebus Lunæ celebrandarum & eleemosynæ pauperibus distribuendæ adjunxit, data capitali summa 1200 florenorum, ex quo†) eadem capella cum suo exteriori atrio nunc communiter vocatur der Pichelmair-Saal.

Capella B^mæ Virginis & ss. septem Refugiorum.

22. Martinus Schmetterer, praxator Rosenhaimbensis, ao.

---

*) III. 54. **) III. 55. ***) III. 56. †) III. 57.

1737 obtinuit consensum episcopalem, ædificandi capellam in honorem B^{mæ} Virginis & ss. Refugiorum auf dem ſogenandten Roſackher, et se pro ejusdem capellæ dotatione judicialiter obligavit.

---

§. 169.

Vicariatus parochialis s. Laur. in Pfaffenhofen *).

1. Qualiter ecclesia s. Laurentii mart. in Pfaffenhofen parochialis & matrix sit, sedes autem parochialis ex hoc loco in oppidum Rosenhaimb translata fuerit, patet ex iis, quæ supra (fol. 27) dicta sunt. Relictus est autem in pago Pfaffenhofen Vicarius parochialis curatus, qui Episcopo pro admissione ad curam & perpetuatione ab Abbatissa & conventu in Frauen-Chiembsee præsentatur. Videatur recessus de dato 19 Maji 1636. — Modernus Vicarius est R. D. Joan. Georg. Richard. Burgholzer, jur. utr. Cand., ao. 1728 admissus & perpetuatus. Non dat primos fructus **).

2. Proventus Vicariatus sumuntur ex manso, decimis & stola. Ein Vicarius hat zu Pfaffenhofen in 2 Häuſern ain Drittel Zechent; zu Germering in 7 Häuſern ain Drittl; bey denen 4 Widen-Baurn hat Vicarius den ganzen Zechent, auch den Zechent im Dorf zu Marienberg. Item anjetzo ein Zupauguet, ſo ein ganzes Lechen ausmachet, und das Stüft Frauen-Chüembſee hergelaſſen hat. Integri proventus hujus Vicariatus melioribus annis creduntur se extendere posse ad 700 florenos. Econtra tenetur Vicarius præstare ad monasterium Frauen-Chüembsee pro absenti 15 fl., Widenſteur 2 fl. 36 kr., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 14 kr., ad seminarium episcopale 1 fl. — Domus Vicarii parochialis cum pertinentiis est admodum ruinosa & irreparabilis ***).

In antiqua matricula, cum adhuc Parochus in hoc loco resideret, legitur:

Item in dicta parochiali ad dotem institutus Sacellanus amovibilis, cui dat tabulam & vitrici 10 ℔. dl. etc. — Item in fixis

---

*) III. 59. — Vgl. §§. 393. 631 u. 693 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 55 u. 56). Seit dem Jahre 1817 hat Pfaffenhofen nebſt allen Rechten auch den Namen einer Pfarrey. In dem dazu gehörigen Dorfe Groß-Karolinenfeld iſt zu Anfang dieſes Jahrhunderts eine proteſtantiſche Pfarrey gegründet worden. Für die katholiſchen Bewohner dieſes Ortes iſt eine Expoſitur in Ausſicht geſtellt. D.

) III. 60. *) III. 61.

redditibus ex institutione circiter 19 fl. In missis hebdomadalibus 7 flor. 5 β. dl. — Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 90 fl. inclusis minoribus. — In confessionalibus circiter 8 flor. Panes primitiales æstimat ad 1 fl. — Item Jägergelt Principi 3 fl. — Item habet unum Cooperatorem & Sacellanum, quibus dat tabulam & Sacellano 10 flor.

Communicantes hujus Vicariatus novissime 745 inventi sunt.

3. Ecclesiæ s. Laurentii in Pfaffenhofen tres aliæ filiales annumerantur, nempe in Marienberg, Weſterndorff, Fürſtädt cum capellis s. Michaelis & s. Sebastiani.

4. Ecclesia s. Laurentii in Pfaffenhofen, noviter & satis eleganter reædificata, tria habet altaria*):

Altare majus est dedicatum in honorem s. Laurentii martyris. In eo asservatur Sanctissimum nec non particula de s. Cruce.

Altaria s. Annæ & s. Dorotheæ. Ad hanc (s. Dorotheæ) aram ao. 1438 Jacobus Sundtran, Plebanus in Pfaffenhofen, fundavit missam quotidianam, excepto uno per hebdomadem die. Dedit pro fundo decimarum feudalium duas partes zu Fürſtett, zu Roßacher, Mangfaldt und zu Roſenhaimb, et unum prædium, Thanbüchel dictum, cum tribus aliis prædiis in Pfunzen. Confirmationem obtinuit a Joanne III Episcopo Frisingensi. Hodie Vicarius in hoc altari diebus Veneris celebrat missam hebdomadalem. Vid. decretum de dato 30 April. 1732**).

Divina in hac ecclesia fiunt singulis diebus dominicis ac festivis, nisi dedicatio vel patrocinium incidat in ecclesiis filialibus. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Laurentii, patrocinium vero in ejusdem die festo. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. — Cœmeterium etiam adest, in quo sunt duæ capellæ, una s. Michaelis cum ara in ejusdem honorem consecrata, in cujus festo die etiam ibidem divina fieri solent, et ibidem etiam est ossuarium parochiale. Dieſer Capellen, welche mit dem Gottshaus s. Laurentii unter gleicher Verwaltung ſtehet, Vermögen ſolle gegen 600 fl. ausmachen. — Item altera capella adest cum altari s. Sebastiani, in cujus die festo etiam in ea sacrificatur. — Sacristia instructa est paramentis competentibus. — In turri sunt tres campanæ benedictæ***). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi in Rosenhaimb & Præfecti electoralis ibidem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit yber 2600 fl. betragen.

Ecclesia filialis Bmæ Virg. in Mariaberg.

5. Ecclesia hæc bonæ structuræ, in colle sita, tria habet altaria:

---

*) III. 62. **) III. 63. ***) III. 64.

Altare majus est dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis Elisabetham visitantis.

Altare ss. Floriani & Sebastiani martyrum.

Altare ss. Ursulæ & Barbaræ virginum mart.

Divina hic solent ordinarie fieri in festis B^mæ^ Virginis, excepto*) festo purificationis. Dedicatio incidit in Dominicam post nativ. B^mæ^ Virginis. Item hic cum reliquis duabus filialibus ecclesiis hebdomadatim alternando dicitur missa. Vid. decretum de dato 30 April. 1732. — Cœmeterium non adest. — In sacristia sunt paramenta competentia & in turri duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ etiam sunt sub cura eorundem, sicut ipsius ecclesiæ in Pfaffenhofen. Das Vermögen diſes Gottshauſes belauffet ſich dermahlen gegen 600 fl.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Westerndorff.

6. Ecclesia hæc reparata duo habet altaria**): Altare majus, dedicatum in honorem ss. Petri & Pauli Apostolorum, et altare s. Annæ. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam infra octavam Ascensionis Domini; item in festis ss. Petri et Pauli, et conversionis s. Pauli. Item hic cum duabus filialibus ecclesiis in Marienberg & Fürstädt hebdomadatim alternando celebratur missa. Vid. decretum de dato 30 April 1732. — Cæmeterium non adest. — Paramenta in sacristia habentur necessaria et in turri duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum in Rosenhaimb & Præfectum electoralem ibidem. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet dermalen auf 1800 fl. ſich belauffen.

*Ecclesia filialis s. Quirini mart. in Fürstædt****).*

7. Ecclesia hæc firmæ structuræ, in colle sita, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Quirini mart., altare s. Joannis Baptistæ & altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica post festum s. Jacobi) et in festo patrocinii (s. Quirini mart., den 16. Juny) ac in festo decollationis s. Joann. Bapt. Feria II rogationum hæc ecclesia visitatur processione. Item hic cum ecclesiis filialibus Marienberg & Westerndorff hebdomadatim alternando celebratur missa. Vid. decretum sub dato 30 Apr. 1732. — Cœmeterium non adest. — Sacristia tenet paramenta necessaria. — In turri sunt tres campanæ benedictæ†). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes eosdem, penes quos est apud alias ecclesias supradictas hujus Vicariatus. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 8000 fl. ausmachen.

*) III. 65. **) III. 66. ***) III. 67. †) III. 68.

§. 170.

Parochia s. Vigilii Episc. et mart. in Kirchdorff unter dem Haunpoldt*).

1. Hæc Parochia juxta matriculam antiquam et libros investiturarum est de præsentatione Abbatis et conventus monasterii in Rott, ord. s. Benedicti. — Modernus Parochus est R. D. Balthasarus Fæstel, ao. 1693 investitus. Dat pro primis fructibus 17 florenos. Est in hoc capitulo rurali testis synodalis.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, qui importat anderthalb Lechen, item ex decimis majoribus et accidentiis stolæ. Adest etiam ein Widumguet zu Hechen-Rain. In veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex institutionibus 6 flor. 3 ß dl. In missis hebdomadalibus habet 6 flor. 4 ß dl., de quibus cedunt Cooperatori 2 ℔ dl. Confessionalia pro parte sua ad 2 fl. et 4 ß dl.***) *Item panes primitiales etc.* Parochus decimas in pago Kirchdorff, præter unam tertiam a colono Stadler, non habet, sed unam earundem partem solet emere a monasterio Rottensi, alias duas partes ibidem percipit das Churfürſtliche Caſtenambt zu Aibling. Notant tamen acta visitalia de ao. 1707, Parochum in pago Kirchdorff colligere decimas ex agris quiescentibus, si quid in illis fuerit seminatum. In Perkhaimb Parochus colligit unam partem, Dominus hoffmarchialis in Maxlrain autem duas. In Sonderwiex a duobus colonis, Mayr et Knödlmayr, colligit unam, Beneficiatus autem in Kirchdorff duas partes. A molitore in Holzhaimb et a colono in Oberholzen Parochus colligit omnes decimas. In Klein-Hechenrain Parochus etiam percipit unam tertiam, alias duas ecclesia filialis ibidem. In Gross-Hechenrain et Thall Parochus unam, Dominus autem hoffmarchialis***) ibidem duas tertias percipit. De hueba Widen et piscatore Thall colligit Parochus omnes decimas. Putatur hic Parochus suam congruam, quæ communibus annis ultra 500 florenos non ascendet, vix habere nisi ex industria et parsimonia particulari. Econtra tenetur Parochus habere Cooperatorem eique salarium præstare, isque hodierno tempore est simul Beneficiatus ad aram s. Nicolai in ecclesia parochiali. Item præstat Pa-

---

*) III. 69. — Vgl. §§. 388. 626. 693 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 50 u. 51). Theodor Wiedemann's Geſchichte der Pfarrey Kirchdorf-Haunpold iſt in dem Archive des hiſt. Vereines von und für Oberbayern (im VII. Bd. S. 238 — 275 und 455 — 457) u. deſſelben Geſchichte der Hofmark Höhenrain in dem nämlichen Archive (VIII. Bd. S. 145 — 179) abgedruckt. D.

) III. 70. *) III. 71.

rochus Widumbſteur 3 fl. 33 kr. 5 hl., Jägergelt 1 fl. 43 kr. ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiae cathedr. frising. 14 kr. In veteri matricula etiam legitur: *Item pro expensis officialium Principis in der Ehehaft 11 β dl.* Domus parochialis cum pertinentiis est honestæ structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 929 numerati sunt.*)

3. Ecclesia parochialis in Kirchdorff unterm Haunpoldt habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Groß- und Klein-Hechenrain et Thall.

4. Ecclesia parochialis in Kirchdorff, inter rurales melioris structuræ, altaria habet tria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Vigilii Episcopi mart. In eo asservatur Sanctissimum.

Altare $B^{mæ}$ *Virginis.*

Altare s. Nicolai. — Ad hoc altare Mathias Pernauer Parochus et vitrici hujus ecclesiæ de bonis ejusdem et aliis piis oblationibus fundaverunt Beneficium missæ quotidianæ, per sacerdotem actu residentem celebrandæ et a Philippo Episcopo Frisingensi ao. 1519 confirmatæ. Assignarunt pro fundo annuos 20 florenos**) ex bursa ecclesiæ hujus parochialis, item certas decimas, jus lignandi in certa sylva, quædam prata etc. Adest etiam domus habitationis lignea cum horto. Jus patronatus est penes Abbatem et conventum monasterii Rott. Beneficiatus nunc propter tenues redditus vigore decreti episcopalis de dato 30 Decembr. 1700 tenetur legere et applicare duas missas hebdomadales. Beneficiatus modernus est R. D. Mathias Rottmoser, ao. 1723 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos, ad episcopale seminarium 1 fl. Iste Beneficiatus est simul Cooperator Parochi, a quo ratione Cooperaturæ, nunc Beneficio annexæ, recipit particulare salarium et accidentia stolæ. Vid. transactio de dato 5 Maji 1653.

Divina in hac ecclesia fiunt ordinarie in omnibus diebus Dominicis et festivis, exceptis dedicationibus ecclesiarum filialium. Dedicatio incidit in Dominicam***) ante festum s. Michaelis. Patrocinium s. Vigilii hic etiam solet in foro celebrari die 31 Jan., cum tamen juxta martyrologium Romanum festum hoc incidat ad diem 26. Junii. Ex fundatione etiam moderni Parochi hic dicuntur quatuor missæ annuæ, sicut habet tenor confirmationis de dato 27. Aug. 1725. — Baptisterium adest cum sacris oleis. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta decentia. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electo-

*) III. 72. **) III. 73. ***) III. 74.

ralis in Aibling. Das Vermögen dieſes Gottshauſes ſolle dieſer Zeit über 3000 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Grossenhechenrain. *)

5. Ecclesia hæc melioris structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum; altare Bmæ Virginis et altare s. Sebastiani. — Divina hic ordinarie fiunt in diebus dominicis ac festivis, exceptis festis Apostolorum et aliis tribus Dominicis, uti notant acta visitalia de ao. 1707. Item hic singulis 14 diebus dicitur missa. Vid. recessus de dato 19. Mart. 1646. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in ipsum festum s. Michaelis Archangeli. — Cœmeterium hic habetur cum **) ossuario et sepulturis. Asservantur etiam hic sacra olea et aqua baptismalis. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Domini hoffmarchialis in Hechenrain, qui est Dominus Comes de Khuen. Das Vermögen dieſes Gottshauſes ſolle dieſer Zeit gegen 1200 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Bartholomæi in Klein-Hechenrain.

6. Ecclesiæ hujus fabrica communis est notæ. Adsunt duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Bartholomæi Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum ***), et altare s. Georgii martyris. — Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ coincidit cum festo patrocinii s. Bartholomæi. Item in festis omnium Apostolorum, inventionis s. Crucis, s. Georgii et in Dominica post dedicationem. Item in festo Nativitatis Domini sub aurora. Item hic intra 14 dies dicitur missa. (Vid. recessus de dato 19. Martii 1646). — Cœmeterium adest nullum. — Sacristia provisa est paramentis necessariis. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes eosdem, penes quos est in Grossen-Hechenrain. Das völlige Vermögen dieſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 3000 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis ss. Trinitatis in Thall. †)

7. Ecclesia hæc, in horto sita, modicæ est structuræ. Sunt in ea tria altaria: Altare majus, dedicatum ss. Trinitati, in quo colitur particula de s. Cruce; altare sanctissimi Salvatoris et altare Bmæ Virginis.

Divina hic fiunt in dedicatione et in octava ejusdem, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Galli; item in festo ss. Trinitatis et in festo ss. Innocentium martyrum. Missa insuper hebdomadalis hic dicenda est. — Notant etiam acta visitalia de ao. 1707 con-

---

*) III. 75. **) III. 76. ***) III. 77. †) III. 78.

ciones pomeridianas hic peragendas, nempe in festis Paschatis, Pentecostes, ss. Bernardi et Barbaræ*). — Cœmeterium non adest. — In sacristia reperiuntur paramenta decentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Hæc ecclesia prætenditur esse incorporata monasterio Fürstenfeldt. Hinc Abbas dicti monasterii proventus hujus ecclesiæ privative administrat. Deſſenthalben iſt das Vermögen dieſes Gottshauſes nit wiſſlich.

---

§. 171.

Parochia s. Andreæ in Aing**).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis et de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. — Modernus Parochus est R. D. Dionysius Geisler, ao. 1715 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ desumuntur ex manso, decimis et accidentiis stolæ. Antiqua matricula de redditibus parochialibus ita tenet: *In fixis redditibus ex institutione habet circiter 10 florenos; in missis hebdomadalibus habet circiter 16 flor. Item omnes decimas majores frumentorum æstimat ad 40 flor. etc., minores ad 1 fl. etc., confessionalia pro parte sua ad 3 flor., stolam ad 1 fl. Item panes primitiales ad 3 flor.* Decimæ, quibus per totam Parochiam***) fruitur Parochus, juxta acta visitalia de ao. 1707 constituunt tertiam partem, neben einigen ſogenannten Vorländern. In Aing et Peiss condecimat monasterium Canonicorum regularium in Bernriedt; in Helffendorff autem ecclesia et Beneficiatus ibidem. In Laus nunc percipit decimas Curatus ibidem cum aliis condecimatoribus. Integri proventus hujus Parochiæ putantur communibus annis ascendere posse ad 1200 florenos. Econtra habet Parochus duos respective Cooperatores. Unus defacto est expositus in pago Laus, alter vero est Beneficiatus in Helffendorff, qui ibidem curam animarum loco Parochi gerit et de stola participat. Item Parochus pro necessitate habet etiam Provisorem secum habitantem. Item tenetur Parochus solvere, uti notant acta visitalia prædicta, zum Churfürſtlichen Caſten-Ambt Aibling 2 *(sic!)* Widumbſteur 2 fl. 22 kr. 2 dl.†)

---

*) III. 79.

**) III. 81. — Vgl. §§. 380. 627. 693 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 30 — 32.) D.

***) III. 82. †) III. 83.

Jägergelt 2 fl.; ad leprosodochium Gasteig prope Monachium 1 fl. 8 kr. 2 dl., item ad seminarium episcopale 5 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 14 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis est valde honestæ structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1167 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Aing habet alias sex ecclesias filiales, nempe in Helffendorff, Peiß, Laus, Ellendtskirchen, Hofberg, Grueb et duo sacella s. Lamberti in cœmeterio et s. Emmerami in campo ad pagum Helffendorff.

4. Ecclesia parochialis in Aing, pulchre reparata, altaria habet quatuor:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Andreæ Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum.*) Idem altare privilegiatum est universaliter pro defunctis diebus Lunæ. Hic etiam a R. D. Balthasaro Dreier, quondam hujus loci Parocho, introducta et dotata fuit *confraternitas* corporis Christi, quæ authoritate episcopali confirmata administratur a Parocho et Domino hoffmarchiæ Aing.

Altaria B^mæ Virginis et s. Leonardi Abbatis.

Altare s. Antonii de Padua. — Hoc altare est situm in nova capella, ecclesiæ parochiali contigua, quam suis sumptibus cum eodem altari in honorem s. Antonii Paduani ædificavit et dotavit modernus Parochus, Dionysius Geisler. Fundavit etiam in hac capella missam menstruam, die Martis dicendam, nec non anniversarium et festum dedicationis, Dominica ante festum s. Antonii (postquam capella cum sua ara**) fuerit consecrata) peragendum, et in ipso festo s. Antonii divina hic celebranda. Confirmatio episcopalis sub dato 26. Maji 1734 secuta est.

Divina fiunt in hac ecclesia parochiali ordinarie omnibus diebus dominicis et festivis, paucis exceptis. — Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi; patrocinium vero celebratur in festo s. Andreæ Apostoli. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta decentia. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Domini hoffmarchialis in Aing, qui est Dominus Præpositus monasterii Canonicorum regularium in Bernriedt Diœces. Augustanæ. Das völlige Vermögen ſolle diſer Zeit bey diſem Pfarr-Gotts-haus gegen 2500 fl. betreffen.

*Capella s. Lamberti in cœmeterio in Aing.****)

5. Capella hæc vetusta in cœmeterio ecclesiae parochialis sita est cum uno altari in honorem s. Lamberti consecrato. Divina hic

---

*) III. 84. **) III. 85. ***) III. 86.

solent fieri in dedicatione (Dominica ante festum Sanctorum omnium) et in festo patrocinii s. Lamberti. Conservatur hoc sacellum ab ecclesia parochiali.

Ecclesia filialis s. Emmerami in Helffendorff.

6. Ecclesiæ hujus fabrica inter rurales ecclesias est primæ notae et satis magnificæ. Sunt in ea quatuor altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Emmerami Episcopi martyris. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula de ossibus s. Emmerami, hic multis*) beneficiis celebris et ad quem frequenter fiunt publicæ processiones.

Altare Matris dolorosæ. — Altare s. Matthæi Apostoli. — Altare ss. Christophori et Laurentii.

7. In hac ecclesia fundata sunt duo Beneficia. De uno ex actis ecclesiasticis non constat sufficienter, quisnam sit fundator; putatur tamen, is fuisse Conradus Cazensteiner de Kleinhelffendorf circa annum 1465 et ad hoc Beneficium pertinere domum illam, in qua nunc habitat Beneficiatus; nec etiam constat de obligatione illius Beneficiati, qui tamen dicitur ein Caplan und Fruehmeſſer. In veteri matricula legitur: *Item in ecclesia Helffendorff duo Beneficia: Altare s. Matthaei de praesentatione Plebani. Valoris 30. flor.**), per quae verba creditur**) indicari hoc Beneficium.

Alterum Beneficium sub Sixto Episcopo Frisingensi ex bonis ecclesiae et aliis fidelium oblationibus fundaverunt Georgius Rudigerus Fabri Parochus, vitrici et communitas ecclesiæ in Helffendorff. Dederunt pro fundo ein Guett zu Oberſchopf, die Plindhueb zu Groß-Helffendorff, das Lechenguett allda, einen Zechent hieraus, zwey halbe Lechen daſelbſt, eine andere Hueb zu groſſen Helffendorff und den halben Zechent hieraus, ein halbes Lechen zu Grueb, ein Lechen zu Geckhenhofen, allen Zechent auf einer Hueben zu Groß-Helffendorff, zwey Theil Zechent aus einem Guett zu Klein-Helffendorff, einen Zechent aus einem Ackher im Oſterholz ꝛc. Item ein Reſidenz, ligt bey der klainen Capellen s. Emmerami, und in jedes Feld ½ Joch Ackhers und 6 Tagwerkh Wismath. Tenetur Beneficiatus, qui debet esse sacerdos sæcularis, dicere***) sex missas hebdomadales, easque vi decreti de dato 13. Octobr. 1690 et 28. Jan. 1706 pro fundatoribus applicare. Hodie utrumque Beneficium sub titulo s. Matthæi et s. Christophori possidet unus Beneficiatus, cujus redditus communibus annis se extendent ad 400 fl., qui tamen juxta transactionem de dato 5. Sept. 1736 tenetur secum habere sacerdotem Provisorem, et hic loci tanquam Cooperator curam

---

*) III. 87. Vgl. Frz. Joſ. Strauß, das Leben und Leiden des heil. Emmeran. 1830. 8.

) III. 88. *) III. 89.

animarum dependenter a Parocho exercet. — Jus nominandi Beneficiatum habent vitrici hujus ecclesiæ; præsentandi autem Parochus in Aing. Domus beneficialis adest bina, una murata, valde commoda, in qua (ut supra dictum) nunc habitat Beneficiatus, altera lignea et parum commendabilis. De hoc Beneficio creditur veterem matriculam intelligi, ubi dicit: *Altare s. Christophori de praesentatione Plebani et vitricorum. Valoris 24 tl. dl.* *). Modernus Beneficiatus est R. D. Josephus Paur, ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 16 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.

8. Divina præter missas beneficiales et matutinales juxta acta visitalia alias fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Matthæi, in festo s. Emmerami, in festis ss. Matthæi, Corbiniani, Nicolai Episcopi, Pauli conversi. Item in nocte Nativitatis Domini, in die cinerum, feria V. ante Dominicam Lætare, Dominica palmarum, in Cœna Domini, Parasceve et Sabbato sancto. In festo s. Marci hæc ecclesia visitatur processione. Item, uti notant acta visitalia de ao. 1707, ex parte Parochi hic dicenda est missa hebdomadalis. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis valde decentibus **).— In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Aibling. Das Vermögen diſes Gotteshauſes wirdet diſer Zeit ÿber 30000 fl. auswerffen.

Capella s. Emerami in campo (prope Helffendorff).

9. Haec capella vetusti operis in eo loco sita est, ubi martyrium passus est s. Emmeramus Episcopus martyr. Adest in hac capella ingens saxum, super quod sancto huic martyri membra abscissa sunt. Altare adest unicum, supradicti martyris honoribus dedicatum. Divina hic peragi solent in dedicatione, quæ incidit in festum ss. Joannis et Pauli martyrum et in festo patrocinii s. Emmerami. Fiunt etiam multæ per annum missæ votivæ in hoc sacello ***). — Cœmeterium et sacristia propria non adsunt. — In turri habentur duæ campanæ benedictæ. Ipsa hæc capella conservatur ab ecclesia filiali s. Emmerami in Helffendorff.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Peiss.

10. Ecclesia haec, ante 46 annos reædificata, tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, altare ss. Trinitatis et altare B^mæ^ Virg. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum ss. Apostolorum Simonis et Judæ;

---

*) III. 90. **) III. 91. ***) III. 92.

item in festo patrocinii s. Nicolai Episcopi *); item in festo ss. Udalrici, Martini et Innoc. martyrum et in feria III. Pentecostes. Item ex parte Parochi hic intra 14 dies dicenda est missa hebdomadalis. Item notant acta visitalia de ao. 1707, in hoc loco quinquies per annum celebrari nundinas, et toties in hac ecclesia legi missam, ut mercantes sacrum audire possint. — Cœmeterium non adest. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis Aiblingensis. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 3500 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Viti in Laus.

11. Ecclesia hæc veteris et firmæ structuræ est. Sunt in ea tria altaria **): Altare majus, dedicatum in honorem s. Viti martyris, in quo asservatur Sanctissimum; altare B^{mæ} Virg. et altare s. Quirini martyris.

Anno 1733 ad instantes preces communitatum zu Ober= und Unter=Laus, Ellendtskirchen, Hofberg, Kriegling und Walperſtorff ordinatum fuit, ut Cooperator, qui alias cum Parocho habitabat in Aing, huc fuerit expositus tanquam Curatus seu Parochi Vicarius, pro cujus sustentatione ipsæ communitates emerunt prædium in Kriegling, affectum tamen certis oneribus, et Parochus cessit decimas, in der Creutztracht Laus alias perceptas, cum stolæ accidentiis. Item jus nominandi Curatum pro admissione ad curam relictum fuit Parocho. Vid. instrumentum erectionis et confirmationis de dato 28. Jan. 1733 ***).

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis, in quibus non sunt dedicationes filialium, ac in festivis, qui non infra excipiuntur. Dedicatio hujus ecclesiæ coincidit cum festo patrocinii s. Viti mart. Item Curatus juxta citatum instrumentum confirmationis tenetur hic dicere et applicare missam hebdomadalem. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — In sacristia sunt paramenta necessaria et in turri duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi in Aing et Domini hoffmarchiæ Hechenrain, qui de facto est Dominus Comes de Khuen. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 400 fl. betragen.

Ecclesia filialis B^{mæ} Virg. in Ellendtskirchen.

12. Ecclesia hæc modicæ structuræ altaria habet tria †): Altare majus, dedicatum in honorem B^{mæ} Virg. et altaria s. Annæ et s. Ottiliæ virginis.

---

*) III. 93. **) III. 94. ***) III. 95. †) III. 96.

Divina hic fiunt in feria III. Paschatis et Pentecostes, nec non in omnibus festis $B^{mæ}$ Virginis, quæ in foro etiam celebrari solent. Item in festis ss. Josephi, Mariæ Magdalenæ, Catharinæ, Innocentium martyrum. Item in festis s. Annæ et Ottiliæ, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur Dominica in Albis. — Cœmeterium hic non adest. Sacristia habet paramenta necessaria. — In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ*) est penes Parochum in Aing et Dominum hoffmarchiæ Hechenrain. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſoll diſer Zeit gegen 1200 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Petri in Hoffberg.

13. Ecclesia modica, ante 50 annos reædificata, necdum consecrata, habet unum altare in honorem s. Petri Apostoli erectum. Divina hic fiunt, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707, in festis ss. Petri et Pauli et s. Joannis Evangelistæ; item in festo conversionis s. Pauli et s. Sylvestri. Cœmeterium nullum adest. — In sacristia sunt paramenta pauca, et in turri campanæ duæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ eadem est cura, quæ supra ecclesiæ in**) Ellendts-Kirchen. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 200 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Martini in Grueb.

14. Ecclesia noviter reædificata, habens unum altare in honorem s. Martini Episcopi consecratum. Divina hic fieri solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Ursulæ, et in festo patrocinii s. Martini. Item in feria IV. Paschatis et Pentecostes et in festo s. Udalrici, et infra octavam Sanctorum omnium. Item hic ex ultima dispositione R. D. Michaelis Bair, Beneficiati in Helffendorff, celebranda est missa menstrua. — Cœmeterium non adest. — Sacristia***) habet paramenta pauca. — In turri duæ sunt campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus in Aing et Dominus in der Falley, qui de facto est Dominus Comes de Tættenbach. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle dieſer Zeit gegen 1700 fl. betragen.

---

*) III. 97. **) III. 98. ***) III. 99.

§. 172.

Parochia s. Spiritus in Angath*).

1. Haec Parochia incorporata et unita est monasterio monialium ord. s. Benedicti in Frauenchiemsee, id quod etiam ex veteri matricula colligitur. Porro Abbatissa et conventus in Frauenchiemsee præsentat Episcopo Parochum, qui perpetuari solet. Modernus Parochus est R. D. Jos. Müllbaur, ao. 1735 perpetuatus. Non dat primos fructus, bene vero jura cancellariæ.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt in manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula circa redditus parochiales inter alia legitur: *Item ex missis hebdomadalibus 6 flor., confessionalia ad 2 flor., panes primitiales ad 2 flor.* Juxta acta visitalia de ao. 1707 Parochus**) generatim gaudet tertia decimarum parte per totam Parochiam, excepta hoffmarchia Mariastain, ubi Dominus Comes de Stachelburg percipit decimas. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur communibus annis ascendere ad 600 florenos. Eadem acta visitalia onera Parochi in Angath ita enumerant: *Statibus Tyrolensibus provincialibus annuatim steuram 9 fl., Abbatissæ* (in Frauenchiemſee) *patronæ pensionem 30 fl., Vogtey nach Kuefstein 2 fl. 53 kr.* In veteri matricula onera Parochi ita specificantur: *Item solvit ad dictum monasterium ratione incorporationis sive absentiæ 33 flor.* (tempore ultimæ visitationis de ao. 1732 soluti sunt pro absentia 60 floreni). *Item Vogtey Principi Ferdinando 2 fl. 53 kr. Item ad peractionem principum in Kuefstein 2 fl.* Item Parochus solvit ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 14 kr. Domus parochialis cum pertinentiis***) est structuræ honestæ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 975 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Angath non habet aliam ecclesiam filialem, quam capellam B^mæ^ Virginis in castro Mariastain, ad quam celebris per comitatum Tyrolensem est peregrinatio.

4. Ecclesia parochialis in Angath antiqui est operis. Habet altaria tria:

---

*) III. 101. — Vgl. §§. 380. 645. 693. und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 368). Dieſe in Tyrol gelegene Pfarrey gehört jetzt zum Erzbisthum Salzburg und bildet ſammt der Curatcaplaney in der Schloßcapelle zu Mariaſtein einen Beſtandtheil des Decanates Kufſtein. Sieh Staffler's Tirol und Vorarlberg (II. Thl. I. Bd. S. 831—834). D.

) III. 102. *) III. 103.

Altare majus est dedicatum Spiritui sancto. Hic asservatur Sanctissimum et idem altare privilegiatum est ratione *confraternitatis* Jesu, Mariæ, Joseph, quae ab ao. 1701 hic authoritate episcopali instituta habetur et indulgentiis decorata est *). — *Altaria Bmæ Virginis et ss. 14 Auxiliatorum.*

Divina hic fiunt in omni die dominica et festiva, exceptis quatuor vicibus, quibus Parochus occupatur in capella Mariastain. Dedicatio celebratur in Dominica prima Augusti. Patrocinium etiam secundarium celebrari solet in festo s. Nicolai Episcopi. Baptisterium hic adest cum sacris oleis; cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et cæsarei Præfecti in Kuefstein. Das Vermögen diſes Pfarrgottshauſes iſt nit wüßlich, weillen von dem kaiſerlichen Landtgericht Kuefſtein khein Rechnungsextract extradieret würdet **).

Capella Bmæ Virginis in castro Mariastain.

5. Hæc capella, sita in summitate turris castri in Mariastain, ad quam per 165 gradus ascenditur, et insigniter decorata, altaria habet tria:

Altare majus est dedicatum in honorem Bmæ Virginis, cujus statua in medio posita frequentibus beneficiis etiam miraculosis celebris est, nec non processionibus et magno peregrinantium numero visitatur. In eadem ara asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce, item quatuor spinæ de corona Christi, et aliquot fila ex colu Bmæ Virginis, quæ reliquiæ novissime de dato 25. Spt. (1738?) authoritate episcopali fuerunt approbatæ: Idem altare dupliciter privilegiatum est, nempe diebus Veneris generaliter ***) pro defunctis et alias ratione confraternitatis cordis Jesu hic institutæ.

Altaria s. Joannis Bapt. et s. Ant. de Padua.

Divina hic fiunt omni die. Dedicatio celebratur in Dominica II. post festum ss. Apostol. Petri et Pauli. Item Parochus in Angath tenetur hic ad dicendam missam hebdomadalem, quæ dicitur esse fundata a Joanne et Georgio Freundtsperger von Thierberg, assignato ad hanc fundationem prædio in Straß.

Adest hic Curatus ex instituto clericorum in commune viventium, qui suscipitur a Domino Comite de Stachelburg tanquam Domino hoffmarchiæ Mariastain, et ab Episcopo ad curam admittitur. Huic adjuncti sunt alii tres sacerdotes curati ex eodem instituto. Recipiunt præter habitationem †) suam sustentationem, stipendia et salaria a prædicto Domino Comite, ex redditibus capellæ et ex missis votivis.

---

*) III. 104. **) III. 105. ***) III. 106. †) III. 107.

Cœmeterium hic non adest. Sacristia tenet paramenta valde decora et insignia. — In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus capellæ privative solet administrare supradictus Dominus Comes de Stachelburg excluso Parocho et Curato hujus loci. Das Vermögen diſer Capellen iſt wegen Abgang der Rechnungs-extracten nit kundtbahr.

---

§. 173.

Parochia s. Martini in Au *).

1. Hanc Parochiam monasterio Schyrensi ord. s. Benedicti pleno jure unitam esse, indicat antiqua matricula. Abbas et conventus Schyrensis præsentat Parochum. Instrumentum unionis non reperitur in actis ecclesiasticis. — Modernus Parochus est R. D. Mart. Jos. Felix Högg, jur. utr. Candidatus, ao. 1721 investitus. Dat pro primis fructibus 30 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ, qui melioribus annis creduntur conficere posse 700 florenos juxta acta visitalia de ao. 1707, recipiuntur ex manso, tertia decimarum parte per totam Parochiam, exceptis paucis colonis, et accidentiis stolæ. In veteri matricula de redditibus parochialibus legitur: *Item in fixis redditibus ex* **) *institutionibus habet 2 flor. etc. Item in missis hebdomadalibus et anniversariis 9 flor. etc.; minores decimas ad 2 flor., item confessionalia ad 5 flor., panes primitiales æstimat ad 4 flor. In summa omnes redditus et obventiones æstimat ad 100 flor., si haberet prædium Diepers-Kirchen.* In hac Parochia condecimat Collegiata B^mæ^ Virginis Monachii; item Beneficiatus hujus loci et in uno vel altero loco rusticus in Gundlsperg. Parochus juxta veterem matriculam habebat duos Cooperatores; nunc vero solus Beneficiatus, de quo mox infra, agit etiam vices Cooperatoris, et propterea recipit accidentia stolæ sibi assignatæ. Item Parochus tenetur annuatim solvere ad monasterium Schyrense absentiæ loco 50 florenos, Widumb-Steur 3 fl. 15 kr., Jägergelt 3 fl. 4 kr., ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam

---

*) III. 109. — Vgl. §. 380. 638. 693, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 27—30) und Seb. Dachauers Beyträge zur Chronik mehrerer Ortſchaften aus der Gegend um Brannenburg (im oberbayer. hiſtor. Archive V. Bd. S. 372—406). D.

**) III. 110.

ecclesiæ cathedr. frising. 14 kr. Juxta veterem*) matriculam Parochus tenetur etiam dare Primissario in Au 1 fl. dl. — Domus parochialis honestæ est structuræ; horreum vero reparatione indiget.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1689 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Au præter capellam B^mæ^ Virginis ibidem habet quatuor alias ecclesias filiales, nempe in Diepers-Kirchen, Wier, Lüzeldorff et Klein-Holzhausen.

4. Ecclesia parochialis, ante 20 annos ample et eleganter reædificata, habet altaria tria:

Altare majus est consecratum in honorem s. Martini Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis **).

Altare B^mæ^ Virginis de consolatione est privilegiatum feria IV. ratione *confraternitatis* B^mæ^ Virginis de consolatione, hic ao. 1706 authoritate episcopali institutæ, et regitur per proprium magistratum. Item imago B^mæ^ Virginis est clara multis beneficiis et solet etiam processionibus visitari.

Altare B^mæ^ Virginis immaculatæ. Ad hoc altare extat Beneficium, ab uno ex illustri familia Dominorum de Seyboltstorff fundatum, quod in veteri matricula Primissaria vocatur. Litteræ fundationis non habentur in actis ecclesiasticis. Beneficiatus singulis feriis sextis celebrat ad intentionem fundatorum missam hebdomadalem. Juxta acta visitalia fundator legavit præter ædes beneficiales, nunc valde***) commodas, etiam decimas, circiter 65 fl. valentes, et 4 camporum jugera. Beneficiatus solet etiam semper esse Cooperator hujus Parochiæ, et propterea recipit stolam sibi assignatam. Jus præsentandi ad hanc Primissariam competit Abbati et conventui Schyrensi et simul vitricis hujus ecclesiæ parochialis. Modernus Beneficiatus est R. D. Steph. Mair, ao. 1712 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos et ad seminarium episcopale 1 fl.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis, nisi incidat in ecclesiis filialibus dedicatio. Hujus autem ecclesiæ dedicatio celebratur Dominica post festum assumptionis B^mæ^ Virginis, patrocinium autem in festo s. Martini Episcopi. Item tenetur Parochus vi decreti de dato 15. Maji 1724, missam hebdomadalem diebus Veneris celebrandam conditionate applicare †). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis; cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis decentibus. — In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in

*) III. 111. **) III. 112. ***) III. 113. †) III. 114.

Aibling. Das völlige Vermögen diſes Pfarrgottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 300*) fl. betragen.

Capella filialis $B^{mæ}$ Virginis in Au.

5. Hæc capella, ad extremitatem pagi sita, altare habet unum, in honorem visitationis $B^{mæ}$ Virginis dedicatum, ubi imago $B^{mæ}$ Virginis visitantis plurimis claret beneficiis, et multis honoratur processionibus. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam II. post **) festum visitationis B. V. M. et in ipso festo visitationis. Item hic Parochus tenetur ad missam hebdomadalem, diebus Sabbati dicendam et vi decreti de dato 15. Maji 1724 saltem a potiori applicandam, pro qua recipit 25 florenos. — Cœmeterium hic non adest. Capellæ junctum est eremitorium. — Sacristia habet paramenta decentia. — In turri sunt campanæ benedictæ duæ. — Proventus hujus capellæ administrantur cum proventibus ecclesiæ parochialis.

Ecclesia filialis $B^{mæ}$ Virginis in Dieperskirchen.

6. Ecclesia antiqui est operis. Adsunt quinque altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem $B^{mæ}$ ***) Virginis. In eo asservatur Sanctissimum et particula de velo $B^{mæ}$ Virginis, cujus statua hic multis beneficiis clarescit et etiam processionibus publicis visitatur.

Altaria s. Stephani protomart., s. Barthol. Apost., s. Leonardi Abbat. et s. Floriani mart.

Divina hic ordinarie fiunt in Dominicis et diebus festivis alternative cum ecclesia in Lützeldorf. Festa $B^{mæ}$ Virginis hic celebrantur. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in ipsum festum nativ. B. M. V. Item Mathias Kirchbeckh ad hanc ecclesiam fundavit 4 missas solennes de Rorate in 4 Dominicis Adventus celebrandas. Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest †) cum ossuario et sepulturis. — Sacristia instructa est paramentis competentibus. — In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem cura, qua ecclesiæ parochialis in Au. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 20000 fl. betreffen.

Ecclesia filialis ss. Laurentii et Xysti mart. in Wiex.

7. Ecclesiæ hujus structura notæ est communis. Adsunt duo altaria: Altare majus (dedicatum in honorem ss. Laurentii et Xysti martyrum) et altare $B^{mæ}$ Virg. — Divina hic fiunt in festo

---

*) Nach der Originalhandſchrift des Verfaſſers wäre zu leſen: 3000 fl. D.

) III. 115. *) III. 116. †) III. 117.

s. Laurentii *), in quo etiam dedicatio hujus ecclesiæ concurrit; item in nocte Nativitatis Domini ad auroram; item in feria III. Paschatis et Pentecostes et in feria IV. rogationum. Novissime etiam ad hanc ecclesiam missam de Rorate unam solennem fundavit Abraham Grundtner. — Cœmeterium non adest. — Sacristia habet paramenta necessaria. — In turri duæ sunt campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Parochum et Præfectum electoralem in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich dieſer Zeit gegen 2200 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Lützeldorff.

8. Ecclesia, ante 30 annos reædificata, altaria habet tria **): Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaeli Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum; altare Bmæ Mariæ Virg. et altare s. Corbiniani.

Divina hic fiunt in Dominicis et festivis diebus alternando cum ecclesia in Diepers-Kirchen, exceptis festis Bmæ Virginis, uti supra dictum est. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis; patrocinium autem in ipso festo s. Michaelis. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic solet asservari. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecturæ Aiblingensis ***). Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 900 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Joan. Bapt. in Klein-Holzhausen.

9. Ecclesia hæc noviter reædificata, necdum tamen consecrata, habet unum altare in honorem s. Joannis Baptistæ erectum. — Divina hic solent fieri in dedicatione, quæ antehac celebrari solebat Dominica post festum s. Galli, et in festo patrocinii s. Joannis Baptistæ. — Cœmeterium adest nullum. — Sacristia tenet paramenta necessaria. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Dominum hoffmarchialem in Brannenberg, qui defacto est Dominus Comes de Preysing †). Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

*) III. 118. **) III. 119. ***) III. 120. †) III. 121.

§. 174.

Parochia s. Crucis in Berbling*).

1. Hæc Parochia juxta matriculam veterem est de præsentatione Abbatis & conventus Schyrensis ord. s. Benedicti. Habetur tamen in historia Frisingensi, qualiter Conradus II. Episcopus Frisingensis accedente capituli cathedralis consensu hanc Parochiam ao. 1261 monasterio Schyrensi pleno jure donaverit, ubi videri potest instrumentum hujus donationis sub numeris 49 & 50. Modernus Parochus est R. D. Joannes Reischel, ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sunt tenues & melioribus annis creduntur vix 400 florenos attingere. Recipiuntur autem ex manso et ex decimis, quas quidem principaliter tollit monasterium**) Schyrense, Parochus autem den ſogenannten Sackh-Zechent in Korn und Haabern, lini & hordei seminati in agris quiescentibus (auf denen Tradtfeldern), uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707. Item colligitur ex actis ecclesiasticis, ad redditus parochiales pertinere aliqua prædia (Widen-Güetter) zu Wier, Haslang und ab der Edt.

In veteri matricula de proventibus hujus Parochiæ ita legitur: *Item ex institutione prædii 2 flor. Item prædium dotale possit locare pro 4 flor. Item in anniversariis & missis hebdomadalibus 22 flor. 61 dl. Item omnes majores decimas frumentorum tollit dictus Abbas in Scheurn, de quibus dat Plebanis sive eorum Vicariis 5 Schäffel siliginis & totidem avenæ. Insuper habet medietatem minorum decimarum, valoris 20 cruc. etc. Confessionalia ad 1 flor. Panes primitiales ad 1 flor. & 40 cruc.* In eadem veteri matricula habetur: *Item habet Capellanum ad dotem fundatum, ratione cujus sibi***) ab ecclesia solvuntur 18 ℔. dl. Item habet Capellanum ut supra ad dotem fundatum, cui dat tabulam et 12 flor. Habitat in suo granario juxta dotem.*

Capellanus nunc nullus adest; notant tamen acta visitalia de ao. 1707, Parochum recipere ab ecclesia 30 florenos. Econtra, ut eadem acta docent, Parochus dat pro annua pensione ad monasterium Schyrense 14 fl., Widumb-Steuer 4 fl. 17 kr. 1 hl., Jäger-Gelt 36 kr., ad episcopale seminarium 1 fl. 30 kr., cathedraticum

---

*) III. 123. — Vgl. §§. 381. 639. 693 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 32). Eine Geſchichte der Pfarrey Berbling, von Joſ. Graſſinger (Stadtpfarrcooperator b. St. Pet. in München) aus Urkunden und Acten verfaßt, liegt handſchriftlich vor. D.

) III. 124. *) III. 125.

22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 14 kr. — Domus parochialis lignea cum pertinentiis indigeret reparatione.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 235 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Berbling non habet aliam ecclesiam filialem.

4. Ecclesia parochialis in Berbling *) est structuræ satis bonæ; ab ædibus tamen parochialibus multum dissita. Adsunt tria altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem & memoriam inventionis s. Crucis, de qua hic colitur particula & asservatur Sanctissimum. — *Altare B^mæ^ Virginis tutelæ.* — *Altare B^mæ^ Virginis annunciatæ.*

Divina hic fiunt in omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur die primo Maji. Item dubium est, an non Parochus ad duas missas vel tres hebdomadales teneatur. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. — Sacristia habet **) paramenta competentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho et Domino hoffmarchiæ Berbling, qui est Dominus Abbas Schyrensis. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 9000 fl. ausmachen.

---

§. 175.

Parochia B^mæ^ Virginis in Duntenhausen***).

1. Habetur in historia Frisingensi tenor Brevis Apostolici, vi cujus Honorius Papa III. ecclesiam de Duntenhausen, quam Episcopus Frisingensis, nempe Geroldus, circa annum 1220 accedente capituli sui consensu ad sustentationem Canonicorum regularium in Beiharting liberaliter contulit, Apostolica authoritate confirmavit. Nec dissentit antiqua matricula, quæ eandem ecclesiam indi-

---

*) III. 126. **) III. 127.

***) III. 129. — Vgl. §§. 396. 636. 693, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 57 u. 58) und die Schrift: Die Wallfahrts-Kirche zu Duntenhauſen (München 1815. 8. 78 S.). Ueber dieſe ehedem ſehr berühmte und viel beſuchte Wallfahrt ſind auch in früherer Zeit (i. J. 1574. 1646. 1681. 1738) unter dem Titel: Denkwürdige Miracula und Wunderzeichen mehrere Schriften im Drucke erſchienen. — Jetzt iſt Tuntenhauſen eine organiſirte Pfarrey, zu welcher auch die vormalige Kloſterkirche in Beyharting als Filiale gehört. Einer der beyden Hülfsprieſter der Pfarrey wohnt als Expoſitus in Beyharting. D.

cat esse unitam monasterio Beiharting. Debet tamen Præpositus dicti monasterii præsentare Vicarium ab Episcopo pro cura admittendum & approbandum. — Modernus Vicarius est R. D. Franciscus Mittermayr, Canonicus regularis ex supradicto monasterio Beiharting. Quotiescunque Præpositus in Beiharting vita excedit*), ratione Parochiarum Duntenhausen & Schönau solvuntur simul pro juribus cancellariæ 9 floreni.

2. De proventibus Parochiæ Duntenhausen ulterius in veteri matricula legitur: *Prælatus dicti monasterii exigit & tollit omnes decimas, redditus & obventiones.*[1] *Item sunt circa dictam ecclesiam duo Sacellani religiosi, quos Dominus Prælatus ex monasterio victualibus providet, illosque eligit et iterum deponit ad nutum.*

Acta visitalia de ao. 1707 notant, proventus hujus Parochiæ non consistere in manso & decimis, quas nempe ipse Vicarius colligat, sed de gazophilacio ecclesiæ extrahi annuatim circiter 300 florenos, et a monasterio subministrari sustentationem Expositis. Vicarius tamen, cui communiter in ædibus prope ecclesiam parochialem**) satis commodis cohabitant tanquam Cooperatores alii duo regulares ex memorato monasterio, accidentia stolæ percipit. Econtra de hac Parochia solvuntur ad seminarium episcopale 3 floreni, cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis Frising. 14 kr.

Communicantes hujus Parochiæ junctis incolis circa monasterium Beiharting novissime 530 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Duntenhausen habet duas alias ecclesias filiales, nempe in Jacobsberg et Hilmarting, item capellam in Innerthann & in arce Mæxlrain***).

4. Ecclesia parochialis in Duntenhausen ampla, valde magnifica & amœna, nec non Mariana peregrinatione celeberrima, habet altaria quinque †):

Altare majus est dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis sub titulo *Virgo potens*, cujus statua hic miraculis & beneficiis clarescit, ad quam colendam præter particularium peregrinantium magnum numerum annuatim veniunt 110 ordinariæ processiones ex vicinis & longinquis locis. In eodem altari asservatur Sanctissimum.

Altare visitationis B^mæ^ Virginis.

Altare s. Andreæ. — Ad hoc altare ao. 1624 authoritate episcopali erecta fuit *confraternitas* ss. Rosarii, quæ habet proprium

---

*) III. 130. **) III. 131.

***) Seit der Säculariſation der Klöſter gehört (wie ſchon auf der vorhergehenden Seite bemerkt wurde) auch die vormalige Kloſterkirche in Beyharting als Filiale (mit einem eigenen Expoſitur-Bezirke) zur Pfarrey Duntenhauſen. D.

†) III. 132.

magistratum, et cujus ratione hæc ara privilegiata est diebus Lunæ pro defunctis ex hac confraternitate *).

Altare s. Annæ est privilegiatum diebus Martis universaliter pro defunctis.

Altare s. Sebastiani mart.

Divina fiunt hic omni die. Dedicatio celebratur Dominica I. Septembris. Item colligitur ex actis ecclesiasticis, Helenam Scherrin viduam ad aram majorem hujus ecclesiæ fundasse missam quotidianam, assignata summa capitali 7000 florenorum **). — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium cum ossuario & sepulturis. — Sacristia instructa sacra suppellectile pretiosa & decora. — In gemina turri sunt quinque campanæ benedictæ. — Proventus hujus parochialis & fiilialium ecclesiarum sunt sub cura et administratione Domini Præpositi in Beiharting. Das Vermögen diſes berüehmten Gottshauſes iſt aus ***) Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Jacobsberg.

5. Ecclesiæ hujus structura est melioris notæ. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi majoris Apostoli, in quo solet asservari Sanctissimum; altare s. Bartholomæi Apostoli & altare s. Martini Episcopi.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominicis alternatim cum ecclesia in Hilmarting; item in festis solennioribus, nec non in festis ss. Martini, Corbiniani & Sylvestri, et in die fidelium defunctorum. Dedicatio incidit in Dominicam infra octavam Ascensionis, patrocinium in festo s. Jacobi Apostoli †) celebratur. Acta visitalia de ao. 1707 notant missam hebdomadalem hic peragendam & a nobili familia Prandt fundatam. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta necessaria. — In turri campanæ sunt duæ benedictæ. — Circa curam proventuum hujus ecclesiæ ratio est eadem, quæ circa ecclesiam parochialem.

Ecclesia filialis s. Leonardi in Hilmarting.

6. Hæc ecclesia structuræ est inter rurales communis. Habet tria altaria: *Altare majus*, dedicatum in honorem s. Leonardi Abbatis, in quo etiam asservari solet Sanctissimum ††); *altare s. Bartholomæi Apost. & altare ss. Francisci & Antonii.*

---

*) III. 133.

**) Die meiſten der in Tuntenhauſen beſtandenen Jahrtags- und Meſſenſtiftungen ſind in Folge der Aufhebung des Kloſters Beyharting zu Anfang dieſes Jahrhunderts erloſchen. D.

***) III. 134. †) III. 135. ††) III. 136.

Divina hic peraguntur in Dominicis alternative cum ecclesia in Jacobsberg; item in omnibus diebus festivis etiam minus solennibus; item in festis ss. Francisci, Antonii Paduani, Aegidii & in die animarum. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi, patrocinium vero ad festum s. Leonardi Abbatis. — Solent hic asservari sacra olea. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta necessaria. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est pariter eadem, quæ aliarum ecclesiarum hujus Parochiæ.

Capella s. Dionysii in Innerthann.

7. Capella exiguæ structuræ, habens*) unum altare, in honorem s. Dionysii dedicatum. Acta visitalia de ao. 1707 denotant missam hebdomadalem hic celebrandam. Dedicatio celebratur Dominica I. Octobris, patrocinium vero in festo s. Dionysii mart. — Cœmeterium nullum adest. — In sacristia sunt paramenta necessaria et in turri duæ campanæ benedictæ. — De proventibus hujus capellæ eadem est ratio, quæ aliarum ecclesiarum hujus Parochiæ**).

Capella B^mæ Virginis in arce Mæxlrain.

8. In arce Mäxlrain est capella consecrata cum uno altari in honorem B^mæ Virginis dedicato. Solent in hac capella divina peragi in festo s. Annæ.

---

§. 176.

Parochia s. Andreæ in Ellbach***).

1. Hanc Parochiam pleno jure unitam esse monasterio Schyrensi ord. s. Benedicti, colligitur ex veteri matricula. Porro Abbas & conventus dicti monasterii præsentant Episcopo Parochum seu Vicarium parochialem. Modernus Parochus est R. D. Vitus Weinzierl, ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 25 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, qui tamen juxta acta visitalia de ao. 1707 consistit in fructibus fœni, et ex

---

*) III. 137.

**) Bey der Beſchreibung der Pfarrey Schönau (§. 265) bemerkt der Verfaſſer dieſer Matrikel, daß Innerthann nicht zur Pfarrey Tuntenhauſen gehöre, ſondern eine Filiale der Pfarrey Schönau ſey. D.

***) III. 139. — Vgl. §§. 383. 642. 693 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 32 — 34). D.

tertia parte decimarum & accidentiis stolæ. Eadem acta visitalia notant: Was in die Tradt gepauet wirdet, und zu Grandau, auch Schwarzenberg gehört der ganze Zechent dem Pfarrer*). Integri proventus melioribus annis putantur 500 florenos facile conficere. De hisce proventibus legitur in veteri matricula: *Non habet fixos redditus, neque prædium, sed solum pratum & hortum, valoris 7 flor. Item in anniversariis & missis hebdomadalibus habet 7 ℔. dl. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 12 flor. inclusis minoribus etc., confessionalia ad 2 flor., panes primitiales ad 7 flor.* Condecimatores adsunt duo, nempe Collegiata Bmæ Virginis Monachii & monasterium Weiarense. — Econtra tenetur Parochus annuatim præstare annuam pensionem monasterio Schyrensi 16 florenorum (In veteri matricula legitur: *Item solvit dicto Abbati in Scheurn pro absentia 24 flor.)*, Widumbsteur 3 fl. 25 kr. 5 hl., Jägergelt 50 kr., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 14 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis est antiquæ, non**) adeo commendabilis structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1006 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Ellbach non habet aliam ecclesiam filialem, nisi duas capellas, nempe sacri cruoris in cœmeterio et ss. Trinitatis in domo parochiali.

4. Ecclesiæ parochialis insignis est structura & inter rurales notæ primæ. Adsunt tria altaria:

Altare majus est consecratum in honorem s. Andreæ, de cujus etiam ossibus hic colitur particula. In eodem altari asservatur Sanctissimum.

Altare Bmæ Virginis est privilegiatum ratione *confraternitatis* fidelium defunctorum, quæ authoritate episcopali ao. 1703 introducta & Monacensi archiconfraternitati***) in aula veteri aggregata est, ac proprium habet magistratum.

Altare s. Georgii martyris.

Divina hic fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur Dominica II. post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Andreæ Apostoli. Item hic reperiuntur plures fundatæ missæ solennes de Rorate a variis benefactoribus. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis decentibus. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Aibling. Das völlige Vermögen dises Pfarr-Gottshauses solle diser Zeit yber 8000 fl. betreffen.

*) III. 140. **) III. 141. ***) III. 142.

Capella ad s. Cruorem in cœmeterio).*

5. Capella hæc venusta unum habet altare, ss. Salvatori et Matri dolorosæ sacrum. — De hac capella legitur in veteri matricula: *In qua capella est proprius Capellanus ad nutum amovibilis, cui vitrici pro salario solvunt 12 ℔. dl. et sibi Provisori* (id est Parocho) *12 ℔. dl. pro tabula Capellano in dote administranda etc. Item habet Capellanum, ut supra, ad dotem fundatum.* Talis Capellanus defacto non adest, sed Parochus singulis diebus Veneris celebrat in hac capella missam hebdomadalem, et exinde recipit 21 florenos, applicando missam (uti habent acta visitalia de ao. 1707) ad intentionem fundatorum. — Dedicatio hujus capellæ celebratur in Dominica post festum s. Augustini. Item hic dicitur**) missa in die Nativitatis Domini sub aurora. — Sacristia non adest propria. — Paramenta sumuntur ex ecclesia parochiali, cujus proventibus etiam commixti sunt redditus hujus capellæ.

Capella ss. Trinitatis in domo parochiali.

6. Cum Patres ord. s. Benedicti ante 300 & plures annos in hoc loco habitarent, usi sunt hac capella pro suo choro. Capella ipsa, ædibus parochialibus connexa, antiquæ est structuræ cum uno altari, ss. Trinitati dedicato. Dedicatio hujus capellæ incidit in festum ss. Simonis & Judæ, et celebratur a Vicario parochiali in Vischbachau, a quo etiam hæc capella conservatur ex oblationibus hic fieri*) solitis. Celebrantur etiam hic per annum aliquæ missæ votivæ. Sacristia propria non adest. Paramenta sumuntur ex parochiali ecclesia.

---

§. 177.

Parochia s. Martini in Flindtspach***).

1. Anno 1312 Godefridus Episcopus Frisingensis hanc Parochiam Reverendissimo capitulo suo cathedrali donavit, salvis tamen suis juribus episcopalibus, et ea conditione, ut octava nativitatis B^mæ^ Virginis iisdem ritibus in cathedrali ecclesia celebretur, ac ipsum ejusdem festum, et hoc in eum finem, ut ejus

---

*) III. 143. **) III. 144. ***) III. 145.

***) III. 147. — Vgl. §§. 384. 643. 693, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 36—41) und Seb. Dachauers Chronik mehrerer Ortſchaften aus der Umgegend von Brannenburg, abgedruckt im Archive des hiſtor. Vereines von und für Oberbayern (V. Bd. S. 205—222). D.

devotio mentes confratrum in electionibus dignitatum, præsertim Episcopatus, ad salutem ecclesiæ communiret. Ita loquitur hujus donationis instrumentum. — Porro Reverendissimum capitulum prædictum Vicarium parochialem, quem investire vel perpetuare solet, Episcopo pro admissione & approbatione ad curam præsentat. — Modernus Vicarius parochialis*) est R. D. Felix Cajetanus Stainberger, ao. 1730 præsentatus & ad curam admissus.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. De redditibus parochialibus ita habetur in veteri matricula: *Item in fixis redditibus ex institutione prædiorum dotalium habet 32 flor., in missis hebdomadalibus & anniversariis circiter 8 flor. Non colit nec habet prædium dotale, nisi certos agros, quos possit locare colono pro 1 flor. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 48 flor., confessionalia ad 6 flor., panes primitiales ad 2 flor.* Acta visitalia de ao. 1707 proventus parochiales dicunt consistere in tertia parte (decimarum) in Flindtspach et Aurdorff cum annexis locis, uti Kifersfelden. Item in manso et pensionibus emphyteutarum, quorum plures adsunt. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur 700 florenos bene posse conficere. Econtra Vicarius**) parochialis, etiamsi Cooperatorem nullum penes se, sed Provisorem ad libitum habeat, tenetur tamen Curato in Obern-Aurdorff, qui ibidem vices Cooperatoris agit, præstare annuatim 26 florenos, et ei etiam relinquere stolam assignatam. Onera alia specificat antiqua matricula, scilicet: *Item incorporationem capitulo Frisingensi 20 flor. 4 β. dl.* (Hodie Vicarius parochialis Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi absentiæ loco præstat 30 florenos). *Item Jäger-Gelt Principi 2 fl. et ad arcem Falckhenstain 3 fl. Item ad eandem arcem Falckhenstain 1 ℔. dl. Item pro prandio in der Ehehaft per plebanum tenendo 2 fl.* (De hoc prandio hodiedum lis inter Vicarium parochialem & Dominum arcis Falckhenstain indecisa est). Item solvit hodie Vicarius Widummſteur 4 fl. 8 kr. 3 hl., ad arcem Falckhenstain 1 fl. 49 kr.; Jäger-Gelt nach Aibling 1 fl. 30 kr. Addunt acta visitalia supracitata: *Præfecto***) in Aurdorff* (forte Aurburg) *45 kr., Præfecturæ Aiblinganæ 1 fl. 40 kr.* Item ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathed. 14 kr. — Domus parochialis lignea cum pertinentiis habitatio est non multum commendabilis.

Communicantes hujus satis amplæ Parochiæ novissime 2753 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Flindtspach habet alias sex ecclesias filiales, nempe in Ober- & Nider-Aurdorff cum sacello s. Annæ,

*) III. 148. **) III. 149. ***) III. 150.

Pranberg, Tegerndorff, s. Magdalenæ auf der Biber, Kifersfelden; et duas capellas arcium Falckhenstain & Urfahrn seu auf dem Reiſath.

4. Ecclesia parochialis, in elegantiorem præ multis formam restaurata, altaria habet tria*):

Altare majus est dedicatum in honorem s. Martini Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum.

Altaria B^næ Virginis & s. Stephani protomartyris.

Anno 1653 authoritate episcopali hic instituta fuit *confraternitas* ss. Rosarii, ratione cujus altare B^mæ Virginis est privilegiatum diebus Sabbati. Confraternitas reipsa est sub cumulativa cura Vicarii parochialis & Domini hoffmarchialis hujus loci, qui est Dominus de Ruepp in Falckhenstain, etiamsi soleat constitui proprius magistratus.

Divina hic fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis & festivis, nisi incidat dedicatio in aliqua ecclesia filiali. Item juxta acta visitalia de ao. 1707 diebus Veneris dicenda est hic missa hebdomadalis. Dedicatio**) hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum nativ. B. M. V., patrocinium vero ad festum s. Martini Episcopi. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium quoque cum ossuario & sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis valde decentibus. — In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. — In hac etiam ecclesia sunt sepulturæ Dominorum Comitum de Hund et Ruepp in Falckhenstain. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii & Domini hoffmarchialis prædicti. Das Vermögen diſes Pfarrgottshauſes iſt vor deſſen Reparation yber 4000 fl. beſtanden.

*Ecclesia filialis B^mæ Virginis in Ober-Aurdorff****).*

5. In hoc loco habitat Curatus, qui in Parochia Flindtspach agit vices Cooperatoris & plerumque ad libitum secum habet Coadjutorem. Domus habitationis non multum est commendabilis structuræ, quæ testibus actis visitalibus conservatur ab ecclesia. — Curatiam hanc libere confert Episcopus, et Curatus iste tenetur, præesse curæ animarum in Ober- & Nideraurdorff & Kifersfelden ac appertinentibus locis montanis. — Proventus hujus Curati, quos recipit partim a Vicario parochiali, ab ecclesia, confraternitate animarum, decimis & collectura ac stola, sacerdotalem congruam creduntur 500 florenis adæquare. Modernus Curatus est R. D. Laurentius Antonius Lochner, ex instituto clericorum in commune viventium†).

Ecclesia hæc, ao. 1704 hostili invasione combusta, nunc autem satis decenter restaurata & ampla, habet quatuor altaria:

---

*) III. 151. **) III. 152. ***) III. 153. †) III. 154.

Altare majus est dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis, hic beneficiis claræ. In eodem altari asservatur Sanctissimum.

Altare s. Joannis Baptistæ.

Altare s. Antonii de Padua.

Altare confraternitatis fidelium defunctorum.

Anno 1677 authoritate episcopali introducta fuit hic *confraternitas* fidelium defunctorum & successive confœderata cum archiconfraternitate aulæ veteris Monachii, unde altare confraternitatis privilegiatum est diebus Lunæ pro defunctis ex eadem. Confraternitas regitur per proprium magistratum *).

Divina in hac ecclesia fiunt per Curatum loci omnibus regulariter diebus dominicis & festivis, exceptis festis Apostolorum, ss. Georgii, Nicolai, Catharinæ, Innocentium martyrum. Juxta acta visitalia Curatus tenetur hic ad missam legendam diebus Sabbati sine tamen certa applicatione. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt campanæ tres benedictæ. — In hac etiam ecclesia est *confraternitas* seu pium pactum *nautarum*, de cujus erectione & confirmatione tamen sufficienter non constat ex actis visitalibus. Item in hac ecclesia asservatur etiam particula s. Crucis. — Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis cum Præfecto electorali in Aurburg. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt nit **) wüßlich aus Abgang der Rechnungs-Extracten.

Notandum, in veteri matricula reperiri sequentia verba: *Ibidem in Aurdorff est Capellanus ad Cooperatorem fundatus, cui Cooperator dat tabulam & vitrici 12 ℔. dl.* De simili fundato Capellano hodie nihil constat.

Capella s. Annae.

6. Hæc capella sita est in cœmeterio ecclesiæ in Oberaurdorff. Adest unum altare in honorem s. Annæ dedicatum. Divina hic fiunt in festo s. Annæ, in quo dedicatio & patrocinium concurrunt. — Sacristia non adest; paramenta sumuntur ex adjacenti ecclesia. — Proventus hujus capellæ sunt sub cura Vicarii parochialis & supradicti Præfecti in Aurburg.

Capella s. Floriani martyris.

7. Non procul a loco Oberaurdorff in***) colle sita est capella, ante quosdam annos a communitate ex devotione erga s. Florianum martyrem cum uno altari erecta & ædificata, sed cum necdum

*) III. 155. **) III. 156. ***) III. 157.

sufficienter de ejus dote constet, in eadem capella divina non fieri solent.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Niederaurdorff.

8. Ecclesia hæc, antiqui & firmi operis, altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, et altare ss. Trinitatis.

Divina hic fiunt ordinarie in festis ss. Apostolorum. Item feria tertia Paschatis & Pentecostes, nec non in festis ss. Georgii, Catharinæ*) et Innocentium martyrum. Dedicatio coincidit cum festo patrocinii s. Michaelis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta competentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Aurburg. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Crucis in Kifersfelden.

9. Ecclesia hæc in colle sita, modicæ sed amœnæ structuræ, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Crucis**), altare B^mæ^ Virg. & altare ss. trium Regum.

10. Ad aram majorem hujus ecclesiæ a procuratoribus ejusdem fundatum & sub Nicodemo Episcopo Frisingensi ao. 1424 confirmatum fuit Beneficium missæ quotidianæ, excepto uno vel cum causa etiam altero per hebdomadem die. Assignata fuerunt pro sustentatione Beneficiati, qui actu resideat, varia prædia & fundi cum domo habitationis. — Hodie redditus beneficiales vix ad 90 florenos putantur posse ascendere, unde Beneficiatus diebus dominicis & festivis celebrat missam ad intentionem fundatorum. Successive ao. 1663 ex ultima voluntate Abrahami Wüser, Hofwürths zu Ober-Aurdorff, accessit huic Beneficiato alia missa hebdomadalis celebranda. Assignavit testator pro fundo 1200 florenos, de quorum annuo censu Beneficiatus capit 31 florenos & 52 kr.***); de residuo censu autem satisfit ecclesiæ ejusque ministris & eleemosynæ annuatim distribuendæ. Confirmavit hanc fundationem Serenissimus Albertus Sigismundus Episcopus Frisingensis. — Jus patronatus ad hoc Beneficium competit Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi. Modernus Beneficiatus est R. D. Vitus Gschwendtner, ao. 1714 admissus. De hoc Beneficio alias dantur pro primis fructibus 4 floreni, ad episcopale seminarium 1 fl.

11. Divina hic alias præter missas beneficiales peraguntur in festis exaltationis & inventionis s. Crucis, in quo posteriori festo

---

*) III. 158. **) III. 159. ***) III. 160.

etiam concurrit dedicatio hujus ecclesiæ, item semel infra octavam corporis Christi et infra octavam omnium sanctorum. — Anno 1721 ab illustrissimo Domino Comite de Fieger dotata & authoritate episcopali introducta et*) confirmata fuit *confraternitas* s. Crucis, quæ regitur a Vicario parochiali in Flindtspach. Altare majus est privilegiatum diebus Veneris pro defunctis ex eadem confraternitate. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia habet paramenta competentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura parochialis Vicarii & Præfecti electoralis in Aurburg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich**).

Ecclesia filialis s. Magdalenæ auf der Biber.

12. Hæc ecclesia pulchra, in horrenda tamen rupe sita, ab illustri Domino Ferdinando Hund de Lauterbach fundo & pecuniis dotata, altare habet unum, in***) honorem s. Mariæ Magdalenæ dedicatum. — Divina hic peraguntur ordinarie in dedicatione, quæ incidit in Dominicam infra octavam s. Joannis Baptistæ, et in festo patrocinii s. Magdalenæ. Item hic solenne anniversarium peragendum est nobilis Dominæ Sophiæ Prandtin, natæ de Taufkirchen. Solent etiam hic fieri plures missæ votivæ. — Cœmeterium nullum adest. — Sacristia tenet paramenta necessaria. — Turris continet campanas duas benedictas.

Extra hanc ecclesiam aliud est *sacellum s. Magdalenæ*, ubi supra portatili celebrari potest. Proxime adjacet *eremitorium* et hic locus stationibus & imaginibus passionis Domini fideles ad plurimam devotionem commovet.

Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Domini hoffmarchiæ Falckhenstain†). Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 3000 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Margaritæ am Pranberg.

13. Hæc ecclesia in veteri matricula vocatur in Buechbach. Est structuræ modicæ, in monte sita. Adest unum altare in honorem s. Margaritæ dedicatum. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Margaritæ, patrocinium vero celebratur in ipso festo hujus Sanctæ; item in feria tertia Paschatis & Pentecostes et in festo Nativitatis Domini, et in festis

---

*) III. 161.

**) Ueber die bey Kiefersfelden, nahe an der Grenze von Tyrol, neuerbaute Otto-Capelle ſehe man: Erinnerungen an die Grundſteinlegung der Ottocapelle bey Kiefersfelden. München, 1834. 4. D.

***) III. 162. †) III. 163.

s. Joannis Baptistæ, Catharinæ & Innocentium martyrum. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia habet paramenta necessaria & turris campanas benedictas duas*). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Dominum hoffmarchiæ Falckhenstain. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle yber 1200 fl. diſer Zeit betragen.

Ecclesia filialis s. Aegidii in Degerndorff.

14. Ecclesia hæc vilioris structuræ habet altare unum, in honorem s. Aegidii Abbatis dedicatum. — Divina fiunt hic in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi. Patrocinium celebratur in ipso festo s. Aegidii. Item divina fiunt in festis s. Josephi & s. Blasii martyris. Item juxta acta visitalia de ao. 1707 debent hic celebrari 12 missæ menstruæ, ut fideles audiant missam, de quibus Vicarius parochialis recipit 6 florenos. — Cœmeterium non adest. — Sacristia**) tenet paramenta necessaria. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus sunt sub eadem administratione, qua est ecclesia supradicta am Pranberg. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle dermalen gegen 2800 fl. betreffen.

Capella filialis arcis Urfahrn seu am Reisath.

15. Hæc capella, quam Dominus Joannes Georgius Messerer, electoralis cameræ Consiliarius, non procul ab antiqua arce Urfahrn in sua nova arce am Reiſath elegantissime exstruxit, altaria sequentia habet:

Altare s. Annæ est dedicatum in honorem s. Annæ***). Ibidem colitur corpus s. Severi mart. (nom. propr.) et etiam particula de s. Cruce.

Altare Bmæ Virginis & s. Josephi est in capella contigua, in honorem Bmæ Virginis consecrata. Ibidem solet asservari Sanctissimum. Dedicatio hujus capellæ celebratur Dominica tertia post festum s. Michaelis & patrocinium in festo s. Annæ per Vicarium parochialem. Sacristia hujus capellæ paramentis multis & pretiosis est ornata.

Cæteroquin qualiter hæc capella defacto ad usum PP. Carmelitarum concessa sit, dictum fuit in volumine primo fol. 561 et 562 (§. 71).

Capella filialis in arce Falkhenstain†).

16. Capella hæc in arce Falkhenstain antiqui operis aram habet

---

*) III. 164. **) III. 165. ***) III. 166.

†) III. 167. — Vgl. Seb. Dachauers Geſchichte der Freyherrn und Grafen von

unam, in honorem B[mæ] Virginis ad nives consecratam, in cujus festo dedicatio et patrocinium coincidit et per Vicarium parochialem celebratur.

---

§. 178.

Parochia s. Michaelis in Getting *).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis et de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ **). — Modernus Parochus est R. D. Quirinus Berchtold, ao. 1727 investitus. Da pro primis fructibus 45 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ desumuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex institutionibus habet 3 flor. 4 β dl. Item in anniversariis et missis hebdomadalibus 18 β dl. Item omnes decimas majores frumentorum æstimat ad 40 flor., minores ad 2 flor., confessionalia ad 7 flor. Panes primitiales æstimat ad 5 flor.* Acta visitalia de ao. 1707 Parocho tertiam decimarum partem per totam Parochiam, in quibusdam etiam fundis duas tertias adscribunt. Condecimat in***) Getting pro duabus tertiis Reverendissimum capitulum cathedrale Frisingense, außgenommen etliche Voräcker, allwo ein Pfarrer allen Zechent hat. In Lindten condecimat confraternitas corporis Christi pro duabus tertiis, quas tamen Parochus pro functionibus confraternitatis solet recipere. In Mitten-Kirchen duas tertias colligit das reiche Almoſen in München. In Fagn itidem pro duabus tertiis condecimat Collegiata B[mæ] Virginis Monachii. Integri proventus hujus Parochiæ putantur melioribus annis facile ascendere ad 1000 florenos. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem, cui juxta citata acta visitalia Parochus præstat mensam et habitationem, parochiani autem annuos 60 florenos. Item præstat Parochus Widumb-Steur 3 fl. 49 kr. 3 hl., Vogtey nach Euraſpurg 17 kr. 1 hl. (In veteri matricula habetur: *Item Vogtey Principi 1 ℔ dl. et nobili Torern 60 dl.)*, Jäger-Gelt 2 fl. 51 kr. 4 hl., ad seminarium episcopale 4 fl. †), cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fa-

---

Ruepp auf Falkenſtein, abgedruckt im VI. Bande des oberbayer. hiſtor. Archives (S. 113 — 138 u. S. 279 — 322). D.

*) III. 169. — Vgl. §§. 385. 628. 693 und die tabellariſche Diöceſanbeſchr. (S. 41. 42.) D.

**) Im Jahre 1788, wo der Biſchof von Freyſing auf ſein Monatrecht bey der Pfarrey Egenhofen Verzicht geleiſtet hat, iſt — als Erſatz dafür — Getting eine ganz freye biſchöfliche Collations-Pfarrey geworden. D.

***) III. 170. †) III. 171.

bricam ecclesiæ cathedralis 14 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis est novæ et melioris structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 891 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Getting habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Mittenkirchen, Fagn et capellam in Lindten.

4. Ecclesia parochialis, ante 14 annos noviter reædificata, necdum consecrata est cum suis altaribus, quorum tria adsunt: Altare majus, erectum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Dorotheæ martyris et altare s. Cath. virg. mart*). In hac ecclesia authoritate ordinaria ao. 1703 introducta existit *confraternitas* corporis Christi seu adoratio ss. Sacramenti. Altare majus privilegiatum est singulis diebus Martis pro defunctis ex eadem confraternitate, quæ regitur per proprium magistratum. Divina ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis, nisi incidat dedicatio aut patrocinium ecclesiarum filialium. Dedicatio et patrocinium ecclesiæ parochialis in festo s. Michaelis coincidebat. Item vi resolutionis sub dato 30. April 1703 tenetur Parochus hic dicere diebus Veneris missam hebdomadalem eamque ad intentionem fundatorum conditionate applicare. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. — Sacristia est provisa paramentis competentibus. — In turri tres sunt campanæ benedictæ. — Proventus **) hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et electoralis Præfecti in Aibling. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle dieſer Zeit gegen 1000 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Mittenkirchen.

5. Hæc ecclesia melioris structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum; altare s. Magdalenæ et altare s. Ant. de Padua.

Divina hic ordinarie fiunt in Dominicis alternative cum ecclesia in Fagn, item in festis principalioribus Domini, s. Michaelis, Apostolorum et aliorum Sanctorum***). Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo s. Michaelis Archangeli vel forsitan in festo s. Nicolai Episcopi. Item hic vigore resolutionis de dato 30 April 1703 legenda et ad intentionem fundatorum conditionate applicanda est missa hebdomadalis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta necessaria et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Aibling. Das Vermögen dieſes Gottshauſes ſolle dieſer Zeit ÿber 1300 fl. ausmachen.

---

*) III. 172. **) III. 173. ***) III. 174.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Fagn.

6. Ecclesia hæc satis decora tria continet altaria*):

Altare majus est dedicatum in honorem Bmæ Virginis. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis.

Altare s. Annæ.

Altare s. Barbaræ. Ad hoc altare ao. 1722 Ferdinandus Haffner, hospes in Fagn cum uxore sua Ursula, fundavit Beneficium duarum missarum hebdomadalium, diebus Lunæ et Mercurii ad intentionem fundatorum celebrandarum. Fundus consistit in summa capitali 2000 florenorum et in domo ac horto pro habitatione Beneficiati. Item ecclesiæ pro paramentis cessum fuit prædium in Hainrichsdorff et 120 floreni assignati sunt, ut de eorum censu satisfiat ecclesiæ ministris. — Confirmationem huic Beneficio dedit Joannes Franciscus Episcopus**) Frisingensis. Jus patronatus reservatum fuit ainem auf der Hofmarchiſchen Würths-Tafern in Fagn von dem Haffneriſchen Stammen und Namen. Parentela autem hac extincta jus præsentandi erit penes communitatem in Fagn, ſo daß ſelbe mit Zuziehung eines Pfarrers zu Getting auf ein Subiectum antrage, damit das Beneficium und auch die Schuell möglichſt erhalten werde. Modernus Beneficiatus est P. Fr. Pachomius Eberle, tertii ordinis s. Augustini Eremita, ao. 1722 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominicis alternative cum ecclesia in Mittenkirchen. Item in festis Bmæ Virginis et ss. Sebastiani, Georgii, Annæ et Barbaræ et in Dominica infra octavam corporis Christi. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Laurentii. Item vi resolutionis supracitatæ de dato 30 April***) 1703 dicenda et applicanda est missa hebdomadalis, sicut supra in Mittenkirchen, nec non aliæ duæ missæ annuæ pro fundatoribus, pro quibus dari solent 1 fl. 1 *β*. — Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt campanæ benedictæ duæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho et Domino comitatus Falley, qui defacto est Dominus Comes de Tattenbach. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich dermahlen gegen 2200 fl. erſtreckhen.

Capella s. Isidori in Lindten†).

7. Hæc capella, in horto rustici sita, parva sed amœna, a Balthasare Kegler Parocho in Getting ædificata, altare habet unum, in honorem quinque Sanctorum et inter hos principaliter s. Isidori

---

*) III. 175. **) III. 176. ***) III. 177. †) III. 178.

consecratum. Divina fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Pii martyris, item in festo quatuor Sanctorum et in festo s. Isidori (die 10. Maji). Item hic dicenda est missa hebdomadalis, pro qua vi decreti de dato 22. Junii 1662 dantur Parocho annui 25 floreni. — Cœmeterium hic nullum adest. Sacristia habet paramenta necessaria.*) In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Cura proventuum hujus capellæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Aibling. Das Vermögen diſer Capellen ſolle dermalen gegen 1000 fl. betragen.

---

§. 179.

Parochia s. Viti in Hochstætt**).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis et de præsentatione Serenissimi Bavariæ Electoris. — Modernus Parochus est R. D. Paulus Eisenreich, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 24 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso parochiali, decimis et stolæ accidentiis. De his in veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus habet 12 β dl. Item ex missis hebdomadalibus et anniversariis 4 flor. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 15 flor., minores ad 3 flor., confessionalia ad 1 ℔ dl. Panes primitiales æstimat ad 2 flor.* Acta visitalia de ao. 1707 Parocho adscribunt tertiam partem decimarum per totam Parochiam.***) In Friesing recipit duas tertias ob missam hebdomadalem in Schecha. Propter aliam missam, quæ dicitur Neupauriana, recipit de duobus colonis, sicut etiam de hortis, integras decimas. Ita acta prædicta. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur ascendere posse ad 500 florenos. — In hac Parochia condecimant Collegiata s. Andreæ Frisingæ et Dominus hoffmarchiæ Schecha. Item in veteri matricula legitur: *Item habet Parochus Cooperatorem, cui dat tabulam et 4 β dl. bibalia. Idem habet in annuis obventionibus ad 24 florenos.* Hodie expositus est Curatus in Tattenhausen, qui etiam supplet vices Cooperatoris, de quo infra; Parochus autem nullum alium alit Cooperatorem. Paro-

---

*) III. 179.

**) III. 181. — Vgl. §§. 386. 635. 693 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 42. 43.) D.

***) III. 182.

chus tenetur annuatim solvere Widumb-Steuer 4 fl. 6 kr. 2 hl., Jäger-Gelt 1 fl. 42 kr. 6 hl., ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 14 kr. — Domus*) parochialis cum pertinentiis indigeret reparatione.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 453 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Hochstætt (Hochstadt) habet alias duas filiales ecclesias, nempe in Tattenhausen et Schecha.

4. Ecclesia parochialis melioris structuræ est. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Viti martyris, in quo asservatur Sanctissimum; altare B^mæ^ Virginis et altare ss. Isidori, Ignatii, Xaverii, Philippi Nerii et Theresiæ.

Divina hic fiunt regulariter omnibus diebus dominicis et festivis. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Viti**), patrocinium vero in festo ejusdem Sancti. Item, uti notant acta visitalia de ao. 1707, dicendæ hic sunt duæ missæ hebdomadales, nempe diebus Lunæ et Veneris. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis. — Sacristia habet paramenta competentia. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis; et quidem in hac ecclesia conspiciuntur sepulturæ Nobilium de Schecha et Donbichel. — Turris habet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electoralis in Rosenhaimb. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſoll diſer Zeit gegen 700 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Tattenhausen.

5. In hoc loco habitat expositus Curatus, qui supplet et agit vices Cooperatoris, et præmissa professione fidei et juramento solito solet perpetuari et pro juribus***) cancellariæ solvere 6 fl. 45 kr., ad seminarium episcopale 1 fl. — Modernus Curatus est R. D. Philippus Michael Hueber, ao. 1733 perpetuatus. Proventus hujus Curati consistunt in fructibus mansi exigui, item in tertia decimarum parte et in annua concurrentia ecclesiæ, uti notatur in sententia de dato 12. Dec. 1725. Integri proventus hujus Curatiæ melioribus annis putantur posse ascendere ad 300 florenos. Domus habitationis Curati cum pertinentiis lignea a communitate loci juxta supradicta acta visitalia conservanda est; sed de hoc videantur acta.

6. Ecclesia hæc bonæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Crucis, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis†); altare B. M. V. sine labe conceptæ et altare s. Joannis Baptistæ.

---

*) III. 183. **) III. 184. ***) III. 185. †) III. 186.

Divina hic ordinarie fiunt singulis diebus dominicis et festivis, exceptis (uti colligitur ex actis visitalibus de ao. 1707) festo corporis Christi, die palmarum et dedicatione ecclesiæ parochialis. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur Dominica post festum s. Marci. Anno 1452 et 1492 vitrici et communitas in Tattenhausen ex bonis ecclesiæ ibidem, accedente confirmatione Joannis et Sixti Episcoporum Frisingensium, fundaverunt tres missas hebdomadales, diebus Lunæ, Mercurii et Veneris in hac ecclesia celebrandas, et ad unamquamque assignarunt 18 ß Landtsھuetter dl. Vi tamen sententiæ seu leuterationis de dato 12. Dec. 1725 propter tenuitatem stipendii*) istæ obligationes reductæ fuerunt, ut Curatus per annum saltem celebret et pro fundatoribus applicet 15 missas diebus Mercurii vel Veneris. Item vi ejusdem sententiæ tenetur idem Curatus, hebdomadatim saltem semel celebrare pro commoditate populi, ut audire possit missam.

Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Rosenhaimb. Das völlige Vermögen ſolle ſich gegen 3500 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Schecha.

7. Ecclesia hæc communis est structuræ**). Adsunt duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virg. mart. et altare visitationis B. M. Virg.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis, et in festo patrocinii s. Margaritæ; item in festis ss. Joannis Baptistæ et Evangelistæ et s. Georgii. Celebratur etiam hic missa hebdomadalis diebus Sabbati, a familia Donbichleriana fundata, pro qua ex hoffmarchia Schecha datur Parocho 1 Schober Korn, das Drittel Garten-Zechent und das Drittel Zechent in Frieſing. In festo s. Marci, feria secunda rogationum et feria sexta infra octavam Ascensionis hæc ecclesia visitatur processione***). — Cœmeterium non adest. Sacristia paucis paramentis est instructa. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electolis in Rosenhaimb. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit 800 fl. betreffen.

*) III. 187. **) III. 188. ***) III. 189.

§. 180.

Parochia s. Martini in Hœgling*).

1. In veteri matricula legitur, hanc Parochiam esse de collatione Reverendissimi Frisingensis Vicarii. Nunc ea providetur ex concessione Episcopi per Canonicos regulares ex monasterio Weiarnensi, in Weichenlindten expositos, quorum communiter quatuor sunt, et inter illos Superior, qui nunc P. Franciscus Mahler.

2. De proventibus hujus Parochiæ, qui tenues sunt, et in manso et tertia decimarum parte ac exigua stola, nec non in sacris votivis hodie recipiuntur, antiqua matricula ita notat: *Item habet ab ecclesia 20 crucig.*, Liecht-Gelt *ab æditua 12 dl.*, einen Centner Ayr *et duos pullos ab æditua etc. Item omnes decimas frumentorum æstimat ad 25 flor., minores ad 3 flor., confessionalia ad 5 β dl., stolam ad 1 flor. Panes primitales æstimat ad 2 flor.* Condecimat pro duabus tertiis hic loci**) et in tota ferme Parochia monasterium Fürstenfeldense. Juxta antiquam matriculam de hac Parochia solvitur Jäger-Gelt Principi 3 β dl. Hodie tamen nihil solvitur, nisi ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiae cathedralis 14 kr. — Domus parochialis non habitatur ab exposito Vicario, sed aliis solet locari, conservanda tamen est defacto a monasterio Weiarnensi.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 250 reperti sunt.

3. Ecclesiæ parochiali in Högling in matricula veteri nulla adscribitur ecclesia filialis. Adest tamen ecclesia Bmæ Virginis ad sacrum fontem, in Weichenlindten, quæ uti filialis merito respicienda est.

4. Ecclesia parochialis in Hœgling structuræ est honestæ***). Adsunt in ea tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Trinitatis et altare ss. Stephani et Laurentii martyrum.

Divina hic ordinarie fiunt omnibus diebus dominicis et festivis, exceptis festis Bmæ Virginis, extra festum purificationis. Item in hac ecclesia peraguntur benedictiones palmarum, cereorum, salis,

---

*) III. 191. — Vgl. §§. 386. 630. 693, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 43. 44) u. Matth. Reithers geſchichtliche Darſtellung des Wallfahrtsortes Maria in Weihenlinden. 1835. 8. — Högling iſt jetzt eine organiſirte (vom k. Staatsärar dotirte) Pfarrey, bey welcher der Hr. Erzbiſchof das freye Verleihungsrecht ausübt. D.

) III. 192. *) III. 193.

cinerum. Dedicatio celebratur Dominica II. Octobr., patrocinium vero in festo s. Martini Episcopi. Item acta visitalia de ao. 1707 denotant missam hebdomadalem, quæ hic solet celebrari. In die dedicationis ecclesiæ Weichenlindten divina in parochiali non fiunt.*) Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem et Præfectum electoralem in Aibling. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle dieſer Zeit bey 4000 fl. ertragen.

Ecclesia Bmæ Virginis in Weichenlindten.

5. Ecclesia hæc multum magnifica, peregrinorum ad Bmam Virginem, hic miraculis et beneficiis clarescentem, concursu et frequentia, nec non publicis processionibus celebris, supra sacellum ad sanctum fontem nuncupatum, in quo Bmæ Virginis statua residet, ædificata est. Altaria habet in duplici contignatione ecclesiæ; et quidem in inferiori adsunt sex altaria**):

Altare majus est in supradicto Bmæ Virginis sacello, in quo asservatur Sanctissimum et colitur statua ejusdem gratiosa Bmæ Virginis et etiam particula de s. Cruce.

Altare s. Josephi est privilegiatum singulis diebus Lunæ pro defunctis ex confraternitate s. Josephi hic antiquitus instituta, quæ administratur a Vicario parochiali in Hœgling sine alio magistratu.

Altare passionis seu sepulchri Domini est privilegiatum universaliter pro defunctis diebus Veneris.***)

Altaria Bmæ Virg. auxiliatricis, s. Annæ et ss. 14 Auxiliatorum.

In superiori ecclesiæ contignatione adsunt altaria quatuor:

Altare ss. Trinitatis est triplex, Deo Patri, Filio et Spiritui sancto dedicatum. — *Altare Bmæ Virginis.*

Confraternitas ss. Trinitatis, ao. 1733 authoritate episcopali instituta et a Domino Casparo Ströbel Beneficiato in Holzkirchen dotata, regitur pariter per Vicarium parochialem in Hœgling sine alio magistratu et habet aram ss. Trinitatis singulis feriis quartis pro defunctis confratribus etc. privilegiatam.†) Divina hic fiunt quotidie præsertim in festis Bmæ Virginis et per missas votivas, de quibus potissimum se sustentant Canonici regulares Weiarnenses hic expositi. Dedicatio celebratur Dominica post festum ss. Apostolorum Petri et Pauli. — Cœmeterium hic non adest. — Sacristia

---

*) III. 194. **) III. 195. ***) III. 196. †) III. 197.

habet paramenta multa, etiam pretiosa. — In duabus turribus quatuor sunt campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Dominus Præpositus in Weiarn eamque conservat, quæ juxta acta visitalia de ao. 1707 incorporata fuit a Vito Adamo Episcopo Frisingensi monasterio Weiarnensi. Domus, in qua habitant Domini Canonici regulares, amplæ et bonæ structuræ est.

---

§. 181.

Parochia s. Georgii in Grossen-Holzhausen*).

1. Hæc Parochia in veteri matricula et actis visitalibus indicatur esse unita Præposituræ Madronensi, de qua actum est in primo volumine fol. 366 (§. 29). Porro Reverendissimus Dominus Præpositus Madronensis præsentat Episcopo Vicarium parochialem. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Dominicus Lindemüller, ao. 1732 investitus. Non dat primos fructus, bene vero jura cancellariæ.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt in manso exiguo, tertia decimarum parte, uti habetur in actis visitalibus, per totam Parochiam et in stolæ accidentiis. De hujusmodi proventibus habentur in veteri matricula sequentia: *In anniversariis et missis hebdomadalibus circiter 6 flor. Item omnes decimas majores frumentorum æstimat ad 18 flor. minoribus inclusis, confessionalia ad 2 flor. Panes primitiales æstimat***) *ad 2 flor.* Condecimat in hac Parochia ecclesia parochialis, Serenissimus Elector Bavariæ et Dominus loci, nempe Dominus hoffmarchialis, qui nunc est Dominus Comes de Preysing. Quæ autem inter Parochos in Flindtspach et Holzhausen ratione des Neubruchs auf dem ſogenanndten Weyerl acta sint, et circa loca decimalia dubia vid. recessus de dato 3. Juli 1670. Integri proventus Vicarii melioribus annis vix se extendent ad 500 florenos. Econtra tenetur Vicarius præstare Reverendissimo Domino Præposito Madronensi ratione incorporationis seu absentiæ, uti vocat matricula antiqua, 6 ℔ dl. seu 6 fl. 51 kr. 2 dl. Jäger-Gelt nunc 35 kr. (olim, ut in veteri matricula habetur 1 ℔ dl.)

---

*) III. 199. — Vgl. §§. 385. 640. 693. die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 44 u. 45) und Seb. Dachauers Chronik von Brannenburg und den nächſten Orten der Umgebung (Schwarzlacke, Mooseck, Sulzberg und Großholzhauſen), abgedruckt in dem Archive des hiſtor. Vereines von und für Oberbayern. (IV. Bd. S. 92 — 138). D.

**) III. 200.

Juxta acta visitalia de ao. 1707 dat etiam Widumb-Steur 1 fl. 26 kr., ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 14 kr. — Domus parochialis honesta est habitatio; horreum cum stabulis reparatione indiget.*)

Communicantes hujus Parochiæ novissime 610 sunt numerati.

3. Ecclesia parochialis in Grossen-Holzhausen habet ecclesiam filialem in Pranenberg cum duabus capellis, nempe in arce Pranenberg und an der ſchwarzen Lachen. Item intra fines hujus Parochiæ sita est ipsa ecclesia præpositalis s. Petri in monte Madronensi.

4. Ecclesia parochialis valde honestæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce; altare ss. Achatii et sociorum martyrum et altare ss. 14 Auxiliatorum.

Divina hic ordinarie fiunt in diebus dominicis et festivis alternative cum ecclesia**) filiali in Pranenberg, exceptis festis Apostolorum, quæ hic peraguntur, et aliis, quæ infra ad ecclesiam Pranenberg notabuntur. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Georgii. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. — Sacristia competenter provisa est paramentis. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis et Domini hoffmarchiæ Pranenberg, qui defacto est Dominus de Preysing. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 1300 fl. belauffen.

Ecclesia filialis B^mæ Virginis in Pranenberg.

5. Ecclesia hæc antiquioris fabricæ***) altaria habet quatuor. Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria s. Annæ, s. Sebastiani mart. et s. Floriani mart.

Divina hic ordinarie cum ecclesia parochiali alternantur in diebus dominicis et festivis; festa tamen Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, ss. Trinitatis et corporis Christi celebrantur in hac ecclesia, sicuti etiam B^mæ Virginis. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur Dominica post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo assumptionis B^mæ Mariæ Virginis. Item hic diebus Veneris dicenda est missa hebdomadalis†) cum applicatione. Recipit inde Vicarius parochialis cum certi horti usu ab ecclesia 19 florenos, uti notatur in actis visitalibus supracitatis. Et de hac missa credi-

*) III. 201. **) III. 202. ***) III. 203. †) III. 204.

tur intelligenda esse verba sequentia veteris matriculæ: *In ecclesia Brandberg est Capellanus similiter ad nutum Præpositi montis s. Petri suscipiendus et amovendus. Idem habet ab ecclesia 8 florenos et certas decimas valoris 4 flor. ac residentiam cum horto.* — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Familiæ Hundianæ et Darchianæ sepulturæ hic conspiciuntur. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Domini hoffmarchiæ Pranenberg, qui defacto est Dominus Comes de Preysing. Daſs Vermögen diſes Gottshauſes ſolle dieſer Zeit gegen 1100 fl. betragen.

Capella filialis s. Crucis in arce Pranenberg.)*

6. Capella valde vetustæ structuræ habet unum altare, in honorem s. Crucis dedicatum. — In hac capella illustris Dominus Wolfgangus Wilhelmus Hund in Pranenberg ao. 1614 fundavit missam hebdomadalem, diebus Martis cum dedicatione et patrociniis in instrumento fundationis expressis celebrandam, et a Stephano Episcopo Frisingensi confirmatam. Dedit pro fundo 300 florenos. Cum vero hæc fundi summa pro modernis temporibus non sufficeret, Excellentissimus Dominus Comes Joannes Maximilianus de Preysing, nunc Dominus in Pranenberg, alterum tantum adjecit, ita ut Parochus defacto**) teneatur, diebus Martis celebrare missam hebdomadalem et alternative unam ad intentionem Hundianam, alteram ad intentionem Preysinganam applicare. — Dedicatio celebratur in festo exaltationis s. Crucis. Item hic celebratur missa in festo Nativitatis Domini ad auroram. — In sacristia habentur paramenta necessaria. — Cœteroquin hæc capella censetur esse eadem, de qua in veteri matricula fit mentio verbis: *Unam capellam s. Floriani in domo Nobilium in Moseckh.*

Capella filialis B^mæ^ Virg. auf der schwarzen Lackhen.

7. Hæc capella in monte cum eremitorio sita, non consecrata, altare habet unum, in honorem B^mæ^ Virginis auxiliatricis erectum. Propter magnam devotionem, quam***) fideles B^mæ^ Virgini in hoc loco exhibent, concessa fuit licentia sub dato 22. Sept. 1723, super ara mobili celebrandi missas, exceptis Dominicis et diebus festivis. Testantur etiam hic plurima anathemata appensa, Mariam esse beneficam.

Ecclesia s. Petri in monte Madronensi.

8. Descriptio hujus ecclesiæ et Præposituræ reperitur in primo volumine fol. 366 (§. 29), quæ hic non repetitur. Addenda tamen

---

*) III. 205. **) III. 206. ***) III. 207.

sunt verba veteris matriculæ, ubi de hac Præpositura sic habet: *Item in monte dicti montis Petri una capella s. Petri, in qua quilibet Provisor jura parochialia administrat et exercet.**) *Ibidem etiam domus residentiæ ipsius Præpositi, in qua residet Subpræpositus, qui habet sibi adjunctum Capellanum.* Verum eadem matricula paulo post indicat: Subpræpositum nec in hac, nec in aliis filialibus ad Parochiam Holzhausen spectantibus curam seu regimen habere, sed illam ad Vicarium ibidem spectare.

De proventibus Præposituræ eadem matricula sequentia habet: *Item in fixis redditibus ex institutione habet dicta Præpositura circiter centum et octo florenos in pecuniis. Deinde frumenta etiam valoris communibus annis 100 flor. Item fiunt a certis vicinis duabus vicibus peregrinationes, ex qua habet collecturam frumentorum valoris 15 flor.; sed plus impensarum facit et exponit pro dictis pecuniis, quam eleemosyna existit.*

---

§. 182.

Parochia s. Joann. Bapt. in Irschenberg**).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi et de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. — Modernus Parochus est R. D. Philippus Eirainer, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 16 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt in fructibus mansi, in tertia decimarum parte in pago Tettendorf; item decimas habet in agris primitialibus, item de stolæ accidentiis. De proventibus hujus Parochiæ ita loquitur antiqua matricula: *Item in fixis redditibus ex institutione habet 6 flor. 60 dl. Item ex missa hebdomadali in ecclesia Rieden 2 ℔ dl., de quibus cedit Cooperatori 1 fl. In ecclesia Kemathen 12 β. dl., de quibus Cooperatori similiter cedit media pars 6 β. dl. In ecclesia Tettendorf 24 β. dl., de quibus media pars cedit Cooperatori et Sacellano****). *In Pfaffing 12 β. dl., cedunt Sacellano. In ecclesia Irschenberg ex anniversariis et missis hebdomadalibus 8 flor. 5 β. dl. In Wilparting*

---

*) III. 208.
**) III. 211. — Vgl. §§. 387. 624. 693 u. die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 45 — 50). D.
***) III. 212.

ex missis hebdomadalibus 20 β. dl. In ecclesia Reitt 18 β. dl. Confessionalia pro parte sua ad 4 flor. Panes primitiales ad 3 fl. Item adest, uti colligitur ex actis, ein Widumbgüettl zu Blaichfeldt negſt Niclasreith. In hac Parochia condecimat Reverendissimum capitulum cathedrale Frisingense et xenodochium Rosenhaimbense. Integri proventus non videntur correspondere amplæ et laboriosæ Parochiæ et congruam vix constituere. Econtra tenetur secum habere Cooperatorem, cui ecclesia salarium, Parochus vero mensam et habitationem præstat. Item in hac Parochia duo Beneficiati, nempe in Frauenriedt et Niclasreith, agunt vices Cooperatorum et propterea partem assignatæ stolæ percipiunt. — In veteri matricula legitur: *Item habet unum Cooperatorem et duos Sacellanos, quibus dat tabulam et uni illorum Sacellanorum 10 flor.* *); *alter habet ab ecclesia Wilperting salarium et dat Plebano pro tabula 12 ß dl. Cooperator habet in suis obventionibus 24 flor. per annum; habitant in eorum granariis juxta dotem.* Item solvit hodie Parochus annuatim Stüſt 2 fl. 3 kr., Steur 48 kr. und ſiben und ain halbes Schäffel Habern Comiti de Machslrain, Jägergelt 1 fl. 30 kr. In citata veteri matricula de his ita legitur: *Item Jægergelt Principi 2 flor.; Vogtey Nobilibus de Machslrain 4 β dl., 7 Schäffel avenæ et 100 ova.* Item solvit Parochus ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 14 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis et habitatione Cooperatoris non patitur singulares defectus. Communicantes hujus Parochiæ novissime 1462 sunt reperti.

3. Ecclesia parochialis in Irschenberg habet alias septem ecclesias filiales, nempe in Pfäffing, Tættendorff, Niclasreith, Alb, Wilparting cum capella **) ibidem, Kemathen, Frauenriedt.

4. Ecclesia parochialis, inter rurales excellens, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis; altare B^mæ^ Virginis et altare s. Joannis Evangelistæ.

In hac ecclesia *confraternitas* corporis Christi authoritate episcopali introducta et dotata fuit a Casparo Kaindl, loci hujus Parocho. Non habet proprium magistratum, sed cum proventibus ecclesiæ cumulative administratur. Unde altare majus privilegiatum est singulis feriis quintis pro defunctis ex eadem confraternitate. Divina in hac ecclesia ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis et festivis, nisi incidant dedicationes ***) et patrocinia ecclesiarum filialium. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festum s. Joannis

---

*) III. 213. **) III. 214. ***) III. 215.

Baptistæ. — Adest reductio missarum in hac ecclesia fundatarum de dato 14. Aug. 1698, valitura usque ad meliora tempora, vi cujus olim hic dicendæ erant duæ missæ hebdomadales die Mercurii et Veneris, fundatæ a Joanne Kränzel, Plebano in Parsperg, pro quibus Parochus recipit 20 *ß.*, nunc vero reductæ fuerunt ad sex missas annuas. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta valde decentia. — In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ parochialis est penes Parochum et Præfectum electoralem in Aibling. Das völlige Vermögen ſolle diſer Zeit über 10000 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Pfæffing *).

5. Ecclesia parva, communis notæ, in horto villici sita et reparata, aram habet unam, in honorem s. Margaritæ virg. mart. dedicatam. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur in Dominica post festum s. Margaritæ; patrocinium vero in festo hujus Sanctæ. Cœmeterium adest nullum, eo tamen tempore, quo reparata fuit hæc ecclesia, circa eam inventa fuerunt plurima ossa humana, vel tempore belli vel pestis ibi sepulta. Sacristia habet necessaria paramenta, turris unam campanam necdum benedictam. — Proventus hujus ecclesiæ sub eadem cura sunt sicut parochialis. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet dermalen gegen 1100 fl. betragen **).

Ecclesia filialis s. Corbiniani in Tättendorff ***)

6. Ecclesiæ hujus fabrica melioris est notæ. Altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Corbiniani Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria s. Stephani protomart. et s. Sigismundi mart.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominicis et diebus festivis alternative cum ecclesia Kemathen; festa autem solenniora celebrantur in Kemathen, de quibus vid. infra. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Joannis Baptistæ; patrocinium vero in festo s. Corbiniani. Item vi reductionis supracitatæ de ao. 1698 dicenda hic est missa hebdomadalis †), eaque per annum singulis saltem angariis pro fundatoribus applicanda. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic solet asservari. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis competentibus. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proven-

---

*) III. 216. **) III. 217.

***) S. Andr. Kalm's Nachricht von dem Leben des hl. Korbinian und der Jubel-Ablaßfeyer in Dettendorf. Münch. 1838. 8. D.

†) III. 218.

tuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit über 700 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Niclas-Reith.

7. Hæc ecclesia valde decora altaria tria habet: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur *) Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce et de ossibus s. Nicolai Episcopi; altare s. Leonardi Abbatis et altare s. Mariæ Magdalenæ.

In hac ecclesia extat fundatum Beneficium, cujus tamen fundationis instrumentum fuit deperditum. Verisimiliter autem fuit fundatum a Parocho et vitricis hujus ecclesiæ ex mediis ejusdem ecclesiæ. Habetur enim in veteri matricula, *adesse Beneficium non confirmatum in ecclesia Reitt de præsentatione Plebani et vitricorum ejusdem, valoris 24 ℔ dl.* Sub Vito Adamo Episcopo frisingensi facta fuit nova hujus Beneficii descriptio, sub dato 27 Febr. 1651 confirmata, vi cujus Beneficiatus curatus hujus loci, etiam vices Cooperatoris agens, inter alia tenetur, diebus dominicis ac festivis divina peragere et diebus Veneris missam hebdomadalem celebrare. Fructus beneficiales, præter bonam habitationem et hortum, recipiuntur ex manso**), aliquibus decimis et pecuniis, quas recipit ab ecclesia, unacum accidentiis stolæ ob curam animarum, quam gerit. Integri proventus 200 florenos vix putantur attingere. Econtra, uti notant acta visitalia de ao. 1707, Beneficiatus solvit Steur 1 fl. 30 kr. et ad seminarium episcopale 1 fl. Jus præsentandi hodie exercet Parochus in Irschenberg et communitas in Niclas-Reith juxta tenorem supracitatæ descriptionis. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Georgius Walleshauser, ao. 1738 investitus. Dat præter jura cancellariae pro primis fructibus 6 florenos.

Divina insuper in hac ecclesia fiunt per ipsum Parochum in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Joannis Baptistæ, et in festis patrocinii s. Nicolai, Udalrici, Catharinæ, Leonardi, Magdalenæ, ita tamen, ut etiam Beneficiatus his diebus teneatur celebrare missam. Ad hanc etiam ecclesiam fundavit quatuor missas angariales Dominus***) Georgius Funk, collegii Georgiani Ingolstadiensis Regens. — *Confraternitas* insuper corporis Christi hic authoritate episcopali erecta est, quæ regitur per proprium magistratum. Altare majus propterea est privilegiatum singulis feriis tertiis pro defunctis ex eadem confraternitate. — Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. — Cœmeterium adest

---

*) III. 219. **) III. 220. ***) III. 221.

cum ossuario et sepulturis. — Sacristia instructa est decentibus paramentis. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Aibling. Das Vermögen diſes Gotteshauſes wirdet diſer Zeit gegen 2500 fl. ſich erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Aniani in Alb.

8. Hæc ecclesia modica in loco, ubi olim s. Anianus, sancti Marini Episcopi*) martyris Diaconus, Deo servivit, sita, altare habet unicum, in honorem prædicti Sancti dedicatum. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Georgii. Item in festo s. Aniani (die 15. Nov.) et in festo s. Francisci de Paula. Solent etiam plures hic peragi missæ votivæ. — Cœmeterium hic non adest. — In sacristia reperiuntur paramenta necessaria. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt uniti proventibus ecclesiæ in Wilparting et sub eadem administratione. — Huic ecclesiæ junctum est *eremitorium.*

Ecclesia filialis ss. Marini et Aniani in Wilparting.

9. Hæc ecclesia, ex incendio proximæ domus damnum passa, nunc pulchre**) reparata, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Marini et Aniani martyrum; altare s. Georgii mart. et altare s. Sebastiani matyris.

In medio hujus ecclesiæ supra terram elevatum et ferreo clathro cinctum conspicitur sepulchrum s. Marini Episcopi et s. Aniani Diaconi martyrum Hibernorum. Anno 1723 die 26. Aug. jussu

---

*) III. 222.

**) III. 223. — Ueber die hl. Marin u. Anian ſehe man: 1. Raderi Bavaria sancta (Tom. I. p. 91. — im Auszuge, Straubing 1840. 8. S. 30.); 2. Ant. Cramer Frisinga sacra (p. 90—106); 3. Monumenta boica (Vol. I. p. 343—351); 4. Seb. Günthner, die Monumenta boica gegen Hrn. v. Lang vor dem Richterſtuhle der Kritik vertheidiget (S. 27. 28.); 5. Joann. a Via vita ss. Marini et Aniani, patronorum monasterii in Rota. Monach. 1579. 4. (erſchien gleichzeitig auch in deutſcher Sprache); 6. Heinr. v. Falckenſteins bayer. Geſchichte (Bd. II. S. 69 u. 70) und deſſelben Antiquitates Nordgavienses (Bd. I. S. 224); 7. Meichelbeck hist. fris. Tom. I. dissertat. II. p. XIII.); 9. Alexand. Joſ. Streiters kurze Nachricht von dem Leben, Martertod und Ruheplatz der hl. Marinus u. Anianus zu Wilparting. Tegernſee 1780. 8. 9. (Georg Tölzers) das heilige Leben, der herrliche Tod und die Verehrung der hl. Marin und Anian zu Wilparting (Münch. 1828. 8.); 10. Joſ. v. Obernbergs Reiſen durch den Iſarkreis (I. Bd. S. 273—275), deſſelben Legende der Heiligen in Baiern (S. 77—84) und deſſelben Aufſatz über zwey ſich widerſprechende Grabſchriften in der Kirche zu Wilparting (abgedruckt im I. Bd. des Archives des hiſtor. Vereines von und für Oberbayern (S. 291—306). Vgl. §. 44. dieſer Matrikel, Bd. I. S. 195. D.

et in præsentia Reverendissimi ac Celsissimi Domini Joannis Francisci Episcopi Frisingensis hoc sepulchrum apertum fuit, in quo integrum corpus et particulariter alia multa ossa cum immixtis carbonibus inventa sunt. Ossa hæc indubitate creduntur esse s. Marini Episcopi, qui a Wandalis ob fidem catholicam fuit combustus; corpus autem repertum creditur esse s. Aniani Diaconi. Post obitum ejusdem Domini Domini *) Episcopi jussu Serenissimi Domini Domini Joannis Theodori nunc feliciter regnantis Episcopi Frisingensis eadem ossa et corpus ao. 1730 die 14. Novembr. in hunc ipsum locum et sepulchrum reposita fuerunt.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum ss. Philippi et Jacobi, et in Dominica sequenti, uti colligitur ex actis visitalibus de ao. 1707, item in festo ss. Marini et Aniani (die 15. Nov.) et in festis ss. Georgii et Sebastiani. Item vi reductionis supracitatæ de ao. 1698 dicenda hic est missa hebdomadalis liberæ applicationis cum memoria tamen Pauli Schmidt von Waith, der Pfarr Getting. — Cœmeterium hic non adest. — Sacristia habet paramenta decentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ.

Ad hanc ecclesiam plurimæ per **) annum fiunt processiones pro veneratione ss. Marini et Aniani martyrum et ad missam hebdomadalem supradictam, quæ solet die Mercurii celebrari, fit semper magnus concursus. Unde altefatus Joannes Franciscus Episcopus huic missæ interessentibus concessit sub dato 10. Martii 1724 indulgentias 40 dierum.

Cæteroquin in veteri matricula notatur: *Item ecclesia Wilparting habet similiter Sacellanum ad nutum amovibilem, cui vitrici annuo solvunt pro salario 24 ß dl.*

Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho et Præfecto in Aibling. Das völlige Vermögen ſolle dieſer Zeit gegen 1300 fl. ausmachen.

Capella filialis s. Viti in Wilparting.

10. Hæc capella prope supradictam ecclesiam et in eo loco sita est, ubi s. Marinus Episcopus martyrium subiit. Ara adest unica, in honorem s. Viti mart. ***) dedicata. Divina fiunt in dedicatione et festo patrocinii s. Viti; sacra etiam votiva fiunt in hac capella plura per annum. — Cœmeterium et sacristia non adsunt, nec paramenta propria, quæ sumuntur ex proxime adjacente ecclesia. — Proventus hujus capellæ sunt cum ecclesia ss. Marini et Aniani communes.

---

*) III. 224. **) III. 225. ***) III. 226.

Ecclesia filialis s. Martini in Kemathen.

11. Ecclesia hæc dicitur olim fuisse parochialis. Est vetusti operis, habens tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum; altare Bmæ Virg. *) et altare ss. Agathæ, Apolloniæ et Ursulæ virginum martyrum.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominicis et diebus festivis alternative cum ecclesia in Tættendorf. Festa tamen primæ classis, Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, Ascensionis, Epiphaniæ præsens ecclesia sibi vendicat. Dedicatio celebratur tertia Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Martini Episcopi. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia instructa est paramentis necessariis. — In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle dermalen über 1200 fl. betragen.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Frauenriedt **).

12. Ecclesia hæc antiquæ structuræ habet altaria tria:

Altare majus est dedicatum in honorem Bmæ Virginis. In eo asservatur Sanctissimum. Coluntur etiam particulæ de vestibus Bmæ Virginis et s. Josephi et de ossibus s. Sylvestri.

Altare Jesu, Mariæ, Joseph. — *Altare s. Sylvestri.*

Divina hic fiunt omnibus diebus dominicis et festivis a Beneficiato curato hujus loci; festa Bmæ Virginis celebrantur hic a Cooperatore Irschenbergensi. Dedicatio incidit in Dominicam post festum nativitatis B. V. M.

In hac ecclesia extat **Beneficium** fundatum liberæ collationis episcopalis; de quo tamen instrumentum fundationis non reperitur in actis ecclesiasticis. In veteri ***) matricula de eo legitur: *In ecclesia Rieden Beneficium fundatum ad altare Bmæ Virginis de collatione Reverendissimi Frisingensis, valoris 24 ℔ dl.* — Acta visitalia de ao. 1707 notant, proventus hujus Beneficiati curati et simul vices Cooperatoris in hoc loco agentis, percipi in 50 florenis ab ecclesia recipi solitis; item ex manso et decimis de tribus colonis in Parochia Getting et de duobus in Gesteig et Riedt. Integri proventus Beneficii juncta stola 200 florenos non excedent. Obligatur Beneficiatus ad celebrandam missam in Dominicis et diebus festivis. — Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Strobel, ao. 1712 investitus. Dat præter jura cancellariæ pro primis fructibus 7 florenos, ad episcopale seminarium 1 fl.

*) III. 227. **) III. 228. ***) III. 229.

Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho et a Præfecto Comitatus Hochen-Waldekh*). Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungsextracten nit wüßlich.

---

§. 183.

Parochia s. Ursulae in Unterlangenkampfen **).

1. Hæc Parochia est de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense. — Modernus Parochus est R. D. Joannes Käffel, ao. 1733 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de iis ita legitur: *Item in fixis redditibus circiter 6 florenos. Item in missis hebdomadalibus 2 flor. Confessionalia ad 4 flor., panes primitiales ad 2 flor.* Parochus regulariter gaudet tertia parte decimarum in tota Parochia, de aliquibus autem fundis juxta acta visitalia de ao. 1707 percipit Parochus integras decimas. Condecimatores adsunt tres, nempe in superiori parte Parochiæ Domini Comites de Stachelburg, in inferiori eorundem Præfectus (Verwalter). In Morspach condecimat der Paumbgarthneriſche Beneficiat zu***) zu Kuefſtain. Omnes isti recipiunt duas decimarum partes. Integri proventus hujus Parochiæ non creduntur 500 florenos posse excedere. Cooperatorem secum non habet Parochus; Curatus autem in Thiersee expositus ibidem gerit vices Cooperatoris, qui competentiam suam recipit a communitate ibidem. Onera hujus Parochiæ sunt satis gravia, de quibus in veteri matricula ita habetur: *Item Vogtey Principi Ferdinando 3 flor. minus 1 cruc. Item pro prandio Ehehaft 4 flor. Item pro peractione anniversarii Principum in Kuefstain 2 flor. Item ha-*

---

*) III. 230.

**) III. 231. — Vgl. §§. 389. 644. 693, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 369) und Joh. Stafflers Tirol und Vorarlberg (II. Thl. I. Bd. S. 834 bis 840). Langkampfen mit dem Vicariate Thierſee und den Localcaplaneyen Landl und Zell gehört jetzt zum erzbiſchöflich ſalzburgiſchen Decanate Kufſtein. D.

***) III. 232.

bet in annuis obventionibus nunc temporis ad 15 flor.; habitat in dote. Hodie steuræ ex hac Parochia communiter conficiunt 28 fl., zum Urbar-Ambt nach Kueſſtain jährlich 2 fl. 53 kr., ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 14 kr. — Domus parochialis reparata cum pertinentiis honestæ est structuræ *).

Communicantes in hac Parochia novissime 1399 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Unterlangenkampfen habet alias sex ecclesias filiales, nempe in Oberlangenkampfen, Klainholz, Fordern- und Hintern-Thiersee, Zell, Thierberg.

4. Ecclesia parochialis, ante 19 annos reædificata, altaria habet tria: Altare majus, consecratum in honorem s. Ursulæ virg. mart., in quo asservatur Sanctissimum; altare Bmæ Virginis sine labe conceptæ et altare s. Nicolai Episcopi, privilegiatum diebus Lunæ ratione *confraternitatis* s. Nicolai Episcopi pro nautis hic introductæ, quæ regitur per proprium magistratum **).

Divina hic ordinarie fiunt in singulis diebus dominicis et festivis, nisi incidant dedicationes et patrocinia ecclesiarum filialium aut festa ad ecclesias filiales infra notata. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum decollationis s. Joan. Bapt. Patrocinium celebratur in festo s. Ursulæ virg. mart. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta decentia. — In turri sunt 4 campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et cæsarei Præfecti in Kuefstain. Das Vermögen diſes Pfarrgottshauſes wie auch aller deſſen Filialen iſt nit wüſslich, weillen hiervon keine Rechnungsextract wollen extradieret werden.

Ecclesia filialis s. Georgii in Oberlangenkampfen.

5. Ecclesiæ hujus structura notæ est communis ***) inter rurales. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum; altare Bmæ Virginis et altare alterum s. Georgii martyris.

Divina hic fiunt in dedicatione, Dominica post festum assumpt. B. M. V. Patrocinium celebratur in festo s. Georgii mart. Item acta visitalia hic divina notant in die cinerum, in feria IV Paschatis et Pentecostes, in festo s. Michaelis et s. Joan. Ev. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta necessaria. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Circa curam proventuum hujus ecclesiæ eadem est ratio, quæ dicta fuit ad ecclesiam parochialem.

---

*) III. 233. **) III. 234. ***) III. 235.

Ecclesia filialis B[mæ] *Virg. in Klainholz* *).

6. Ecclesia hæc insignis est structuræ, habens tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem B[mæ] Virg., cujus imago hic plurimis claret beneficiis; altare s. Catharinæ virg. mart., altare s. Antonii de Padua.

Divina præter missas per annum votivas hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum visit. B. M. V. Patrocinium autem celebratur in ipso festo visitationis. — Cœmeterium non adest. — Sacristia tenet paramenta decentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ cum vicina **) in Zell sunt communes; circa eorum administrationem autem est eadem ratio, quæ ad alias ecclesias hujus Parochiæ.

Ecclesia filialis s. Martini in Zell.

7. Ecclesiæ hujus fabrica, quæ sita est prope et extra pontem civitatis Kuefstain, notæ est communis. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum; altare B[mæ] Virginis et altare s. Sebastiani martyris.

Divina ad hanc ecclesiam acta visitalia de ao. 1707 annotant in sequentibus festis: nempe annunc. B. M. V., ss. Sebastiani, Marci, Joan. Bapt., infra octavam Sanctorum omnium, s. Catharinæ. Dedicatio celebratur ***) in Dominica post festum s. Joan. Bapt., patrocinium in festo s. Martini Episcopi. — In hac ecclesia erecta etiam est *confraternitas* ss. Scapularis, ratione cujus altare B[mæ] Virginis diebus Martis privilegiatum est pro defunctis ex eadem confraternitate, quæ regitur per proprium magistratum. — Asservatur etiam hic aqua baptismalis cum sacris oleis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis competentibus. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Circa proventus hujus ecclesiæ eadem habetur ratio, quæ circa alias ecclesias hujus Parochiæ.

Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Thierberg.

8. Hæc ecclesia seu capella, in prærupto monte ad arcem Thierberg sita, non est †) consecrata. Habet aram unam, in honorem s. Joannis Bapt. erectam. In ea celebratur defacto super portatili. — Divina solent hic fieri in festo s. Joannis Bapt., item in Dominica ante festum s. Michaelis ratione *confraternitatis* s. Joan. Bapt. hic introductæ, propter quam altare diebus Lunæ privilegiatum est. Solet etiam hæc capella visitari processionibus Kuefstainensium et Thierseensium. — Cœmeterium nullum adest.

*) III. 236. **) III. 237. ***) III. 238. †) III. 239.

In sacristia sunt paramenta necessaria et in turri duæ campanæ benedictæ. — Ecclesiæ seu capellæ hujus proventus privative prætendit administrare arcis Thierberg possessor, Dominus de Millau de Schwaz.

Ecclesia filialis in der Forderen Thierſee.

9. In solitario et montoso loco inter duas ecclesias Forder- und Hinter-Thierſee habitat Curatus, qui in his viciniis Parocho in Langenkampfen agit vices Cooperatoris. Proventus suos Curatus iste percipit potissimum ab ipsa communitate cum accidentiis stolæ, ita ut congrue vivere valeat. Habitatio hujus Curati pro necessaria commoditate est et conservatur ab ecclesiis in der Forder- und hintern Thierſee. Curatia ipsa est de libera collatione Episc. Frisingensis. Modernus Curatus est R. D. Michael Frank ex instituto clericorum iu commune viventium, ao. 1733 ad Curatiam hanc admissus. Non solvit aliquos primos fructus, bene vero jura cancellariæ.

Ecclesia in Forder-Thierſee communis est operis. Sunt in ea tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virg. mart., in quo asservatur Sanctissimum (idem altare est privilegiatum diebus Lunæ universaliter pro defunctis)**); altare B^{mæ} Virginis et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic, uti notant acta visitalia de ao. 1707, alternative peragenda sunt, ita ut in hac ecclesia bina vice, et tertia vice in ecclesia s. Nicolai in der hintern Thierſee, exceptis aliquibus festis, celebrari debeant. Sed cum inter communitates Thierseeanas per plurimos annos de hac alternativa fuerit altercatio, varii desuper confecti sunt recessus & signanter considerandus est ultimus recessus de dato 15 Febr. 1683, authoritate ordinaria confirmatus. Proinde lector ad acta inspicienda hac in parte remittitur. — Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in Dominica ante festum ss. Simonis & Judæ, patrocinium vero in festo s. Martini Episcopi. — Aqua baptismalis in hac ecclesia cum sacris oleis asservatur***). — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia competenter provisa est paramentis. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proventuum est penes Parochum in Langenkampfen & Præfectum cæsareum in Kueffstain. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Nicolai in der hinteren Thierſee.

10. Ecclesiæ hujus fabrica melioris est inter rurales notæ. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum (idem altare est privile-

*) III. 240. **) III. 241. ***) III. 242.

giatum diebus Mercurii generaliter pro defunctis*); altare Bmæ Virginis & altare s. Leonardi Abbatis.

Circa divina in hac ecclesia peragenda repetuntur ea, quæ dicta sunt supra ad ecclesiam s. Margaritæ in der forderen Thierſee. Dedicatio incidit in Dominicam infra octavam Ascensionis. Patrocinium celebratur in festo s. Nicolai Episcopi. — Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia instructa est competentibus paramentis. — In turri sunt 4 benedictæ campanæ. — Circa administrationem proventuum hujus ecclesiæ eadem est ratio, quæ in der forderen Thierſee.

Capella Bmæ Virginis in dem Landl.

11. Hanc capellam de licentia Ordinarii**) ante 9 annos Matthæus Siberer ædificavit in hoc loco, qui dicitur das Landl in der hintern Thierſee. Adest unum altare, in honorem Bmæ Virginis erectum. Nec capella, nec altare est consecratum, nec permittitur, ut sacra fiant ibidem, ita ut tantum serviat pro privata viciniæ devotione. In turricula est una campanula.

---

§. 184.

Parochia ss. Laurentii & Stephani in Ostermünchen ***).

1. In antiqua matricula indicatur, hanc Parochiam monasterio Tegernseensi esse unitam & incorporatam. Abbas & conventus Tegernseensis præsentant Episcopo Frisingensi Vicarium parochialem, qui solet perpetuari. Ad obitum cujuslibet Abbatis Tegernseensis novus electus ratione hujus Parochiæ debet solvere pro primis fructibus 45 florenos & pro juribus cancellariæ 10 florenos. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Gregorius Perhamer, ao. 1723 perpetuatus.

2. Proventus hujus Vicariatus parochialis recipiuntur ex manso, decimis & stolæ accidentiis. In veteri matricula de illis ita legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet circiter 16 flor.*,

---

*) III. 343. **) III. 244.

***) III. 245. — Vgl. §§. 392. 637. 693 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 52 u. 53). D.

*item ab ecclesia Kronau pro missa hebdomadali**) *2 ℔. dl. Item prædium dotale possit locare pro 8 flor. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 15 flor., minores ad 1 flor., confessionalia ad 2 flor., panes primitiales ad 2 flor.* Vicarius parochialis in pago Oster-München colligit unam tertiam decimarum, monasterium autem duas, quas solet pro certa pensione frumentaria præfato Vicario locare. In quibusdam tamen agris molendini Weiching et apud colonum Hueber, et apud vietorem monasterium Baihartinganum integras colligit decimas. In Kronau Vicarius unam tertiam, duas reliquas tertias percipit ecclesia. Integri proventus Vicarii parochialis 600 florenos creduntur conficere. Econtra Vicarius parochialis monasterio Tegernseensi præstat Eiſengilt oder Grundtgült 40 fl., Widumbſteur 5 fl. 20 kr., Jägergelt 30 kr., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad seminarium episcopale 3 fl. et ad fabricam ecclesiæ frising. 14 kr.**). — Domus parochialis cum pertinentiis lignea utcunque commoda est.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 452 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Oster-München habet unam ecclesiam filialem in Kronau et capellam in arce Ober-Rhain.

4. Ecclesia parochialis marmore strata melioris est fabricæ inter rurales. Habet tria altaria; Altare majus, dedicatum in honorem ss. Laurentii & Stephani martyrum, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula s. Crucis; altare s. Quirini mart. et altare s. Ant. de Padua.

Divina in hac ecclesia peraguntur ordinarie duabus Dominicis***), tertia autem in Kronau. Item in actis visitalibus notantur hic peragenda festa omnia, exceptis feriis tertiis Paschatis & Pentecostes & ss. Innocentium martyrum. Item hic divina fiunt in festis ss. Laurentii & Stephani martyrum, s. Quirini mart. (16. Junii) et in festo s. Antonii de Padua. Dedicatio hujus ecclesiæ coincidit cum ipso festo ss. Trinitatis. Item diebus Veneris dicenda est missa hebdomadalis in altari s. Antonii. *Confraternitas* olim adfuit fidelium defunctorum, quæ a tempore immemoriali cessavit. Ejusdem exigui proventus testibus actis visitalibus applicantur ecclesiæ. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. — Sacristia tenet paramenta decentia. — In turri sunt campanæ tres benedictæ †). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Præfectum electoralem in Rosenhaimb. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Kronau.

5. Ecclesia hæc melioris structuræ altaria habet tria: Altare

*) III. 246. **) III. 247. ***) III. 248. †) III. 249.

majus, dedicatum in honorem ss. Apostolorum Petri & Pauli, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria ss. Barbaræ & Cath. virg. mart.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominica tertia, item feria III. Pasch. & Pentec.*), in Nativitate Christi ad auroram, in festo ss. Innoc. martyrum, infra octavam corporis Christi & omnium Sanctorum. Dedicatio coincidit ad diem patrocinii ss. Apostolorum Petri & Pauli. Item hic dicenda est missa hebdomadalis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia competenter instructa est paramentis. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Præfectum electoralem in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 3800 fl. erſtreckhen.

Capella s. Georgii in arce Oberrhain.

6. Georgius Scheuchenstuel zu Obern= und Innern=Rhain in sua arce seu domo rurali Obernrhain ædificavit**) capellam cum altari in honorem s. Georgii martyris eamque consecrari fecit et ao. 1595 ordinavit, ut in festo s. Georgii, seu saltem infra ejus octavam, item in festis ss. Joannis Baptistæ, Sebastiani, Magdalenæ & s. Agnetis, vel saltem proxime antecedentibus vel subsequentibus diebus non impeditis divina hic fiant & dedicatio capellæ die 27 Julii celebretur. Addunt acta visitalia de ao. 1707, etiam festum s. Galli & semel infra octavam omnium sanctorum sacra in hac capella peragi. Vicarius parochialis in Oster-München exinde percipit ex censibus assignatis tres florenos & 8 crucigeros, uti testantur eadem acta.

---

§. 185.

Parochia Bmæ Virg. in Pang***).

1. De hac Parochia in veteri matricula indicatur, eam esse de collatione Reverendissimi Frisingensis. Annotatum tamen ibidem reperitur, eandem Parochiam esse de præsentatione capituli Mona-

---

*) III. 250. **) III. 251.

***) III. 253, — Vgl. §§. 393. 633. 693, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 53 — 55), Joſ. v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkreis (I. Bd. S. 321. u. 353 — 356) und das Archiv des hiſtor. Vereines von und für Oberbayern (I. Bd. S. 287 — 290. III. Bd. S. 254. V. Bd. S. 365 — 369. VI. Bd. S. 208 u. 209. VII. Bd. S. 395 — 396). D.

censis. Item eadem matricula clarius ad rem dicit: *Item est incorporata ecclesiae Monacensi pro 32 florenis.* — Habetur autem ex historia, qualiter Albertus II. Episcopus Frisingensis ao. 1354 hanc Parochiam collegiatæ Ecclesiæ in Schliersee univerit, ea tamen conditione, ut in hac ecclesia Schlierseensi pro se anniversarium officium perpetuis temporibus persolveretur. Ex eo igitur tempore, quo Collegiata Schlierseensis translata fuit in ecclesiam Bmæ Virginis Monachii, capitulum insignis Collegiatæ Monacensis præsentat Episcopo Frisingensi Parochum seu Vicarium parochialem, juxta formam nempe unionis*), quæ tamen non reperitur in actis ecclesiasticis. — Modernus Parochus est R. D. Josephus Pfattisch, ao. 1730 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de illis legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet 24 flor., in missis hebdomalibus 10 flor. 60 dl. Item praedium dotale possit locare pro 15 flor. Item omnes majores decimas frumentorum œstimat ad 40 flor., confessionalia ad 4 flor., panes primitiales ad 2 flor. Item est incorporata ecclesiœ Monacensi pro 32 florenis.* Parochus gaudet tertia parte decimarum per totam Parochiam. Condecimatores adsunt plures, qui duas partes decimarum percipiunt, nempe Herr Graf Ruepp von Falkhenſtein, Herr Graf von Lamperg zu Puellach, das Cloſter Beiharting, Herr Pflegs-Commissarius zu Roſenhaimb, die zwey Schereriſche**) Beneficiaten alda, das Gottshaus Weſterndorff und Pfraundorff, auch s. Spiritus zu Roſenhaimb, der Wüerth zu Pang. — Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur ad 1400 florenos posse ascendere. Econtra tenetur Parochus habere & alere Cooperatorem, qui novissime fuit expositus ad ecclesiam filialem in Kirchdorff, ubi nunc habitat, et commoda habitatione & sustentatione providebitur, accedente præsertim fundatione seu summa capitali 2000 florenorum, quam contribuere intendit R. D. Petrus Ladislaus Kagerer, Beneficiatus ad divam Virginem Monachii, eo fine, ut Cooperator pro recipiendis annuis censibus teneatur ad celebrandas & applicandas duas missas hebdomadales; quæ fundatio etiamnum sub tractatu est & confirmationem episcopalem exspectat. In veteri matricula ratione Cooperatoris legitur: *Item habet unum Cooperatorem & unum Sacellanum, quibus dat tabulam & Sacellano 10 flor. pro primissaria ad dotem fundata.* Item Parochus solvit***) capitulo insignis Collegiatæ Monacensis pensionem absentiæ loco, nunc 400 florenos, Widumb-Steuer 5 fl. 12 kr., Jägergelt 4 fl., Vogtey der Herrſchaft zu Puellach 1 fl. 9 kr., ad seminarium episcopale 5 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedr.

---

*) III. 254. **) III. 255. ***) III. 256.

14 kr. — Domus parochialis commode reparata nullum habet defectum; horreum vero & maxime habitatio Cooperatoris, quatenus iterum hic habitaret, reparatione indigerent.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1427 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Pang præter capellam in domo parochiali habet octo ecclesias filiales, nempe ad s. Cruorem in Pang, Häpping, Pfraundorff, Redenfeldt, Kirchdorff, Reiſchenhardt, Aiſing et Weſterndorff.

4. Ecclesia parochialis antiqui & firmi est operis. Habet quatuor altaria*): Altare majus, dedicatum in honorem $B^{mæ}$ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum; et altaria s. Sebast. mart., s. Magdalenæ & s. Catharinæ.

Divina hic juxta acta visitalia fiunt in omnibus diebus dominicis, excepta Dominica Septuagesimæ & Lætare; item in omnibus festis B. M. V. & Apostolorum, excepto festo s. Bartholomæi. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi. Item hic dicenda est diebus Sabbati missa hebdomadalis. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia decentia habet paramenta. — In turri sunt tres campanæ benedictæ**). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Dominum hoffmarchiæ Pang, qui est Dominus Comes de Lamberg. Das Vermögen diſes Pfarrgottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 3000 fl. erſtreckhen.

5. In domo parochiali adest *capella* cum uno altari, in honorem s. Hieronymi consecrata et satis commode ab aliquo prædecessore Parocho exstructa, in qua etiam solent infantes baptizari et olea sacra asservari. — Dedicatio hujus capellæ coincidit cum festo patrocinii s. Hieronymi.

Ecclesia filialis ad s. Cruorem in Pang.

6. Hæc ecclesia amplioris formæ quatuor habet altaria:

Altare majus est dedicatum ss. Trinitati. Solet hic in quatuor angariis et in festo***) ss. Philippi & Jacobi, quo die hæc ecclesia visitatur processione, asservari Sanctissimum. Item hic coluntur reliquiæ de sanguine Jesu Christi & de velo $B^{mæ}$ Virginis.

Altaria s. Crucis & s. Leonardi Abbatis.

Altare s. Sebastiani martyris est privilegiatum diebus Veneris ratione *confraternitatis* s. Sebastiani, in hanc ecclesiam ex parochiali authoritate ordinaria translatæ & Eberspergensi incorporatæ, quæ regitur a Parocho & duobus administratoribus.

Divina hic fiunt in festo ss. Philippi & Jacobi, in festo invent.

---

*) III. 257. **) III. 258. ***) III. 259.

s. Crucis, s. Leonardi & in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Udalrici. Acta visitalia de ao. 1707 notant etiam missam diebus Veneris celebrandam *). — Cœmeterium non adest. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit über 15000 fl. austreffen.

Ecclesia filialis s. Martini in Hæpping.

7. Hæc ecclesia amœna & renovata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Pauli conversi & altare s. Isidori.

Divina hic fiunt in festo dedicationis **), quæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis & in festo patrocinii s. Martini Episcopi. Feria II. rogationum hæc ecclesia visitatur processione. Acta visitalia de ao. 1707 etiam denotant missam hebdomadalem, cum libera applicatione. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. — Sacristia continet paramenta necessaria. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 800 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Pfraundorff.

8. Ecclesia communis notæ habet duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Martini.

Divina hic fiunt a Cooperatore ordinarie tertia semper Dominica, alternando cum ecclesiis in Kirchdorff et Reischenhart; item in festis s. Benedicti & s. Martini. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis & in festo patrocinii s. Nicolai. Indicant etiam acta visitalia de ao. 1707, sex præterea missas fundatas ab eodem Cooperatore esse legendas. — Aqua baptismalis asservatur cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia continet paramenta necessaria. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem cura, sicut ecclesiæ in Hæpping ***). Das Vermögen ſolle dermahlen bey diſem Gottshaus gegen 1700 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Erasmi in Redenfeldt.

9. Ecclesia hæc modica & vilioris structuræ altare habet unum, in honorem s. Erasmi consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur Dominica II. post festum nativitatis B^{mæ} Virginis, et in festo patrocinii s. Erasmi martyris; item in festo ss. Innocen-

*) III. 260. **) III. 261. ***) III. 262.

tium martyrum. In festo Pentecostes hæc ecclesia post prandium visitari solet processione. Item hic 12 missas fundatas menstruas, pro quibus stipendium solvatur ex gazophylacio, denotant acta visitalia de ao. 1707. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia tenet paramenta necessaria. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. In hac ecclesia alias cernitur sepultura*) illustris familiæ Hundianæ de Redenfeldt. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Dominum hoffmarchialem hujus loci, qui defacto est Dominus de Prielmair. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit kundbahr.

Ecclesia filialis s. Ursulæ in Kürchdorff.

10. Ecclesia hæc communis inter rurales structuræ habet altaria duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Ursulæ virg. martyris, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Barbaræ virg. martyris.

Divina hic ordinarie per Cooperatorem celebrari solent in tertia Dominica, alternando nempe cum filialibus Reischenhardt**) et Pfraundorff; item in festis circumcisionis Domini, annunciationis B. M. V., s. Josephi, Annæ, Barbaræ, Thomæ, Stephani. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Galli. Patrocinium celebratur in festo s. Ursulæ. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia tenet paramenta necessaria. — In turri sunt tres benedictæ campanæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet dermahlen gegen 1000 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Petri in Reischenhardt.

11. Ecclesia hæc antiqui est operis. Altaria adsunt duo***): Altare majus, dedicatum in honorem s. Petri Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Andreæ Apostoli.

Divina ordinarie fiunt in tertia Dominica, alternando cum filialibus Kürchdorff & Pfraundorff (in Dominica tamen palmarum divina hic peraguntur); item in omnibus festis B^{mæ} Virginis excepto festo annunciationis; item in festis Apostolorum excepto s. Thomæ. Item acta visitalia de ao. 1707 hic notant, tria per annum sacra pro fundatoribus peragenda esse. Dedicatio celebratur in ipso festo s. Michaelis, patrocinium in festo ss. Apostolorum Petri & Pauli, ubi hæc ecclesia visitatur processione a tota Parochia. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia competenter provisa est para-

*) III. 264. **) III. 265. ***) III. 266.

mentis. — In turri sunt campanæ benedictæ duæ*). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum in Aibling. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle der Zeit gegen 700 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Aising.

12. Ecclesia hæc communis structuræ altaria tria habet: Altare majus, in quo asservatur Sanctissimum, in honorem s. Stephani protomartyris dedicatum; altare s. Josephi & altare ss. 14 Auxiliatorum.

Divina solent hic peragi in Dominica Septuagesimæ & Lætare; item in festo s. Josephi & in feria II. Paschatis & Pentecostes. In feria II rogationum hæc ecclesia visitatur processione. Dedicatio celebratur Dominica post festum**) s. Xysti, patrocinium vero in festo s. Stephani protomartyris. Item acta visitalia de ao. 1707 hic notant, sex per annum missas ad diversas intentiones fundatas celebrari. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis necessariis. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle dermalen gegen 2000 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ in Westerndorff.

13. Ecclesia hæc, formæ rotundæ & reparatione indiga, altaria habet tria***): Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ, in quo asservatur Sanctissimum; altare s. Crucis, in quo colitur particula de eadem, et altare s. Ant. de Padua.

Divina hic peraguntur in festis ss. Joannis Bapt. & Evang. et in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum nativitatis B. M. V. Item divina hic fiunt in feria II. Paschatis & Pentecostes. In festo s. Marci hæc ecclesia visitatur processione. Item hic a Parocho dicitur missa hebdomadalis, uti innuunt acta visitalia de ao. 1707. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis competentibus. — In turri sunt campanæ duæ benedictæ†). — Cura proventum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit yber 7000 fl. betragen.

---

*) III. 267. **) III. 268. ***) III. 269. †) III. 270.

§. 186.

Parochia ss. Petri et Pauli in Praittenbach*).

1. Conradus II. Episcopus Frisingensis hanc Parochiam ao. 1266 de voluntate et consensu capituli cathedralis capitulo collegiatæ Ecclesiæ s. Andreæ donavit, a quo præsentatur Vicarius parochialis. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Sebastianus Mair, ao. 1710 investitus. Non dat primos fructus Episcopo ex causa, quæ in primo Vol. fol. 203 (§. 16. Nro. 21) allegatur, ubi videatur.

2. Proventus hujus Parochiæ desumuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis, de emphyteutis, nec non ex fructibus Beneficii, der Leyrermeeß. In veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione prædii in Voldepp 2 flor. Ex missis hebdomadalibus 4 flor. ex Stainberg, insuper 8 flor. et 18 crücig. in Praittenbach etc. Item omnes majores***) *decimas frumentorum olim valoris fuerunt 100 flor., nunc vix ex illis habet 50 flor., quia decimæ minores et specialiter pistium ulterius non solvuntur etc. etc. In confessionalibus nunc similiter vix 3 flor. habet. Panes primitiales æstimat ad 1 flor. Stolam habent Cooperatores.* Decimæ, quas recipit Vicarius parochialis juxta acta visitalia de ao. 1707 conficiunt tertiam partem. Condecimat autem capitulum collegiatæ Ecclesiæ supradictæ. Integri proventus Parochiæ junctis fructibus dicti Beneficii se ultra 800 flor. parum extendent. Vicarius parochialis non habet secum Cooperatorem, sed tres Curatos in tribus locis Voldepp, Prandtenberg et Stainberg expositos, de quibus infra. Vicarius parochialis solvit memorato capitulo Collegiatæ s. Andreæ annuatim absentiæ loco 100 florenos; Widumbſteur bina vice per annum ad 40 fl. et ultra; Vogtey oder Urbarſtift***) 4 fl. 3½ kr.; cathedraticum 22 kr. 1 dl.; ad fabricam eccles. cathedr. Frising. 14 kr.; ad semin. episcopale 3 fl. De Jägergelt in veteri matricula sic habetur: *Item Jägergelt olim principibus Bavariæ solvit quidem; Imperator Maximilianus pro se et successoribus remisit.* — Domus parochialis noviter et commode cum pertinentiis reparata non patitur defectus.

Communicantes totius Parochiæ novissime 4330 numerati sunt.

---

*) III. 271. — Vgl. §§. 381. 634. 693, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 369) und Jak. Stafflers Tirol und Vorarlberg (II. Theil I. Bd. S. 776 — 788). Die Pfarrey Breitenbach mit den Curatien Brandenberg, Steinberg und Voldöp ſammt der Localcaplaney Mariathal gehört jetzt zum Decanate Reith bey Rattenberg im Erzbisthum Salzburg. D.

) III. 272. *) III. 273.

3. Ecclesia parochialis in Praittenbach habet alias quatuor ecclesias filiales, nempe in Kleinsöhl, Voldepp, Prandtenberg et Stainberg; item alias capellas, quæ singulæ infra suis locis notantur.

4. Ecclesia parochialis, pro capienda parochianorum multitudine non sufficiens, nunc ample et valde eleganter restauratur et reædificatur ac nova consecratione indigebit. Altaria quatuor numerantur:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Petri*) et Pauli Apostolorum. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce.

Altare $B^{mæ}$ *Virginis* est privilegiatum diebus Veneris ratione *confraternitatis* sacri Scapularis, authoritate episcopali ao. 1698 hic introductæ, quæ regitur per proprium magistratum.

Altare ss. Joachimi et Annæ.

Altare s. Antonii de Padua est privilegiatum diebus Martis ratione *confraternitatis* fidelium defunctorum, hic authoritate episcopali ao. 1701 introductæ, quæ etiam regitur per proprium magistratum.

Divina in hac ecclesia fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis et festivis. Dedicatio hactenus celebrata est in Dominica ante festum s. Jacobi, patrocinium autem in festo ss. Apostolorum Petri et Pauli.**)

Ao. 1510 Thomas Leyrer sacerdos, nec non Michael et Jacobus Leyrer laici, piam cognati sui Ulrici Leyrer voluntatem executi, fundaverunt Beneficium quinque missarum hebdomadalium, in honorem s. Andreæ Apostoli et Leonardi et Barbaræ celebrandarum. Dederunt ex variis fundis et prædiis census sufficientes, ita ut ad hoc Beneficium annis 1582, 1617 et 1649 ad præsentationem capituli Collegiatæ s. Andreæ in monte Frisingensi collata fuerit specialis investitura. Hodie cum redditus beneficiales fuerint diminuti usque circiter ad 40 florenos, Vicarius parochialis vi decreti de dato 3 Dec. 1711, donec fructus Beneficii augeantur, tenetur ad intentionem fundatorum celebrare missam hebdomadalem et quatuor angariales, nec non annuum solenne anniversarium. Circa jus patronatus in fundatione fuit ordinatum, ut familia der Leyrer extincta jus nominandi sit penes Vicarium parochialem***) et vitricos hujus ecclesiæ in Praittenbach, jus præsentandi vero penes capitulum memoratæ Collegiatæ s. Andreæ.

Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. — Cœmeterium ad-

---

*) III. 274. **) III. 275. ***) III. 276.

est cum ossuario et sepulturis, et quidem ossuarium seu *capella ss. Trinitatis* in cœmeterio fuit ao. 1714 in formam capellæ noviter erectum cum altari in honorem ss. Trinitatis exstructo, in quo sub dato 25. Oct. 1717 concessa fuit licentia celebrandi super ara mobili, quia capella necdum est consecrata. — Sacristia ecclesiae parochialis decenter est provisa paramentis. — In turri sunt campanæ quatuor benedictæ et insigniter consonantes. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Vicarium parochialem et Præfectum cæsareum in Rattenberg.*) Das Vermögen dieſes Pfarrgottshauſes iſt wegen Abgang der Kürchenrechnungsextracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis ss. Joann. Bapt. et Evang. in Kleinsöhl.

5. Ecclesia hæc communis structuræ altare habet unicum, in honorem ss. Joannis Bapt. et Evang. consecratum, in quo colitur particula de ossibus s. Joann. Bapt.

Divina hic celebrantur in dedicatione, quæ ex antiqua consuetudine in duplici die solet celebrari, nempe in festo cathedræ s. Petri Antiochiæ et in festo s. Magdalenæ. Patrocinium celebratur in festis ss. Joannis Bapt. et Ev. Item juxta acta visitalia de ao. 1707 divina hic fiunt in feria III. Paschatis et Pentecostes, nec non ibidem celebrari solet sacrum menstruum**). — Cœmeterium cum sepulturis non adest, licet ecclesia circumdata sit area. — Sacristia tenet paramenta modica. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Circa proventus hujus ecclesiæ eadem est ratio, sicut supra de ecclesia parochiali dictum est.

Capella s. Antonii auf der Strassmühl.

6. Hanc capellam cum uno altari in honorem s. Antonii de Padua exstruxit Petrus Kurz, colonus auf der Straßmühl. Hæc capella non est consecrata; obtenta tamen fuit licentia sub dato 14. Jan. 1715, ut in quatuor per annum diebus, nempe in festo s. Antonii Paduani, in profesto assumptionis et nativitatis B^mæ^ Virginis, et in festo s. Francisci Seraphici super ara mobili missa ibidem celebrari possit***). Sacristia non adest. Paramenta in domo vicina asservantur. — In turricula sunt duæ campanæ benedictæ.

Capella s. Josephi in Moserthall.

7. Hæc capella a Georgio Schüntler, Holzfürgedinger im Moſerthall, fuit exstructa ac dotata. Altare habet unum, in honorem s. Josephi consecratum. Acta visitalia de ao. 1707 hic notant sex missas fundatas, nempe in profesto s. Josephi, in profesto dedicationis in Mariathall et in quatuor Sabbatis angarialibus. Dedicatio hujus capellæ incidit in Dominicam ante festum s. Galli. — Sa-

*) III. 277. **) III. 278. ***) III. 279.

cristia non adest. Paramenta servantur in vicinis ædibus. — In turricula sunt duæ campanæ benedictæ.

*Ecclesia filialis s. Nicolai in Voldepp.**)

8. Hic expositus est proprius *Curatus*, qui vices agit Cooperatoris in districtu suæ Curatiæ, quæ ultra 1100 communicantes includit. Curatus iste præsentatur a capitulo collegiatæ Ecclesiæ s. Andreæ in monte Frisingensi pro admissione ad curam juxta concessionem de dato 29. Aug. 1719. Juxta acta visitalia de ao. 1707 iste Curatus vivit potissimum ex proventibus incertis stolæ; putatur tamen, Curati hujus congruam 400 florenos conficere. Habet domum habitationis propriam et commodam cum horto. Modernus Curatus est R. D. Christophorus Mosmüller, jur. utr. Lic., ao. 1713 admissus. Dat pro juribus cancellariæ 6 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl., ad teloniam in Rattenberg ab ao. 1717, quo anno domus Curati ex concurrentia ecclesiæ et capituli supradictæ Collegiatæ noviter**) erecta fuit, 18 kr.

Ecclesia filialis in Voldepp antiqui et firmi est operis. Sunt in ea quatuor altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Nicolai Episc. In eo asservatur Sanctissimum. Hæc ara privilegiata est ratione *confraternitatis* ss. Angelorum custodum, quam dotaverunt Domini Joannes et Michael Schreier, et confirmationem episcopalem ao. 1715 obtinuerunt. Confraternitas ista administratur a Curato loci. — *Altare B^{mæ} Virginis.* — *Altare s. Sebastiani martyris.* — *Altare s. Crucis*, noviter erectum necdum consecratum, in quo colitur particula s. Crucis.

Divina ordinarie hic peraguntur***) omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo s. Nicolai Episcopi. Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis, et quidem ossuarium, in formam capellæ redactum, unum habet altare, super quo sub dato 28 Apr. 1710 ad preces Joannis Schreier, kaiſerlichen Glas- und Bren-Maiſters, per annum viginti vicibus sacrificari concessum fuit. — Sacristia competenter instructa est paramentis. — In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et cæsarei Præfecti in Rattenberg. Das Vermögen diſes Gotts-hauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich. †)

Capella ss. Trinitatis et B^{mæ} Virginis in arce Achenrhain.

9. In domo seu arce Dominorum de Aschau in superiori con-

*) III. 280. **) III. 281. ***) III. 282. †) III. 283.

tignatione adest sacellum pario lapide stratum et consecratum, cum altari, in honorem ss. Trinitatis et B^mæ^ Virginis ibidem existente. Acta visitalia de ao. 1707 referunt, hic singulis diebus dici missam a Patre Augustiniano ex conventu Rattenbergensi, et exinde dictum conventum salarium, Curatum autem in Voldepp etiam 26 florenos recipere. Dedicatio vero hujus capellæ incidit in Dominicam ante festum s. Laurentii. Capella provisa est decoris paramentis.

Capella B^mæ^ Virginis an U. L. Frauen-Bergl.

10. Capella hæc, juncta eremitorio, altare*) habet unum, in honorem B^mæ^ Virginis conseccratum. Divina ibidem fiunt in pluribus per annum diebus juxta facultatem Ordinarii de dato 20. Mart. 1710. Dedicatio celebratur in feria quinta, quæ secunda est mensis Julii, patrocinium autem in festo B^mæ^ Virginis de monte Carmelo. Capella hæc pariter provisa est paramentis decentibus.

Capella B^mæ^ Virginis in der Weidach.

11. Hanc capellam, ubi nunc est, suis sumptibus transtulit et decore reædificavit ac dotavit Joannes Georgius Salzburger, Stadtſchreiber zu Rattenberg. Adest unum altare, in honorem B^mæ^ Virginis auxiliatricis erectum. Capella quidem necdum consecrata, licentia vero sub dato 9. Jul. 1727 concessa est, ut ibidem cum præscitu Vicarii parochialis et Curati in Voldepp duabus diebus infra hebdomadem**), ferialibus tamen, super ara mobili celebrari possit. Paramenta adsunt competentia.

Ecclesia filialis s. Georgii in Prandtenberg.

12. In hoc pariter loco expositus est proprius *Curatus*, qui agit vices Cooperatoris in districtu suæ Curatiæ, quæ mille circiter communicantes includit. Curatus iste juxta concessionem de dato 29 Aug. 1719 præsentatur a capitulo collegiatæ Ecclesiæ s. Andreæ in monte Frisingensi pro admissione ad curam. Congruam suam sumit iste Curatus ex annuo censu summæ capitalis 2000 florenorum, potissimum vero ex proventibus stolæ. Creditur tamen, redditus hujus Curatiæ 300 florenos bene posse conficere. Habet Curatus habitationem cum horto, ad cujus reparationem tenetur contribuere annuos quatuor florenos; reliqua supplet communitas, ad cujus preces ista Curatia sub dato 12. Mart. 1693 erecta et confirmata fuit. — Modernus Curatus est***) R. D. Georgius Arnhover, ao. 1738 admissus. Dat pro juribus cancellariæ 6 fl. 45 kr., ad seminarium episcopale 1 fl.

Ecclesia s. Georgii in Prandtenberg, melioris inter montanas structuræ, altaria habet tria:

---

*) III. 284. **) III. 285. ***) III. 286.

Altare majus est dedicatum in honorem s. Georgii martyris. In eo asservatur Sanctissimum.

Altare B$^{\text{mæ}}$ Virginis.

Altare s. Agathæ virg. mart., nunc s. Crucis appellatum. Est privilegiatum diebus Lunæ ratione *confraternitatis*, sub titulo Christi crucifixi pro felici agone authoritate episcopali ao. 1693 erecta et a Georgio Ascher dotata. Non habet proprium magistratum. In eodem altari colitur particula de s. Cruce.

Divina hic fiunt juxta ordinationem de dato 12 Mart. 1693 præscriptam*) et confirmatam singulis diebus dominicis et festivis cum applicatione pro communitate in Prandtenberg. Item juxta citatam ordinationem teneretur Curatus applicare duas missas hebdomadales, quæ tamen sub dato 9. Junii 1723 ad unam reductæ fuerunt. Videantur de hoc acta. — Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo s. Georgii mart. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. — Cœmeterium habet ossuarium et sepulturas. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt 4 campanæ benedictæ. — Curam proventuum hujus ecclesiæ gerit Vicarius parochialis cum Præfecto cæsareo in Rattenberg. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

*Capella in cœmeterio.***)

13. Hanc capellam cum suo altari ao. 1679 ædificavit Casparus Arzberger, kaiſerlicher Holzwerkhsfürgedinger zu Haal, et in honorem Jesu, Mariæ, Joseph consecrari fecit. Dedicatio hujus capellæ celebratur Dominica post festum s. Mariæ ad nives. — Sacristia propria non adest. Paramenta sumuntur ex ecclesia s. Georgii. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus capellæ commiscentur redditibus ecclesiæ filialis s. Georgii.

Capella B$^{\text{mæ}}$ Virginis in Ascha.

14. Hæc capella a Georgio Ascher in Ascha ædificata, et in ea altare in honorem B$^{\text{mæ}}$ Virginis dolorosæ ædificatum fuit. Capella necdum est consecrata, a sede tamen Apostolica et cum consensu episcopali obtenta fuit***) licentia (sub dato 24. Nov. 1707) celebrandi in ea missæ sacrificium. Capella competentibus paramentis instructa est. In turri sunt duæ campanæ benedictæ.

Ecclesia filialis s. Lamberti in Stainberg.

15. In hoc quoque loco ao. 1719 authoritate ordinaria erecta et confirmata fuit propria *Curatia* et expositus Curatus, qui ibidem

*) III. 287. **) III. 288. ***) III. 289.

agit vices Cooperatoris, cui in hac a parochiali ecclesia longe dissita vicinia circiter 170 communicantes sunt concrediti. Pro sustentatione Curati summas contribuerunt capitulum Collegiatæ s. Andreæ in monte Frisingensi nec non Georgius Hintner, hospes in Prandtenberg, et communitas in Stainberg, ita ut Curatus junctis stolæ accidentiis credatur congruam suam ad 200 florenos et ultra posse*) deducere. Adest etiam domus habitationis Curati a communitate conservanda. Jus præsentandi Curatum juxta decretum episcopale de dato 29. Aug. 1719 alternative competit supradicto capitulo et hæredibus dicti Georgii Hintner, hospitis in Prandtenberg. Modernus Curatus est R. D. Franciscus Ascher, ao. 1734 admissus. Dat pro juribus cancellariæ 6 fl. 45 kr., ad seminarium episcopale 30 kr.

16. Ecclesia s. Lamberti in Stainberg, in montibus sita, honestæ est structuræ. Altaria habet duo:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Lamberti Episc. martyris. In eo asservatur Sanctissimum. Idem altare privilegiatum est diebus Sabbati ratione *confraternitatis* ss. Trinitatis, quæ hic ao. 1736 authoritate episcopali fuit introducta et a Georgio Unterberger colono dotata**) eamque Curatus administrat.

Altare B^mæ^ Virginis est defacto profanatum et indiget nova consecratione.

Divina hic fiunt omni die dominica et festiva juxta præscriptam stolæ ordinationem et applicationem, sub dato 12 Sept. 1719 confirmatam. Item hic dicuntur 12 missæ menstruæ, de quibus et aliis videatur dicta ordinatio. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Lantperti (die 19. Sept.) — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta necessaria. — In turri habentur tres campanæ benedictæ. — Curat proventus hujus ecclesiæ Vicarius parochialis et Præfectus cæsareus in Rattenberg. Das Vermögen***) diſes Gottshauſes iſt aigentlich nit wüßlich wegen Abgang der Rechnungsextracten.

---

*) III. 290. **) III. 291. ***) III. 292.

§. 187.

Parochia s. Laurentii in Veldtkirchen ober dem Haunboldt*).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis et de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. — Hodie ista Parochia ex præsentatione altefati Serenissimi Electoris et consensu Ordinarii de dato 8. Aug. 1731 concessa fuit Canoniæ Weiarnensi, solummodo tamen ad annos regiminis moderni Domini Præpositi Patricii. Dat pro primis fructibus 36 florenos. Idem Dominus Præpositus debet constituere Vicarium Parochiæ ab Episcopo approbandum, qui defacto est P. Herculanus Handel, Canonicus regularis ex supradicta Canonia Weiarnensi.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt in fructibus mansi et in tertia decimarum parte et accidentiis stolæ.**) In quolibet campo aliquot sunt jugera, die Vorländer, ubi Parochus gaudet integris decimis. Item, quæ in campo quiescente seruntur, cedunt Parocho in integris decimis. Condecimatores sunt Canonia Weiarnensis, capitulum Collegiatæ Monacensis, collegium societatis Jesu Monacense, monasterium Schyrense, Dominus Baro de Pienzenau, ecclesia parochialis in Veldt-Kirchen. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur importare 800 florenos. Econtra Parochus tenetur alere Cooperatorem. Item solvit Widumb- und Vogtey-Gelt 4 fl. 9 kr. 2 dl., ad capitulum cathedrale frising. 3 fl. 26 kr., ad seminarium frising. 4 fl., cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis frising. 14 kr. In veteri matricula etiam legitur: Jäger-Gelt Principi 2 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis non patitur defectus.

Communicantes hujus Parochiæ***) novissime 1258 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Veldt-Kirchen habet septem ecclesias filiales, nempe in Unter-Darching, Hochen-Dilching, Hechen-Kirchen, Weſterhaimb, Oberreith, Felddolling et Aufhaimb.

4. Ecclesia parochialis in Veldt-Kirchen, inter rurales melioris notæ et capacior, tria habet altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Laurentii martyris.

---

*) III. 293. — Vgl. §§. 384. 629. 693 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 34 — 35). Feldkirchen — zum Unterſchied von anderen gleichnamigen Orten Feldkirchen bei Aibling genannt — iſt jetzt eine organiſirte (vom kgl. Staatärar dotirte) Pfarrey mit einem Coadjutor und einem in Unterdarching exponirten Cooperator. D.

) III. 294. *) III. 295.

In eo asservatur Sanctissimum ac colitur particula de s. Cruce et de ossibus s. Laurentii mart.

Altaria B^mæ^ Virginis et s. Catharinæ virg. mart.

Divina hic fiunt juxta acta visitalia ordinarie singulis diebus dominicis et festivis, nisi in ecclesiis filialibus incidant patrocinia et dedicationes. Item dicitur missa hebdomadalis cum *) applicatione. Dedicatio celebratur Dominica III post Pentecosten, patrocinium vero in festo s. Laurentii mart. Item in actis visitalibus de ao. 1707 annotatur in hac ecclesia confœderatio charitatis, ein Marianiſcher Liebs-Bund. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Aibling. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gotteshauſes ſolle diſer Zeit gegen 3000 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Joannis Baptistæ in Unterdarching. **)

5. Ecclesia hæc, ante 14 annos reædificata, altaria habet tria:***) Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum; altare B. M. V. et altare s. Josephi.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominicis alternando cum ecclesia in Hochen-Dilching; item in festis Apostolorum excepto ss. Bartholomæi et Andreæ; item in festo purificationis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Ursulæ, patrocinium vero in festo s. Joannis Baptistæ. — Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Videtur in hac ecclesia sepultura illustrium de Ahamb. — Sacristia tenet paramenta competentia. Turris habet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Domini arcis Valley, qui †) defacto est illustrissimus Dominus Comes de Tattenbach. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt nit wüßlich, weillen kein Rechnungs-Ertract vorhandten.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Hochen-Dilching.

6. Ecclesia hæc communis notæ altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Andreæ Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Sylvestri.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominicis alternative cum ecclesia

*) III. 296.

**) Unterdarching iſt jetzt, wie ſchon oben bemerkt wurde, eine organiſirte Expoſitur, zu deren Bezirke auch Hechenkirchen, Hohendilching und Valley gehören.
D.

***) III. 297. †) III. 298.

in Unterdarching; item in festis s. Andreæ tanquam patroni et Bartholomæi Apostolorum. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Viti. — In hac ecclesia adest baptisterium*) cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta necessaria. — In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Circa curam proventuum hujus ecclesiæ eadem est ratio, quæ supra in Unter-Darching.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Hechenkirchen.

7. Ecclesia hæc, ante 17 annos reædificata, habet tria altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem Bmæ Virginis. In eo asservatur Sanctissimum et colitur statua Bmæ Virginis, beneficiis celebris, quæ vicinarum Parochiarum processionibus visitari solet. — *Altaria s. Leonardi et s. Wolfgangi.*

Divina**) hic fiunt juxta acta visitalia in festis Bmæ Virginis excepto festo purificationis; item in feria III. Paschatis et Pentecostes, in festis ss. Leonardi et Floriani. Item juxta acta visitalia de ao. 1707 sunt hic dicendæ tres missæ hebdomadales a festo s. Georgii usque ad festum s. Catharinæ, quas fundarunt illustrissimi Domini Comites de Maxlrain, et una hebdomadalis per totum annum. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia tenet paramenta competentia. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Circa administrationem proventuum hujus ecclesiæ eadem quoque est ratio, quæ in ecclesiis Unter-Darching et Hochen-Dilching.

*Ecclesia filialis ss. Petri et Pauli in Westerhaimb.****)*

8. Ecclesia hæc, ante 40 circiter annos reædificata, altare habet unum, in honorem s. Petri Apostoli dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam II. post festum s. Michaelis, in festo ss. Petri et Pauli et in feria IV rogationum. Intra spatium 14 dierum legitur et applicatur hic missa hebdomadalis, pro qua datur stipendium. — Cœmeterium non adest. — Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Circa administrationem proventuum hujus ecclesiæ pariter eadem est ratio, quæ in aliis filialibus hujus Parochiæ hactenus descriptis.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Oberreith †).

9. Ecclesia communis notæ habet unum altare, in honorem Bmæ Virginis dedicatum. Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Jacobi; item in festo visitationis Bmæ Virginis et intra 14 dies hic legitur missa hebdomadalis,

---

*) III. 299. **) III. 300. ***) III. 301. †) III. 302.

pro qua, uti habetur in actis visitalibus de ao. 1707, recipiuntur 17 floreni. — Cœmeterium nullum adest. — Sacristia tenet paramenta necessaria. — In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho et Domino hoffmarchiæ Altenburg, qui defacto est Dominus de Nidermayr. Das völlige Vermögen diſes Gotteshauſes ſolle diſer Zeit ÿber 1800 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Feldt-Dolling. *)

10. Ecclesia communis notæ habet duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, et altare s. Margaritæ. Divina hic peragi solent in dedicatione (Dominica post festum assumptionis B. M. V.), in festo s. Nicolai Episcopi tanquam patroni, in festis ss. Martini, Udalrici, Margaritæ, fer. IV Paschatis et Pentecostes et fer. IV. post festum Nativitatis Domini, et in festo ss. Innocentium martyrum. In festo s. Marci et feria II rogationum ista ecclesia visitatur processione. Item, uti notant acta visitalia de ao. 1707, intra 14 dies dicitur sacrum hebdomadale cum applicatione, pro quo recipitur stipendium 7 florenorum. — Cœmeterium non adest. — Sacristia**) habet paramenta necessaria. — In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho et Domino arcis Valley, nempe illustrissimo Domino Comite de Tattenbach. Das Vermögen diſer Kirchen iſt aus Abgang der Rechnungs-Ertracten nit wüſſlich.

Ecclesia filialis s. Magdalenæ in Aufhaimb.

11. Ecclesia hæc communis notæ altare habet unicum, in honorem s. Magdalenæ consecratum. Divina hic fieri solent in dedicatione, Dominica post festum s. Magdalenæ, et in ejusdem festo celebratur patrocinium, nec non in festo translationis s. Corbiniani. Feria III. rogationum huc venit processio. Item infra 14 dies hic celebratur hebdomadale sacrum cum applicatione, pro cujus stipendio acta***) visitalia de ao. 1707 assignant 17 florenos. — Cœmeterium non adest. — Sacristia tenet necessaria paramenta et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electoralis in Aibling. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich diſer Zeit gegen 600 fl. erſtreckhen.

Capella in arce Altenburg.

12. Non est consecrata, nec habet altare consecratum, sed est solummodo portatili instructa, super quo subinde sacrificatur.

---

*) III. 303. **) III. 304. ***) III. 305.

*Capella in arce Valley.**)

13. Est potius privatum oratorium, in cujus erecto altari permissum fuit celebrare super portatili.

---

§. 188.

Parochia s. Martini in Vischbachau**).

1. Anno 1725 Reverendissimus & Celsissimus Dominus Dominus Joannes Franciscus Episcopus Frisingensis cum consensu Reverendissimi capituli cathedralis concessit Abbati & conventui Schyrensi, ut imposterum in hac Parochia, alias monasterio Schyrensi, uti indicat antiqua matricula, pleno jure unita & incorporata, duo Regulares ex eodem conventu possint exponi. Econtra supradictus Abbas & conventus cesserunt a jure patronatus, quod habebant ad Parochiam Rumelzhausen, ita ut nunc illa Parochia sit de libera collatione Episcopi Frisingensis. Similiter idem Abbas et conventus cesserunt Ordinariatui Frisingensi jus patronatus ad Parochiam Sulzbach, Augustanæ Diœcesis; nec non etiam ad Parochiam Lauterbach, ejusdem Augustanæ Diœcesis; sed ad hanc posteriorem Parochiam prætendit Serenissimus Elector Bavariæ jus præsentandi alternativum certo modo, qui videatur in actis Parochiæ Vischbachau***). Porro exponendus Vicarius regularis Parochiæ Vischbachau vi instrumenti concessionis de dato 7. Aug. 1725 debet se sistere pro approbatione ad curam, nisi alias sit jam approbatus. Item quilibet neoelectus Abbas Schyrensis ratione Parochiæ Vischbachau debet solvere pro primis fructibus 14 florenos, et pro juribus cancellariæ 10 florenos. — Modernus Vicarius est P. Emanuel Stecher, professus Schyrensis, ao. 1737 expositus, qui secum habet socium, in monasterio Schyrensi pariter professum, quem in cura animarum sibi adjungit; vices autem Cooperatoris agit Curatus in Margarethen-Zell.

---

*) In der Valley beſteht jetzt ein Schulbeneficium, zu deſſen Dotation ein Theil der von Max. Grafen v. Kurz i. J. 1659 in eine eigens erbaute Capelle bey dem Franciſcanerkloſter zu München gemachten Meſſenſtiftung verwendet wurde. Vgl. die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 246. Nro. 155). D.

**) III. 307. — Vgl. §§. 384. 625. 693 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 35 u. 36). Jetzt iſt Fiſchbachau eine organiſirte Pfarrey und Margarethen- oder Bayeriſch-Zell eine von derſelben unabhängige, gleichfalls organiſirte Curatie mit allen pfarrlichen Rechten. D.

***) III. 308.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur, uti habent acta visitalia de ao. 1707, ex manso duorum camporum; item ex decimis in Vischbachau & Zell et stolæ accidentiis. In veteri matricula legitur: *Item de missis hebdomadalibus habet 3 ß. dl. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 20 flor., minores ad 1 flor. etc., confessionalia ad 12 β. dl. Panes primitiales æstimat ad 1 ß. dl.* Integri proventus hujus Parochiæ censentur 500 florenos*) ægre conficere. De eadem solvuntur ad seminarium episcopale 3 floreni, cathedraticum 22 kr. 1 dl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis frising. 14 kr. — Habitat Vicarius regularis in amplis ædibus ad monasterium Schyrense pertinentibus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime, juncta Curatia in Margarethen-Zell, 600 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Vischbachau, habet alias duas filiales, nempe ecclesiam B. M. Virg. in Vischbachau & s. Margaritæ in Margarethen-Zell, et capellam lauretanam auf dem Pürckhenſtain.

4. Ecclesia parochialis, amplæ & insignis structuræ, habet sequentia altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Martini Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum. Idem altare est privilegiatum diebus Lunæ ratione *confraternitatis* ss.**) Scapularis, ao. 1695 authoritate episcopali hic introductæ, quæ regitur a Vicario parochiali.

*Altare B^mæ^ Virginis. — Altare s. Joann. Bapt. — Altare......****).

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis & festivis, excipiunt tamen acta visitalia de ao. 1707 Dominicas angariales. — Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Martini. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. — Cœmeterium seu area hujus ecclesiæ non habet sepulturas, sed illæ sunt in vicino cœmeterio ecclesiæ B. V. M. in Vischbachau. — Sacristia instructa est paramentis decoris. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Abbas Schyrensis tanquam Parochus principalis†) et Dominus hoffmarchialis hujus loci. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt wegen Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis in Vischbachau.

5. Hæc ecclesia bene & decore restaurata dicitur olim fuisse parochialis & sita est in medio cœmeterii parochialis. Altare adest

---

*) III. 309. **) III. 310.

***) Weder das Viſitationsprotocoll v. J. 1707, noch die Pfarrbeſchreibung v. J. 1817 machen von einem vierten Altare Erwähnung. D.

†) III. 311.

unum, in honorem B^{mæ} Virginis in cœlos assumptæ dedicatum. — Divina fiunt ordinarie in Dominicis angarialibus, uti habetur ex actis visitalibus de ao. 1707. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Laurentii. Patrocinium celebratur in festo patrocinii B. M. Virg. Item in hac ecclesia Arnoldus Auracher ao. 1412 fundavit missam hebdomadalem, quæ tamen propter*) tenuitatem stipendii sub dato 10 Jul. 1692 reducta fuit ad 4 missas angariales. Fiunt etiam plerumque exequiæ funerales in hac ecclesia pro defunctis & hic sepultis parochianis. — Cœmeterium hic adest amplum cum ossuario & sepulturis, nudis tamen asseribus cinctum est. — Sacristia tenet paramenta decentia. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ veniunt sub rationibus proventuum ecclesiæ parochialis, quibus commixti sunt.

*Domus lauretana B. M. Virg. auf dem Pürckhenstain***).*

6. Hæc capella, ao. 1710 in loco montano Pürckhenstain nuncupato in forma lauretanæ domus ædificata, altare habet unum, in honorem B^{mæ} Virginis erectum, necdum cum ipsa capella consecratum***). Colligitur ex actis, in hac capella multa per annum fieri sacra votiva. — Adjacet eremitorium, in quo habitat Eremita, qui capellæ huic servit, quæ instructa est paramentis necessariis. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ.

---

§. 189.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Margarethenzell†).

In loco hoc montibus circumdato residet *Curatus*, qui ibidem agit vices Cooperatoris & præsentatur ab Abbate & conventu Schyrensi. Redditus hujus Curati præter domum habitationis consistunt in salario, quod recipit a monasterio Schyrensi & commu-

*) III. 312.

**) Vgl. die Druckſchrift: Die Verehrung der Mutter Gottes Maria auf dem Birkenſtein. 3te Aufl. 1832. 8. Dort findet man auch die Reihenfolge der Pfarrer von Fiſchbachau. — In neueſter Zeit hat der Wagenfabricant Georg Lankenſperger von München zur Kirche auf dem Birkenſtein eine eigene Wallfahrtscuratie und eine Filiale der armen Schulſchweſtern geſtiftet. D.

***) III. 313.

†) Vgl. die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 51 u. 52. D.

nitate, nec non in accidentiis stolæ. Huic Curatiæ 300 circiter communicantes adscripti sunt. Modernus Curatus est R. D. Joannes Georgius Schilcher, ao. 1737 perpetuatus. Non dat primos fructus, sed pro juribus cancellariæ 10 florenos*) et ad seminarium episcopale 30 kr.

Ecclesia hæc compendiosa, satis tamen commoda, altaria habet tria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Margaritæ virg. martyris. In eo asservatur Sanctissimum. Idem altare privilegiatum est pro *confraternitate* s. Isidori, ao. 1705 hic instituta, quam administrat ipse Curatus.

Altaria ss. Salvatoris & omnium Sanctorum.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur Dominica ante festum nativitatis B. M. V., patrocinium vero in festo s. Margaritæ virg. mart.

Aqua baptismalis asservatur hic cum sacris oleis. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis**). — Sacristia competenter provisa est paramentis. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ pariter est penes Abbatem Schyrensem, sicuti ecclesiæ parochialis***).

---

*) III. 314.

**) III. 315.

***) Die Seiten 316 — 332 ſind in der Reinſchrift der Matrikel zur Einſchaltung von Nachträgen leer gelaſſen worden und bis jetzt auch leer geblieben. D.

VI.

DECANATUS RURALIS

DORFFENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

MARIAE THAVMATURGAE.

Parochiæ

Decanatus ruralis Dorffensis *).

	Pag.	§.
Beurbach	367.	193.
Dorffen	393.	195.
Hoffkirchen	345.	191.
Lengdorf	333.	190.
Mosen	379.	194.
Pfronbach	431.	196.
Puech am Erlbach	439.	197.
Rueprechtsberg	449.	198.
Schwindtau	461.	199.
Schwindtkirchen	473.	200.
Stainkirchen	489.	201.
Tauffkirchen	503.	202.
Tegernbach	519.	203.
Velden	529.	204.
Wambach	353.	192.

*) Aus dem Decanate Dorfen ſind in neueſter Zeit zwey Decanate: Dorfen und Velden gebildet worden.

Das Decanat Dorfen enthält die Pfarreyen: Grüntegernbach, Hofkirchen, Lengdorf, Mariadorfen, Oberdorfen mit dem Beneficium Zeilhofen, Schwindkirchen mit dem Beneficium Waſentegernbach, Taufkirchen und St. Wolfgang.

Zum Decanate Velden gehören die Pfarreyen: Bayerbach, Mooſen mit der Frühmeſſerſtelle in Kalling, Ruprechtsberg mit dem Beneficium in Eberspoint, Steinkirchen, Velden mit der Schloßcaplaney in Neuenfraunhofen, Vilslern (früher Decanats Landshut) und Wambach mit dem Beneficium Kögning.

Die Pfarrey Pfronbach wurde dem Decanate Erding zugetheilt.

Die Pfarrey Maria-Dorfen oder Markt-Dorfen beſteht erſt ſeit dem Jahre 1813 und umfaßt ungefähr die Hälfte der vormaligen großen Pfarrey Oberdorfen. D.

§. 190.

Parochia s. Petri in Lengdorff*).

1. Hæc Parochia dicitur hactenus fuisse in alternis mensibus de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis; cum tamen ex libris investiturarum potius constet, eandem fuisse de collatione libera Episcopi in omni mense. Imposterum tamen, postquam erecta fuit collegiata Ecclesia s. Wolfgangi in Schwindtau, hæc Parochia vigore Bullæ Pontificiæ & instrumenti transactionis inter Serenissimum Electorem Bavariæ & Ordinarium Frisingensem de dato 31. Octobr. 1738 erit plene unita Collegiatæ s. Zenonis in Isen, cujus capitulum igitur Episcopo Frisingensi præsentabit Vicarium etiam ad nutum amovibilem, pro cura tamen approbandum & admittendum. Modernus Parochus est R. D. Christophorus Schuechbaur, ss. theol. Lic., ao. 1709 investitus. Dedit pro**) primis fructibus 70 florenos. Est hujus capituli ruralis Decanus.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de his legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet 3 fl. 5 β. Item ex missis hebdomadalibus solvuntur sibi & Cooperatori 5 ℔. dl. Confessionalia ad 4 flor., panes primitiales æstimat ad 2 flor.* Adest etiam ein Widumbguet zu Wätzling und eines zu Lengdorff. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur melioribus annis ascendere posse ad 1200 florenos. — Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem, qui habet separatam suam habitationem noviter ædificatam. Condecimatores adsunt plures, et quidem varii rustici, qui a potiori duas decimarum partes recipiunt ex suis agris. In Wätzling condecimat Collegiata Isanensis in duabus partibus & similiter hospitale s. Spiritus Monachii in Matzbach. Item Parochus solvit Widumbſteur 8 fl. 21 kr., Jäger-Gelt defacto nihil (in veteri autem***) matricula legitur: *Item Jägergelt Principi ad Landshut 10 ℔. dl.)*, cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 24 kr., ad se-

*) III. 333. — Vgl. §§. 389. 593. 690 und die tabellariſche Diöceſanbeſchr. (S. 80 u. 81). D.

) II. 334. *) II. 335.

minarium episcopale 5 florenos. — Domus parochialis cum pertinentiis nondum patitur defectus notabiles.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 977 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Lengdorff habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Wätzling, Matzbach & Thann; item capellam filialem in arce Kopfspurg.

4. Ecclesia parochialis, inter rurales melioris & amœnioris notæ, habet quinque altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Petri, de cujus et s. Pauli ossibus hic coluntur authenticæ particulæ, nec non etiam de s. Cruce. Item hic asservatur Sanctissimum*). — Altaria Bmæ Virg. dolorosæ, Bmæ Virg. de monte Carmelo, s. Sebast. martyris et s. Ant. de Padua.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis, excepto festo s. Nicolai Episcopi. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo ss. Petri & Pauli, et secundarium in festo s. Margaritæ virg. mart. Item hic dicitur (juxta acta visitalia de ao. 1706) missa hebdomadalis diebus Sabbati. *Confraternitas* ss. Scapularis in hac ecclesia ao. 1703 authoritate ordinaria erecta fuit, unde altare Bmæ Virginis de monte Carmelo, cujus statua beneficiis claret, privilegiatum est diebus Sabbati pro defunctis ex eadem confraternitate**), quæ regitur a proprio magistratu. In ratiociniis hujus ecclesiæ etiam annotatur eine Armen-Seelen-Bruderſchaft, deren Vermögen ſich diſer Zeit unter Cumulativ-Adminiſtration auf 1432 fl. 33 kr. 2 hl. belauffet. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. — Sacristia decenter instructa est paramentis. — In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Arding. Das ſammentliche Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 1986 fl. 24 kr. 5 hl. bezeiget.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Wætzling.

5. Ecclesia hæc noviter exstructa altaria habet tria***): Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum; altare Bmæ Virginis & altare s. Udalrici.

Divina hic ordinarie fiunt in Dominicis alternative cum ecclesia Matzbach, item in festo Circumcisionis, Epiphaniæ, feria II. in hebdomada sancta, Dominica & feria II. Paschatis, feria VI. infra oct. Ascensionis, Dominica & feria II. Pentecostes; item in festis ss. Udalrici, Laurentii, omnium Sanctorum, Catharinæ, Stephani et in die commemorationis fidelium defunctorum. In feria II. roga-

---

*) III. 336. **) III. 337. ***) III. 338.

tionum hæc ecclesia visitatur processione. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Galli. Patrocinium celebratur in festo s. Nicolai Episcopi. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta competentia. — In turri sunt duæ benedictæ campanæ*). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes beläufft ſich in letzter Rechnung auf 2365 fl. 9 kr. 6½ hl.

Ecclesia filialis s. Martini in Matzbach.

6. Ecclesia hæc noviter reædificata altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Dorotheæ virg. mart.

Divina hic fiunt ordinarie in diebus dominicis alternando cum ecclesia filiali Wætzling, item feria III. post Dominicam Palmarum, feria III. Paschatis & Pentecostes, feria IV. rogationum (huc fit processio); in festo s. Dorotheæ, Sabbato infra octavam Ascensionis; item die post commemorationem fidelium defunctorum & in festo s. Joannis Evang. Dedicatio**) celebratur in Dominica ante festum ss. Apostolorum Simonis & Judæ, patrocinium autem in festo s. Martini Episcopi. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. — Sacristia habet paramenta competentia. — In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus et Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt in letzter Rechnung in 17363 fl. 16 kr. 4 hl. beſtanden.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Thann.

7. Ecclesia noviter reædificata altare habet unum, in honorem s. Nicolai Episcopi consecratum.

Divina hic peragi solent in dedicatione, quæ celebratur in festo ss. Joannis & Pauli martyrum, ubi etiam ad***) hanc ecclesiam fit processio a tota Parochia; item in feria IV. Paschatis et Pentecostes, in festo ss. Innocentium martyrum & in festo patrocinii, s. Nicolai Episcopi. — Adest cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis necessariis. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Dominus hoffmarchialis in Tauff-Kirchen, qui defacto est Dominus Baro de Freyberg. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Capella filialis s. Georgii in arce Kopfspurg.

8. In castro Kopfspurg adest capella cum una ara in honorem s. Georgii martyris, ad quam fundatum est Beneficium, cujus tamen fundatio non amplius reperitur in actis ecclesiasticis; verisimiliter†) autem fundatum fuit idem Beneficium a familia Prey-

*) III. 339. **) III. 340. ***) III. 341. †) III. 342.

singana. Extat copia decreti episcopalis de dato 17 Junii 1630, in quo mandatum fuit, ut interim, donec de alio constiterit, celebrentur per hebdomadem quatuor missæ beneficiales, hodie tamen solummodo celebrantur tres, nescitur qua de causa. Proventus Beneficii, potissimum in frumento consistentes, æstimantur ultra 300 florenos ascendere. Adest etiam domus beneficialis lignea et structuræ vilis. Cum etiam castrum & Dominium Kopfspurgense per emptionem devenerit ad Episcopatum Frisingensem, jus defacto libere conferendi hoc Beneficium est penes Episcopum Frisingensem, cum simul sit possessor supradicti castri, qui alias exerceret jus patronatus. Modernus Beneficiatus est R. D. Felix Joseph. Hörmann, ao. 1730 investitus. Dat pro primis fructibus 15 florenos & ad episcopale seminarium 1 fl.*).

Dedicatio hujus capellæ incidit in Dominicam post festum nativitatis B. V. M., patrocinium vero celebratur in festo s. Georgii martyris, in quo die hæc capella visitatur processione. Cæteroquin capella conservatur ex proventibus castri et decentibus paramentis instructa est, nec non in sacristia in honorem B^mæ^ Virginis exstructum conspicitur altare, quod antea stabat in ipsa capella, super cujus portatili celebrari potest sacrificium missæ. Adsunt etiam duæ campanæ benedictæ.

---

§. 191.

Parochia B^mæ^ Virg. in Hoffkirchen**).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Joannes Georgius Kirmair, ao. 1722 investitus. Dat pro primis fructibus 25 florenos. Est hujus capituli ruralis Camerarius.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis majoribus & minoribus, nec non ex fructibus stolæ. In veteri matricula etiam inter proventus habetur: *In anniversariis & missis hebdomadalibus etc. Confessionalia ad 1 fl. Panes primitiales*

---

*) III. 343. — In Kopfsburg beſteht jetzt kein Beneficium mehr; der Fond desſelben iſt zur Dotirung einer katholiſchen Pfarrey auf dem Donaumooſe bey Neuburg im Bisthum Augsburg verwendet worden. D.

**) III. 345. — Vgl. §§. 386. 598. 690 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 79). Vom Jahre 1775 bis zum Jahre 1803 war die Pfarrey Hofkirchen dem Prieſterhauſe in Maria-Dorfen einverleibt und wurde durch Vicare paſtorirt. D.

ad 2 fl. Parochus juxta acta visitalia de ao. 1706 gaudet integris in tota Parochia decimis, exceptis duobus colonis, ubi ab uno medietatem decimarum majorum cum minoribus, ab altero autem*) nihil percipit, sola tamen ecclesia parochiali condecimante. Quid autem Parochus de missa hebdomadali in Pluemthall ex duobus prædiis percipiat, infra refertur. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur ascendere posse melioribus annis ultra 800 florenos. Econtra tenetur Parochus solvere Widumb-Steur 8 fl. 40 kr. 6 hl., cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 24 kr., ad seminarium episcopale 4 fl. *Jäger-Gelt 1 fl. dl. Principi*, ait antiqua matricula, sed hodie non amplius solvitur. — Domus parochialis indiget reparatione vel potius nova ædificatione.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 293 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Hoffkirchen habet alias duas filiales, nempe in Daxmating, quæ nunc communiter Pluemthall nuncupatur, et in Kirchelhaimb seu Köchelhaimb**).

4. Ecclesia parochialis valde decora altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula s. Crucis; altare Nativitatis Domini et altare Epiphaniæ Domini.

Divina hic ordinarie fiunt in omni die dominica & festiva, nisi incidat dedicatio aut patrocinium in ecclesiis filialibus. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum sepulturis & ossuario. — Sacristia habet paramenta valde decentia. — In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Parochum et Præfectum***) electoralem in Arding. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung mit Einſchluß beeder Filialen 17494 fl. 43 kr. 6½ hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Martini in Pluemthall, olim Daxmating nuncupata.

5. Ecclesia hæc modica altaria habet duo, quorum majus et laterale erectum est in honorem s. Martini Episcopi; laterale tamen non censetur esse consecratum. — Divina hic fieri solent in dedicatione, quæ celebratur Dominica III. post Pentecosten, patrocinium vero in festo s. Martini Episcopi. Item in festis ss. Udalrici, Nicolai & Innocentium martyrum. — Ad hanc ecclesiam antiquitus Hartmannus †) Rieder missam hebdomadalem & vesperas in omni Sabbato in ecclesia parochiali in Hoffkirchen tenendas fundavit, et ex prædio pro hac obligatione assignato in Ruspach ordinavit

---

*) III. 346. **) III. 347. ***) III. 348. †) III. 349.

censum 6 β. et 20 Regenspurger-Pfenning. Item alia emolumenta exinde percipit Parochus. Item ex alio prædio in Rukhspach, daſ Benkhen-Guet genannt, ad hanc missam percipit Parochus 13 β. et 10 dl. (Videatur de hoc decretum episcopale de dato 9. Mart. 1671). — Cœmeterium proprium cum sepulturis hic non adest. — Sacristia nulla habet paramenta, sed ea ex ecclesia parochiali huc deferuntur. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub ratiociniis ecclesiæ parochialis.

Ecclesia filialis s. Valentini in Köchelhaimb seu Kirchelhaimb).*

6. Ecclesia hæc modica, sed pulchra, altare habet unum, in honorem s. Valentini Episcopi martyris consecratum, de cujus etiam ossibus hic colitur particula. — Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ celebratur in Dominica post festum s. Margaritæ; patrocinium autem in festo s. Valentini Episcopi martyris. Item in festis ss. Sebastiani & Colomanni martyrum. — Cœmeterium cum sepulturis non adest. — Sacristia non habet paramenta, sed ea sumuntur ex ecclesia parochiali. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt etiam sub administratione reddituum parochialis ecclesiæ.

---

§. 192.

Parochia s. Lamberti in Wambach**).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Gregorius Schluttenhofer, ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos. Est in hoc rurali capitulo testis synodalis.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de illis ita legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 3 flor., in anniversariis & missis hebdomadalibus fundatis 15 flor. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 10 flor., minores ad 2 flor., confessionalia ad 4 flor., panes primitiales ad 3 florenos.* Adsunt etiam drey Wi-

---

*) III. 350.

**) III. 353. — Vgl. §§. 399. 600. 690 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 104 — 106). D.

dumb-Baurn zur Pfarr gehörig, als der Brodtman am Krettlſperg, Oſtermayr zu Lidtling, der Schneider zu Geiſlbach. In decimis subinde Parochus*) apud colonos quosdam recipit tertiam partem, subinde duas tertias, et subinde integras decimas. Condecimant in hac Parochia Dominus Præpositus Berchtesgadensis, Dominus Baro de Neuenfraunhoffen, Dominus Baro Lösch et Dominus Baro Mændl in Huebenstain.

Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur facile ascendere ad 1300 fl. Econtra tenetur Parochus alere duos Cooperatores, solvere Widumb-Steur 18 fl. 26 kr. (in veteri matricula etiam legitur: *Item Jägergelt Principi 1 ß. dl.)*, cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 24 kr., ad seminarium episcopale includendo Beneficium in Kœging 5 fl. — Domus parochialis noviter ædificata cum pertinentiis nondum habet defectum notabilem.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 851 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Wambach**) habet alias quinque ecclesias filiales, nempe in Geiſlbach, Suldting, Köging, Reicherſtorff et Burkhharting.

4. Ecclesia parochialis, recenter reparata & belle ornata, altaria habet tria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Lamberti Episcopi martyris. In eo asservatur Sanctissimum.

Altare Matris dolorosæ.

Altare fidelium defunctorum. Ad hoc altare instituta est *confraternitas* pro fidelibus defunctis et dotata a Domino Francisco Hartschmidt, quondam Parocho hujus loci, qui juxta acta visitalia de ao. 1706 fundavit missam hebdomadalem die Lunæ, quo die hæc ara privilegiata est pro defunctis ex hac confraternitate, quæ administratur a Parocho & Præfecto electorali in Arding. Das Vermögen diser***) Bruderſchaft bezeigt ſich in letzter Rechnung auf 2851 fl. 25 kr. 6½ hl.

Divina in hac ecclesia celebrantur ordinarie in omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum omnium Sanctorum. Patrocinium solenniter celebratur in festo s. Lamberti Episcopi martyris, die 17. Septembr. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum sepulturis & ossuario. — Sacristia provisa paramentis admodum decoris. — In turri sunt campanæ benedictæ duæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem administratione Parochi & Præfecti electoralis in

---

*) III. 354. **) III. 355. ***) III. 356.

Arding. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes zeigt ſich in letzter Rechnung auf 2156 fl. 25 kr. 2 hl.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Geislbach.

5. Ecclesia hæc, inter rurales melioris*) et renovatæ structuræ, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum; altare ss. Sebastiani & Blasii martyrum & altare ss. Catharinæ & Barbaræ virginum martyrum.

Divina hic peragi solent in Dominicis & diebus festivis omnibus, nisi dedicatio aut patrocinium incidat in alia ecclesia filiali hujus Parochiæ. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in Dominica post festum s. Magdalenæ; patrocinium autem in festo s. Nicolai Episcopi. Item hic dicitur & ad intentionem fundatorum applicatur missa hebdomadalis diebus Lunæ, pro qua recipiuntur 7 floreni. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario**) et sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis competentibus. — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho & Præfecto electorali in Arding. Das Vermögen diſes Pfarrgottshauſes hat in letzter Rechnung 13884 fl. 49 kr. $1\frac{1}{2}$ hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Helenæ in Suldting.

6. Ecclesia hæc pulchra altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Helenæ, in quo asservatur Sanctissimum; altare Jesu, Mariæ, Joseph et altare s. Floriani martyris.

Divina hic ordinarie fiunt in festis inventionis & exaltationis s. Crucis et ss. Sebastiani & Floriani martyrum. Dedicatio incidit in***) Dominicam ante festum assumptionis B. M. V. Patrocinium celebratur in festo s. Jacobi Apostoli, cum tamen ecclesia dedicata sit in honorem s. Helenæ. Item hic dicitur et ad intentionem fundatorum applicatur missa menstrua, pro qua dantur 6 floreni. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes belauffet ſich in letzter Rechnung auf 8016 fl. 42 kr. $\frac{1}{2}$ hl.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Kœging.

7. Ecclesia hæc noviter ædificata necdum consecrata est. Adsunt tria altaria: Altare majus, patronum habens s. Michaelem Archangelum†) et in quo asservatur Sanctissimum; altare s. Mauritii martyris & altare s. Barbaræ virg. martyris.

Anno 1521 Nicolaus Sandizeller, Parochus in Wambach et

---

*) III. 357. **) III. 358. ***) III. 359. †) III. 360.

Georgius, Erasmus, Sigismundus, Jacobus Stäringer in Kalling, nec non vitrici hujus ecclesiæ fundaverunt Beneficium quatuor missarum hebdomadalium, in altari majori celebrandarum, super quo confirmationem impertivit Philippus Episcopus Frisingensis. Pro fundo ex bonis ecclesiæ assignatus fuit census annuus 24 ß. dl. Item dicti Stäringer dederunt ex suis bonis zwey Aigen zu Köging, wo ſye ein Prieſterlichs Haus und Stadl darauf gepauen, ubi Beneficiatus personaliter resederat. Jus nominandi reservatum fuit Parocho in Wambach et vitricis hujus ecclesiæ, jus præsentandi autem seniori ex familia deren Stäringer. Hodie præter prædium habitationis beneficialis in Köging de bonis ecclesiæ ibidem percipit Parochus*) in Wambach, cui hoc Beneficium solet attribui, 47 florenos 25 kr. 5 hl. et peragit duas missas hebdomadales, et jus patronatus exercet Serenissimus Elector Bavariæ. — Modernus Beneficiatus et Parochus in Wambach Gregorius Schluttenhofer fuit ao. 1732 investitus. Dat ratione hujus Beneficii pro primis fructibus 8 florenos**). Divina alias hic fiunt in feria II & III. Paschatis et Pentecostes & in festis ss. Achatii, Mauritii, Ursulæ, Barbaræ et Innocentium martyrum. Dedicatio & patrocinium hujus ecclesiæ antehac celebrabantur in festo s. Michaelis. — Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. — Sacristia habet paramenta necessaria. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt vor dem neuen Pau in 6746 fl. 57 kr. 6 hl. beſtanden.

*Ecclesia filialis s. Georgii in Reicherstorf****).*

8. Ecclesia ruinosæ structuræ altare habet unum, in honorem s. Georgii martyris consecratum. Divina hic fieri solent in feria III. Paschatis & Pentecostes & in festo s. Udalrici & s. Joannis Evangelistæ. — Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Michaelis & patrocinium ad festum s. Georgii martyris. — Cœmeterium & sepulturæ non adsunt. — Sacristia tenet paramenta necessaria. — In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 6199 fl. 58 kr. 1½ hl. betroffen.

---

*) III. 361.

**) Jetzt werden die Obliegenheiten des Beneficiums zu Köging gewöhnlich von dem Pfarrer zu Rapoltskirchen, dem daſſelbe ohne Inveſtitur überlaſſen zu werden pflegt, in Erfüllung gebracht. D·

***) III. 362.

Ecclesia filialis s. Viti in Burckharting).*

9. Ecclesia hæc notabiliter reparata et nova consecratione indigens, altaria tria habet: Altare majus, consecratum in honorem s. Viti martyris, in quo asservatur Sanctissimum; altare Matris dolorosæ & altare s. Leonardi Abbatis.

Divina ordinarie in hac ecclesia peraguntur in omnibus diebus dominicis & festivis, nisi dedicatio aut patrocinium alterius ecclesiæ filialis incidat. Item hic dicitur & pro intentione fundatorum applicatur missa hebdomadalis diebus Mercurii, nisi incidat in illis aliquod festum, quo alias hic divina fiunt**). Dedicatio hujus ecclesiæ hactenus celebrata fuit in Dominica post festum omnium Sanctorum, patrocinium vero ad festum s. Viti martyris. Cæteroquin in veteri matricula legitur: *In ecclesia Burkharting est Beneficium non confirmatum.* — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes bezeigt ſich in letzter Rechnung auf 2587 fl. 19 kr. 4 hl.***)

§. 193.

Parochia s. Andreæ in Beurbach †).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Casparus Strobel, ao. 1711 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et fructibus stolæ. In veteri matricula de his legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet 9 flor. Item de missis hebdomadalibus 3 fl. 60 dl. Ex anniversariis et institutionibus 6 flor. Confessionalia ad 4 flor., panes primitiales ad 2 flor.* Juxta acta visitalia de ao. 1706 Parochus integras colligit decimas in pago Stainbach, in Beurbach autem tertiam earum partem. Item adest ein

---

*) III. 363. **) III. 364.

***) Für den Filialbezirk von Burkharting (Burkersding) wird demnächſt eine eigene Curat- und Schul-Expoſitur errichtet werden. D.

Confraternitas hic adest, pro fidelibus defunctis instituta et archiconfraternitati Monacensi in Altenhoff aggregata, ratione cujus altare majus diebus Sabbati est privilegiatum. Confraternitas regitur per proprium magistratum. Divina hic ordinarie peraguntur in Dominicis & diebus festivis bis, alternando cum ecclesia parochiali, ita ut in quinta Dominica divina fiant in ecclesia Thann. Dedicatio incidit in***) Dominicam post festum s. Michaelis, patrocinium autem in festo s. Georgii martyris. Item hic dicitur missa hebdomadalis diebus Sabbati, pro qua recipit Parochus 2 fl. 17 kr., uti habetur in actis visitalibus de ao. 1706, et missas libere applicat. — Cœmeterium hic habetur cum sepulturis & ossuario. — Sacristia competenter instructa est paramentis & in turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus et Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle dieſer Zeit bey 2100 fl. auswerffen.

Ecclesia s. Michaelis in Thann.

6. Ecclesiæ hujus fabrica modica est, sed reparata. Adsunt duo altaria†): Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Aegidii Abbatis.

Divina hic fiunt ordinarie in quinta Dominica. Item in hebdomade sacra dicitur etiam hic missa. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi, patrocinium autem in festo s.

*) III. 433. **) III. 434. ***) III. 435. †) III. 436.

Michaelis. Item hic dicitur missa hebdomadalis diebus Lunæ, pro qua Parochus in actis visitalibus de ao. 1706 dicitur recipere 3 florenos, missas autem applicat libere. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Parochum & Præfectum electoralem in Arding. Das Vermögen*) diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1010 fl. 44 kr. 5 hl. betragen.

---

§. 197.

Parochia ss. Petri & Pauli in Puech am Erlbach**).

1. Hæc Parochia, uti colligitur ex veteri matricula, unita et incorporata est monasterio monialium ord. s. Benedicti in Frauen-Chiemsee, cujus Abbatissa & conventus præsentat Parochum vel Vicarium parochialem, qui nunc perpetuari solet. — Modernus Parochus seu Vicarius est R. D. Georgius Kern ex instituto clericorum in commune viventium, ao. 1721 perpetuatus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de his legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet circiter 12 flor. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 35 flor., minores ad 12 ß. dl.****), *confessionalia ad 3 flor. Panes primitiales æstimat ad 2 flor.* Adsunt etiam 4 Widumb-Güettl, von denen aber er nur aines, das Cloſter Frauen-Chiemſee die andern genüeſſet. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur melioribus annis ascendere ad 800 florenos. Condecimant in hac Parochia monasterium in Frauen-Chiemsee, Collegiata s. Andreæ in monte Frisingensi, das Stüfſt Ober-Münſter in Regensburg, Comes de Lodron in Liechten-Haag, Baro Goder in Käpfing, Baro Hörwarth in Mospurg. In veteri matricula legitur, in hoc loco etiam adfuisse Cooperatorem, qui tamen nunc non habetur. Econtra tenetur Parochus solvere monasterio in Frauen-Chiemsee annuam pensionem seu absentiam 100 florenorum (de

---

*) III. 437.

**) III. 439. — Vgl. §§. 381. 597. 690 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 76 u. 77). Die Pfarrey Buch gehört jetzt zum Decanate Landshut. D.

***) III. 440.

hac in veteri matricula*) legitur: *Item solvit dicto monasterio pro annua incorporatione seu absentia ex locatione 32 ß. dl.),* Widumb-Steur 3 fl., Jägergelt 2 fl. 55 kr. (in veteri matricula habetur: *Item Jäger-Gelt 1 ß. dl. Principi),* Stüſt 45 kr., cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 24 kr., ad seminarium episcopale 3 flor. — Domus parochialis cum pertinentiis noviter ædificata non habet defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 602 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Puech am Erlbach habet alias quatuor ecclesias filiales, nempe in Vatterstorff, Erlbach, Holzen et Freidling.

4. Ecclesia parochialis, melioris inter rurales structuræ, habet altaria quinque: *Altare majus,* dedicatum in honorem ss. Petri et Pauli Apostolorum, in quo asservatur Sanctissimum**). — *Altare B^mæ^ Virginis. — Altare B^mæ^ Virginis Oettinganæ. — Altare s. Stephani protomartyris & altare s. Sebastiani martyris.*

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis, nisi incidat festum dedicationis vel patrocinii in ecclesiis filialibus. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post nativitatem B. M. V., patrocinium autem in festum ss. Petri & Pauli Apostolorum. Item juxta acta visitalia de ao. 1706 diebus Sabbati dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. Anno 1686 cum consensu Ordinarii in hac ecclesia introducta fuit pia sodalitas sub titulo***) des Lauretaniſchen Liebs-Bundts der Mutter Gottes. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis decentibus. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Dominum hoffmarchiæ, quam possidet monasterium in Frauen-Chiemsee. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Gregorii in Vatterstorff.

5. Ecclesia hæc noviter reparata duo habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Gregorii Papæ Magni†) et altare s. Leonardi Abbatis, quod non est consecratum.

Divina hic ordinarie fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Dionysii, et in festo s. Gregorii Papæ (die 12 Mart.); item in festo s. Floriani martyris et in feria III. rogationum hæc ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia habet paramenta pauca, et nonnisi necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 908 fl. 28 kr. herausgeworffen.

---

*) III. 441. **) III. 442. ***) III. 443. †) III. 444.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Erlbach.

6. Ecclesia modicæ & reparatæ structuræ*) habet unum altare, in honorem s. Nicolai Episcopi consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Jacobi Apostoli, et in patrocinio s. Nicolai Episcopi. — Cœmeterium proprium non adest, nec sepultura. Sacristia caret paramentis, quæ ex parochiali ecclesia huc deportari solent. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et judex hoffmarchiæ, quæ pertinet ad Collegiatam ss. Martini & Castuli Landishuti. Das Vermögen iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Holzen.

7. Ecclesia hæc modicæ structuræ altare habet unum, in honorem s. Michaelis Archangeli consecratum**). — Divina hic peragi solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis, in festo patrocinii s. Michaelis et in festo s. Viti, ubi hæc ecclesia visitatur processione, et idem fit etiam in feria IV. rogationum. — Cœmeterium hic adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia habet paramenta necessaria & turris duas benedictas campanas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in der letzten Rechnung 2584 fl. 42 kr. 3½ hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Freidling.

8. Ecclesia hæc angustæ structuræ aram habet unam, in honorem s. Margaritæ virginis martyris dedicatam. — Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Ursulæ, et in festo patrocinii s. Margaritæ***) virg. mart. Acta visitalia de ao. 1706 hic notant 20 missas, a Parocho per annum celebrandas, pro quibus ab hac ecclesia recipit 10 florenos et eas libere applicat. Feria II. rogationum hæc ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium proprium cum sepulturis non adest. Sacristia tenet paramenta pauca. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 5824 fl. 56 kr. 2 hl. betroffen.

---

*) III. 445. **) III. 446. ***) III. 447.

§. 198.

Parochia s. Ruperti in Rueprechtsberg*).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Josephus Öggl, ao. 1735 investitus. Dat pro primis fructibus 35 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ veniunt ex manso, ex decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de his ita habetur: *Item in fixis redditibus ex institutione 15 flor. Item pro missis hebdomadalibus celebrandis 12 flor. 4 β. dl. etc. Item ab ecclesiis Ruprechtsberg & Samaraperg* (hodie Marienberg) *pro tentione secundi Cooperatoris etc. Item omnes decimas majores frumentorum æstimat ad 20 flor., minores ad 2 flor. etc., confessionalia ad 3 flor., panes primitiales ad 2 flor.* Adsunt etiam 4 Widumb-Güettl et Parochus censetur per totam Parochiam gaudere tertia decimarum parte, condecimantibus aliis**) colonis hujus Parochiæ. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur ascendere melioribus annis ad 700 florenos. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem. (In antiqua matricula legitur: *Item Jäger-Gelt 1 ℔. dl. Item habet duos Cooperatores, quibus dat tabulam; habet unus eorum in annuis obventionibus ad 26 flor., habitant in eorum granario in area dotis sito.)* Item solvit Parochus ad episcopale seminarium 5 florenos. — Domus parochialis structuræ cum aliis pertinentiis non est admodum commendabilis.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 661 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Rueprechtsberg habet alias sex ecclesias filiales, nempe in Marienberg, Eberspoint, Johannes-Kirchen, Kirchstetten, Martinsberg et Alten-Eberspoint.

4. Ecclesia parochialis, firmæ & antiquæ structuræ, tria habet altaria, et quartum est in capella ecclesiæ annexa***):

Altare majus est dedicatum in honorem s. Ruperti Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum.

Altare ss. 14 Auxiliatorum & altare s. Antonii Paduani.

Altare s. Michaelis Archangeli est privilegiatum feriis quintis ratione *confraternitatis* s. Michaelis, hic jam ab antiquis temporibus institutæ, a benefactoribus dotatæ & authoritate ordinaria con-

---

*) III. 449. — Vgl. §§. 394. 586. 690 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 87 — 89). Ruprechtsberg gehört jetzt zum Decanate Velden. D.

) III. 450. *) III. 451.

firmatæ, quæ regitur per proprium magistratum. In hoc altari etiam colitur particula s. Crucis.

Divina hic ordinarie fiunt in diebus dominicis alternatim cum filiali Eberspoint. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Matthæi, patrocinium vero in festo s. Ruperti. In ratiociniis etiam hujus ecclesiæ annotatur *confraternitas* fidelium defunctorum. Das Vermögen diſer Bruderſchaft betraget diſer Zeit yber 600 fl.*). — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum sepulturis & ossuario. Sacristia provisa est paramentis decentibus. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Biburg. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 1000 fl. betragen.

Ecclesia filialis $B^{mæ}$ Virginis in Marienberg.

5. Ecclesia hæc reparata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem $B^{mæ}$ Virginis, altare Jesu, Mariæ, Joseph et altare s. Annæ.

Divina hic fiunt ordinarie in festis $B^{mæ}$ Virginis, in Nativitate et Epiphania Domini. Dedicatio incidit in Dominicam**) nonam post Pentecosten. Juxta acta visitationis de ao. 1706 die Sabbati hic dicitur missa hebdomadalis. Item in hac ecclesia habetur *confraternitas* ss. Scapularis, quæ utrum authoritate ordinaria introducta fuerit, dubium est. — Cœmeterium proprium non adest, licet area ecclesiæ muro sit clausa. Sacristia tenet paramenta competentia & turris tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus electoralis in Biburg. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit yber 3000 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Eberspoint.

6. Ecclesia hæc, castro Eberspoint annexa & satis decora, altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Andreæ Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum***), et altare $B^{mæ}$ Virginis sine labe conceptæ.

Divina hic ordinarie peraguntur in festis solennioribus & in Dominicis alternative cum ecclesia parochiali; item in festis Apostolorum. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Viti, patrocinium vero in festo s. Andreæ Apostoli. — Anno 1690 in hac ecclesia authoritate ordinaria introducta & indulgentiis decorata fuit *confraternitas* seu confœderatio sub titulo Mariæ auxiliatricis ad eum modum, quo ao. 1649 in Regni Granatensis civi-

---

*) III. 452. **) III. 453. ***) III. 454.

tate Santa Fè introducta fuit, quæ tamen nunc hic loci parum floret & restauratione indigeret.

In hac ecclesia fundatum est Beneficium, de cujus tamen fundationis initio & tenore non conſtat ex actis ecclesiasticis. Ein Beneficiat hat jährlich von Pachſperg*) acht Clafter Holz und in Gelt von dem Pflegamt Eberſpoint 6 fl. 5 kr. 3 hl., item von einem Guett zu Haſenreith, Kelberſperg und Hergeding zuſammen 11 fl. 25 kr. 5 hl. einzunehmen. Item ein ganz Tagwerkh Wiſmath. Item hat er mit ſeinem Viech die Gemain-Waid zu genüeſſen nebſt zwey Thail groß und klainen Zechent bey etwelchen Güettern und in den Hof-Feldern zu Eberſpoint. Adest etiam domus habitationis Beneficiati cum horto. Integri proventus beneficiales creduntur se extendere ad 200 florenos. Beneficiatus hoc tempore in ara majori legit duas missas hebdomadales diebus Mercurii & Veneris. Jus præsentandi habet Dominus dynastiæ Eberspoint, qui est Episcopus Ratisbonensis. Modernus Beneficiatus est R. D. Josephus Öggl, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos. — Cœmeterium hic nullum adest. Sacristia habet paramenta decentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ**). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum in Eberspoint. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Johannskirchen.

7. Ecclesia hæc honestioris est structuræ. Habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis Bapt. & Evang., altare B^mæ^ Virginis & altare s. Sebast. martyris.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis & festivis, nisi dedicatio aut patrocinium in aliis filialibus incidat. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam ante festum nativitatis B^mæ^ Virginis, patrocinium autem in festis ss. Joan. Bapt. et Evang. Cœmeterium hic adest cum sepulturis et ossuario***). Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electoralis in Biburg. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit yber 400 fl. betreffen.

---

*) III. 455.

**) Zu dem Beneficium in Eberspoint, welches früher gewöhnlich dem Pfarrer in Ruprechtsberg beygelegt worden war, hat in neueſter Zeit die Trappentreuiſche Familie eine bedeutende Zuſtiftung gemacht, in Folge welcher daſſelbe jetzt wieder eigens beſetzt iſt. D.

***) III. 456. †) III. 457.

Ecclesia filialis s. Stephani in Kirchstetten.

8. Ecclesia hæc melioris ædificii habet aram unam, in honorem s. Stephani protomart. consecratam. — Divina hic fieri solent in dedicatione, Dominica ante festum s. Bartholomæi, in festo patrocinii s. Stephani, in inventione s. Stephani & in festis ss. Aegidii & Augustini. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta necessaria et in turri sunt campanæ duæ benedictæ*). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Biburg. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 800 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Martini in Martinsberg.

9. Ecclesia hæc, post longam desolationem reparata, altaria habet tria necdum consecrata: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, altare B^mæ Virginis & altare s. Francisci. —

Divina hic fieri solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam II. post festum s. Viti, in patrocinio s. Martini Episc. et in festo ss. Innocentium martyrum. — Cœmeterium non adest, nec sacristia propria. Ecclesia provisa est paramentis paucis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Curat proventus hujus ecclesiæ Parochus & Præfectus in Eberspoint. Das Vermögen iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich**).

Ecclesia filialis s. Laurentii in Alten-Eberspoint.

10. Ecclesia modicæ structuræ altare habet unum, in honorem s. Laurentii consecratum. — Divina hic solent peragi in dedicatione, quæ incidit in Dominicam quintam post Pentecosten, et in festo patrocinii s. Laurentii, nec non infra octavam Pentecostes et in festo s. Sylvestri. — Cœmeterium nullum adest, nec sacristia. Paramenta adsunt pauca. In turri adsunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho et Præfecto in Eberspoint. Das Vermögen iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

*) III. 458. **) III. 459.

§. 199.

Parochia s. Wolfgangi in Schwindtau*).

1. Hanc Parochiam ao. 1356 Albertus II. Episcopus Frisingensis accedente Reverendissimi capituli cathedralis consensu univit et incorporavit Collegiatæ s. Zenonis in Isen. Postquam autem ecclesia s. Wolfgangi in Schwindtau am Burgholz erecta fuit in Collegiatam, hæc quoque Parochia authoritate tam Pontificia quam Episcopali huic novæ Collegiatæ unita fuit & incorporata hoc modo, ut semper Decanus Collegiatæ s. Wolfgangi sit simul etiam Parochus in Schwindtau, prout pluribus videri potest ex Bulla confirmatoria sub dato 16 Calend. Julii 1737, et ex transactione inter Serenissimum Electorem Bavariæ & Ordinariatum Frisingensem de dato 31 Octobr. 1738, unde loco hujus Parochiæ supradictæ Collegiatæ s. Zenonis incorporata fuit Parochia Lengdorff**). — Modernus Decanus Collegiatæ s. Wolfgangi & Parochus in Schwindtau est R. D. Joannes Bapt. Lechner, ss. theol. Lic. Quilibet neoelectus Decanus qua Parochus solvit pro primis fructibus 40 florenos & pro juribus cancellariæ 10 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis, qui juxta acta visitalia de ao. 1706 maxime in tertia parte consistunt, et ex accidentiis stolæ. In veteri matricula de his legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 5 ℔. dl. Item ex missis hebdomadalibus 5 flor. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 70 flor. inclusis minoribus, confessionalia ad 3 flor., panes primitiales ad 3 florenos.* Integri proventus hujus Parochiæ putantur ascendere ad 800 florenos. In veteri matricula legitur: *Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam,* qui tamen Cooperator jam ante erectionem Collegiatæ s. Wolfgangi non amplius adfuit. Item in citatis actis visitalibus notatur, Parochum in Schwindtau teneri singulis angariis cantare vigilias et officium in Haag, et propterea immunem & liberum esse a steuris***). Ad seminarium episcopale de hac Parochia solvuntur 3 floreni, cathedraticum & ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 48 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis nova non patitur defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1200 numerati sunt.

---

*) III. 461. — Vgl. §§. 28. 399. 588. 690 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 106 — 109). Die Pfarrey St. Wolfgang iſt nach der Aufhebung des dortigen Collegiatſtiftes für einen Pfarrer und einen Cooperator neu dotirt worden und gehört daher jetzt zu den organiſirten Pfarrpfründen.
D.

) III. 462. *) III. 463.

3. Circa ecclesiam parochialem hic specialiter notandum est, quod in erectione collegiatæ ecclesiæ s. Wolfgangi am Burgholz titulus ecclesiæ matricis, quæ fuit antehac ecclesia s. Michaelis in Schwindtau, authoritate Pontificia fuit translatus ad præfatam ecclesiam collegiatam s. Wolfgangi, ita ut defacto ecclesia s. Michaelis prædicta habeatur pro filiali.

Ecclesia igitur collegiata & parochialis s. Wolfgangi am Burgholz præter memoratam ecclesiam s. Michaelis habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Lappach, Claus & Klain-Schwindtau.

4. Ecclesiæ parochialis s. Wolfgangi nunc*) in collegiatam elevatæ descriptio invenitur in primo volumine fol. 358 (§. 28. n. 3—8), quæ hic non repetitur.

Divina nunc in hac ecclesia collegiata præter horas canonicas cantatas peraguntur quotidie. De obligationibus Canonicorum circa legendas & applicandas missas vid. in primo volumine fol. 357 & 358. Notant acta visitalia supracitata, Parochum in Schwindtau teneri diebus Veneris ad celebrandam hic missam hebdomadalem, de qua etiam jam mentio facta est in primo volumine fol. 359 (§. 28. n. 4). Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in Dominica post festum s. Jacobi, patrocinium vero in festo s. Wolfgangi Episcopi. Dedicatio autem sacelli s. Wolfgangi, ecclesiæ majori annexi, celebratur in festo ss. Petri & Pauli. Cæteroquin in veteri matricula pariter legitur: *Item filialis ecclesia s. Wolfgangi habet duos Capellanos amovibiles, quibus ab ecclesia dantur 28 flor. cuilibet.* — Qualiter autem in sacello s. Wolfgangi fundatum sit Beneficium, nunc etiam in Canonicatum elevatum, videri quoque poterit in**) primo volumine fol. 360. (§. 28. n. 6). — Bona & proventus hujus ecclesiæ nunc sunt sub administratione capituli Collegiatæ s. Wolfgangi.

Ecclesia s. Michaelis in Schwindtau.

5. Ecclesia hæc, uti supra dictum est, matrix & parochialis erat. Est antiquæ & firmæ structuræ & habet tria altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli. In eo solet asservari Sanctissimum.

Altare Bmæ Virg. In hac ara venerationi exposita est statua Bmæ Virginis, quæ circa annum 1703 coram aliqua hominum spectantium multitudine dicitur caput inclinasse & aliquoties ad dexterum ac sinistrum latus movisse***).

Altare s. Antonii Paduani.

Divina in hac ecclesia, dum parochialis erat, fiebant omnibus diebus dominicis & festivis, nisi inciderit dedicatio aut patrocinium

*) III. 464. **) III. 465. ***) III. 466.

in filialibus; nunc etiam in prædictis diebus & festis solet dici missa matutinalis. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in ipso festo s. Michaelis. — Baptisterium hic aderat cum sacris oleis, nunc verisimiliter ad ecclesiam s. Wolfgangi translatum. Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia et in turri tres sunt campanæ benedictæ. — Proventuum cura hujus ecclesiæ nunc est penes capitulum Collegiatæ s. Wolfgangi in Schwindtau. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſoll ſich diſer Zeit gegen 800 fl. bewerffen.

Ecclesia s. Remigii in Lappach).*

6. Ecclesia hæc, firmæ & antiquæ structuræ, habet altaria tria: Altare majus, consecratum in honorem s. Remigii Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis & altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic fieri solent in festis B^mæ^ Virginis, excepto festo purificationis; item in festis Apostolorum, exceptis ss. Bartholomæi, Andreæ & Joannis Evang. Item in festo ss. Udalrici & Martini. — Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium autem in festo s. Remigii (die 1. Octobr.). — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet**) paramenta necessaria et turris duas campanas benedictas. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes capitulum Collegiatæ s. Wolfgangi. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet yber 650 fl. nit vill austreffen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Claus.

7. Ecclesia hæc melioris structuræ est, cum tribus altaribus: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, altare Epiphaniæ Domini & altare s. Magdalenæ.

Divina hic fiunt in dedicatione, Dominica post festum s. Viti, item in***) festo patrocinii s. Stephani protomart., Epiphaniæ, Magdalenæ & Catharinæ. Notant acta visitalia de ao. 1706, adesse Beneficium manuale, Parochiæ unitum, cujus obligatio sit missa hebdomadalis hic dicenda, pro qua Parochus recipiat a vitricis hujus ecclesiæ 30 florenos. — Cœmeterium proprium non adest, licet area ecclesiæ clausa sit. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Cura proventuum hujus ecclesiæ est defacto penes capitulum Collegiatæ s. Wolfgangi. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle dieſer Zeit gegen 1700 fl. betragen.

---

*) III. 467. **) III. 468. ***) III. 469.

Ecclesia filialis s. Joann. Bapt. in Klainschwindtau.

8. Ecclesia noviter reædificata, sed nondum consecrata, habet unum altare, in honorem*) s. Joannis Bapt. erectum. — Divina hic solent fieri in dedicatione, quæ alias celebrabatur in Dominica post festum s. Bartholomæi. Item in festis ss. Joannis Bapt. tanquam patroni, Joannis Evang., Andreæ, Bartholomæi, Laurentii. Item in festo s. Marci & feria IV. rogationum & feria sexta infra octavam Ascensionis hæc ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium non adest. Sacristia tenet paramenta necessaria & turris duas campanas benedictas. — Cura proventuum hujus ecclesiæ pariter nunc est penes capitulum Collegiatæ s. Wolfgangi. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 2000 fl. auswerffen.

---

§. 200.

Parochia Bmæ Virginis in Schwindtkirchen**).

1. Hanc Parochiam Conradus II. Episcopus Frisingensis ao. 1266 pleno jure donavit Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi, quod proinde præsentat Vicarium parochialem ab Episcopo hactenus semper investitum. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Joannes Georgius Paurnschneider, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de his legitur: *Item habet in fixis redditibus ex institutione 7 ß. dl. Item ex missis hebdomadalibus 4 ß. dl. Item omnes majores decimas æstimat ad 50 flor., minores 5 flor., confessionalia ad 5 flor. Panes primitiales propter pactum & ligam Hieronymi Endorffer Doctoris nullus rusticorum sibi solvit.* Condecimatores adsunt plures; Parochus tamen***) in Wamperzhaimb & Mosen recipit integras decimas, alias autem communiter tertiam earum partem. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur melioribus annis conficere posse 1000 florenos. Econtra tenetur Vicarius parochialis alere Cooperatorem, Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi solvere pensionem annuam

---

*) III. 470.

**) III. 473. — Vgl. §§. 395. 587. 690 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 89—92). D.

***) III. 474.

seu absentiam 200 florenorum (in veteri matricula legitur: *Item dicta ecclesia est incorporata capitulo ecclesiæ Frisingensis pro 24 ℔. dl.),* ad seminarium episcopale 4 flor., cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr. Loco Jäger-Gelt dicendæ sunt 4 missæ angariales in ecclesia parochiali Kirchdorff prope Haag. — Domus parochialis nova est, sicut etiam habitatio Cooperatoris, quæ posterior conservatur ab ecclesia parochiali. Horreum non patitur magnos defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1541 reperti sunt.

3. Ecclesia*) parochialis in Schwindt-Kirchen habet alias ecclesias filiales septem, nempe in Wasentegernbach, Armstorff, Mainbach, Schönbrun, Ober-Schiltern, Unter-Schiltern, Mosen & etiam capellam in castro Tegernbach.

4. Ecclesia parochialis est antiquioris, firmæ & bonæ structuræ. Altaria habet quinque: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria ss. Joannis et Pauli, s. Annæ, Bmæ Virginis auxiliatricis & fidelium defunctorum.

Acta visitalia de ao. 1706 et etiam ratiocinia in hac ecclesia denotant *confraternitatem* fidelium defunctorum bene**) divitem, quæ tamen hoc tempore ita in desuetudinem venit, ut pro defunctis nihil amplius peragatur, nisi angariatim duæ missæ, nec adsit altare privilegiatum. Administratur nunc hæc confraternitas cumulative a Vicario parochiali & Præfecto electorali in Haag. Es ſolle das Vermögen diſer Bruderſchaft gegen 20000 fl. ausmachen. — Divina hujus ecclesiæ ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Laurentii. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum sepulturis & ossuario. Sacristia decenter instructa est paramentis. In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Vicarium parochialem et Præfectum electoralem in Haag. Das aigentliche Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt wegen Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich; ſolle ſich doch gegen 2000 fl. erſtreckhen.

*Ecclesia filialis s. Joannis Evang. in Wasentegernbach***).*

5. Ecclesia hæc bonæ structuræ habet altaria duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Evang., et altare s. Barbaræ.

Divina hic fieri solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam III. post Pentecosten. Patrocinium celebratur a Beneficiato hujus loci in festo s. Joannis Evang.

Anno 1425 quatuor fratres ex nobili familia de Laimingen fun-

*) III. 475. **) III. 476. ***) III. 477.

daverunt Beneficium in arce Wasen-Tegernbach et verisimiliter etiam in hac ecclesia; sed nullum extat fundationis instrumentum vel copia in actis ecclesiasticis. Videtur, ac si duo Beneficia defacto essent unita, vi quorum Beneficiatus esset obligatus ad missam quotidianam, una die per hebdomadem excepta: ob tenuitatem tamen*) reddituum et usque dum meliorentur, sæpius et quidem novissime sub dato 24 Nov. 1734 eidem fuit concessum, ut duas missas hebdomadales pro fundatoribus applicandas in altari s. Barbaræ hujus ecclesiæ et duas in capella arcis, de qua infra, celebrare possit. Pertinet ad hoc Beneficium prædium in Edlfing (Rottmayr-Hoff), zwey Güetter zu Prottsfurth, ain Güetl zu Attendorff, ain Güetl zu Schnaupping, das Weber-Häuſl zu Waſen-Tegernbach und ain Anger alda, ain Guet zu Lohr, vier Güetter zu Helpeting, item 12 Klafter Holz aus des Stüfts Gehölz, ain Dritthail gros und kleiner Zechent aus unterſchidlichen Höfen. Adest etiam domus habitationis pro Beneficiato nunc reparata. Integri proventus beneficiales creduntur parum ascendere ultra 200 florenos. Jus patronatus defacto exercet Celsissimus Princeps & Præpositus Berchtesgadensis. Modernus Beneficiatus est R. D. Jos. Ant. Kek, ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.**).

Solet in hac ecclesia celebrari solenne anniversarium pro familia Laiminger. — Cœmeterium & sepulturæ non adsunt. Sacristia habet competentia paramenta. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Dominum in Wasen-Tegernbach, qui est Celsissimus Princeps & Præpositus in Berchtesgaden. Das Vermögeu dieſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Capella filialis s. Georgii in arce Tegernbach.

6. Ad pedem arcis Tegernbach situm est sacellum commodum cum uno altari, in honorem s. Georgii martyris consecrato. — Dedicatio hujus capellæ celebratur in Dominica post festum s. Georgii martyris, patrocinium autem in ipso festo s. Georgii***). — Cæteroquin juxta superius dicta Beneficiatus in Wasen-Tegernbach tenetur in hac capella celebrare pro fundatoribus duas missas heb-

---

*) III. 478.

**) III. 479. — Das Beneficium zu Waſentegernbach wurde zur Zeit der Säculariſation irrig als eine dem Stifte Berchtesgaden incorporirte Pfründe betrachtet und dem zu Folge der Stiftungsfond desſelben inkamerirt. Dasſelbe tritt jedoch jetzt wieder in das Leben, da das k. Staatsärar ein jährliches ſtändiges Reichniß von 300 fl. an den die Stiftungsobliegenheiten erfüllenden Prieſter übernommen hat. D.

***) III. 480.

domadales. Sacristia decentibus paramentis instructa est. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Capella conservatur ab altefato Principe & Præposito Berchtesgadensi, utpote castri hujus Domino.

Ecclesia filialis s. Laurentii in Armstorff.

7. Ecclesia hæc ruinosa unum habet altare, in honorem s. Laurentii consecratum. Divina hic solent peragi in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post diem 1 Januarii, et in festo s. Laurentii martyris tanquam patroni; item in festis præsentationis B^mæ^ Virginis, ss. Josephi, Bennonis, Magdalenæ, Michaelis, Corbiniani et Nicolai Episcopi. Item hic dicitur*) missa hebdomadalis. — Cœmeterium non adest. Sacristia pro necessitate instructa est paramentis. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Dominum arcis Armstorff, qui defacto est Dominus Comes Morawyski. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt wegen Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Crucis in Mainbach.

8. Ecclesia hæc bonæ structuræ unum altare habet, in honorem s. Crucis consecratum. — Divina peraguntur in dedicatione (Dominica IV. post Pentecosten), item in festo inventionis s. Crucis. In festo s. Marci hæc ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta pro necessitate**) et turris campanas benedictas duas. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Præfectum electoralem in Haag. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle gegen 3000 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Zenonis in Schœnbrun.

9. Ecclesia hæc bonæ & pulchræ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Zenonis martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virg. & altare ss. 14. Auxiliatorum.

Divina hic ordinarie peragi solent in Dominicis alternative cum filiali Mosen. Item in omnibus festis Domini et B^mæ^ Virginis, excepto festo præsentationis. Item in cœna Domini & in festis Apostolorum. Dedicatio***) celebratur in Dominica ante festum nativitatis B^mæ^ Virginis. Patrocinium, etsi ecclesia in honorem s. Zenonis, cujus dies festus incidit in diem 12 Aprilis, dedicata sit, nihilominus celebratur in festo immaculatæ conceptionis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis, et lapis sepulchralis in medio chori indicat sepulturam Nobilium de Schönbrun. Sacristia competentia habet paramenta. — In turri sunt duæ campanæ

*) III. 481. **) III. 482. ***) III. 483.

benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Dominum hoffmarchiæ Schœnbrun, qui defacto est Baro de Widmann. Das Vermögen diſes Gottshauſes wird diſer Zeit gegen 600 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Colomani in Ober-Schiltern.

10. Ecclesia hæc modicæ et bonæ structuræ altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Colomani martyris*), et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica ante festum s. Laurentii) et in festo s. Colomani. Item a festo s. Georgii usque ad festum s. Bartholomæi pro conservandis frugibus hic celebratur missa hebdomadalis, pro qua dantur 5 floreni. — Cœmeterium non adest. Sacristia tenet paramenta pauca et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Haag. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 3400 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Castuli in Unter-Schiltern.

11. Ecclesia modicæ et bonæ structuræ habet altare unum, in honorem s. Castuli martyris dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica post festum omnium Sanctorum) et in festo s. Castuli (die 24. Mart.) — Cœmeterium**) non adest. Sacristia habet pauca paramenta et turris campanas duas benedictas. — Proventuum cura eadem est, quæ in Ober-Schiltern. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 4000 fl. betreffen. Traditio est, hic loci contigisse miraculum in translatione ossium s. Castuli martyris, quod nempe panis denegatus vectoribus sacræ sarcinæ (corporis nempe præfati martyris) versus sit in lapidem.

Ecclesia filialis s. Catharinæ in Mosen.

12. Ecclesia reparata duo habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Catharinæ virginis martyris***), et altare s. Joan. Bapt.

Divina hic ordinarie fiunt alternative diebus dominicis cum filiali Schoenbrun. Dedicatio celebratur Dominica post festum nativitatis B^mæ^ Virginis, patrocinium in festo s. Catharinæ virg. martyris. — Cœmeterium proprium non adest. Sacristia instructa est paramentis sufficientibus. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Do-

---

*) III. 484. **) III. 485. ***) III. 486.

mini hoffmarchialis in Mosen, qui defacto est Dominus Comes Morawyski. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

§. 201.

Parochia ss. Joann. Bapt. et Evangelistæ in Stainkirchen*).

1. Anno 1374 Gregorius Papa XI hanc Parochiam univit et incorporavit Præposituræ ecclesiæ cathedralis Frisingensis, ita tamen, ut Præpositus teneatur ad continuam et personalem residentiam in ecclesia cathedrali faciendam. Proinde Reverendissimus Præpositus cathedralis Episcopo præsentat Vicarium perpetuum, ad curam approbandum et admittendum. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Matthæus Hofmayr ex instituto clericorum in commune viventium, ao. 1737 admissus.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de his ita legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet circiter 32 ℔ dl. Item de missis hebdomadalibus 16 ℔ dl. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 50 flor., minores ad 5 flor.***). *Confessionalia pro parte sua æstimat ad 6 flor., item panes primitiales ad 10 flor. Item dicta ecclesia est incorporata Præposituræ Frisingensi pro 30 ℔ dl.* Vicarius parochialis per totam Parochiam communiter gaudet tertia parte decimarum. Adsunt etiam 13 Widumb-Güettl, ad fructus hujus Parochiæ pertinentes. Condecimatores tamen adsunt plures. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur melioribus annis facile ascendere posse ad 1800 florenos. Econtra tenetur Vicarius parochialis alere duos Cooperatores et Reverendissimo Domino Præposito cathedrali Frisingensi nunc præstare annuam absentiam 400 florenorum, nec non solvere Widumb-Steur 17 fl. 58 kr., Jäger-Gelt 1 fl. 42 kr. 2 dl., cathedraticum 24 kr., ad fabricam cathedralis ecclesiæ frising. 24 kr., ad seminarium episcopale 6 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis multum quidem reparata adhuc indiget reparari, sicut et habitatio Cooperatorum.

Communicantes***) hujus Parochiæ novissime 1639 reperti sunt.

---

*) III. 489. — Vgl. §§. 395. 596. 690 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 92 — 95). Die Pfarrey Steinkirchen (an der Vils) gehört jetzt zum Decanate Velden. Sie iſt mit der erſt in neuerer Zeit durch die Vereinigung der Pfarreyen Piſchelsdorf (§. 272) und Lampertshauſen (§. 280) gebildeten Pfarrey Steinkirchen an der Ilm (im jetzigen Decanate Scheyern) nicht zu verwechſeln. D.

*) III. 490. **) III. 491.

3. Ecclesia parochialis in Stainkirchen habet alias septem ecclesias filiales, nempe in Hoffstäring, Ebering, Kirchberg, Schreding, Hochen-Polding, Nieder-Straubing et Amelgering. Item in arce Pürkha est capella benedicta, non consecrata.

4. Ecclesia parochialis inter rurales est primæ notæ et habet tria altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem ss. Joannis Bapt. et Evang. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis. — *Altare* $B^{mæ}$ *Virginis.* — *Altare s. Sebastiani martyris* est privilegiatum singulis feriis secundis pro defunctis ex *confraternitate* s. Sebastiani hic instituta, quæ regitur per proprium magistratum *).

Divina in hac ecclesia ordinarie peraguntur in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo ss. Joannis Bapt. et Evang. Item diebus Sabbati hic dicitur missa hebdomadalis. Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Videntur in hac ecclesia sepulturæ Dominorum Baronum de Lampfrizheimb. Sacristia decenter instructa est paramentis. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem et Præfectum electoralem in Arding. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt in letzter Rechnung in 954 fl. 51 kr. 4½ hl. beſtandten.

Ecclesia filialis s. Floriani in Hoffstæring.

5. Ecclesia hæc parvæ structuræ tria continet altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Floriani martyris, altare ss. 14 Auxiliatorum et altare ss. septem Refugiorum.

Divina fiunt hic in dedicatione, Dominica II. post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo s. Floriani martyris (die 4. Maji). Item hic singulis 14 diebus dicitur missa. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet necessaria paramenta. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Curam proventuum hujus ecclesiæ gerunt Vicarius parochialis et Dominus hoffmarchiæ Hoffstäring, qui defacto est Dominus Baro de Neuen-Fraunhoffen. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich ***).

Ecclesia filialis s. Stephani in Ebering.

6. Ecclesia modicæ structuræ habet tria altaria: Altare majus,

---

*) III. 492. **) III. 493. ***) III. 494.

dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, altare Bmæ Virginis et altare s. Laurentii martyris.

Divina hic peraguntur in dedicatione (Dominica post festum exaltationis s. Crucis); item in festis s. Laurentii et Innocentium martyrum et feria II. Paschatis. Patrocinium celebratur in festo s. Stephani protomartyris. Item intra 14 dies solet hic dici missa hebdomadalis. — Cœmeterium proprium et sepulturæ hic non sunt, neque propria sacristia. Paramenta aliqua hic asservantur. In turri sunt campanæ duæ benedictæ*). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii et Præfecti electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt in letzter Rechnung in 1720 fl. 46 kr. 6½ hl. beſtandten.

Ecclesia filialis s. Petri in Kirchberg.

7. Ecclesia noviter reædificata habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Petri Apostoli, in quo Sanctissimum asservatur, altare Bmæ Virginis et altare s. Georgii martyris.

Divina hic ordinarie fiunt in Dominicis alternando cum ecclesia filiali Schreding. Item in feria III. Paschatis et fer. II. Pentecostes et in festis Apostolorum. Dedicatio incidit in Dominicam III. post festum s. Michaelis, patrocinium vero ad festum s. Petri et Pauli**). — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia competenter provisa est paramentis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 1151 fl. 21 kr. 3 hl. beworffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Schreding.

8. Ecclesia pulchre renovata cum tribus altaribus: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum. — *Altare ss. Blasii et Corbiniani.* — *Altare s. Sylvestri.*

Divina hic ordinarie peraguntur***) alternando in Dominicis cum filiali Kirchberg. Item in festis Bmæ Virginis et ss. Josephi, Corbiniani, Blasii, Sylvestri et Magdalenæ. Dedicatio incidit in Dominicam II. post festum s. Bartholomæi. Patrocinium celebratur in festo s. Nicolai Episcopi. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia et turris campanas duas benedictas. — Proventuum hujus ecclesiæ curam gerunt Vicarius parochialis et Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 2042 fl. 23 kr. 4 hl. betroffen.

---

*) III. 495. **) III. 496. ***) III. 497.

Ecclesia filialis $B^{mæ}$ Virginis in Hochenpolding.

9. Ecclesia inter rurales melioris structuræ habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem $B^{mæ}$ Virginis*), in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Catharinæ virginis martyris et altare s. Martini Episcopi.

Divina hic fiunt ordinarie singulis Dominicis et diebus festivis, nisi in alia filiali incidat dedicatio. Item diebus Sabbati dicitur hic missa hebdomadalis, et angarialis diebus Veneris. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi. — Cœmeterium cum ossuario et sepulturis hic habetur. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis et Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt in letzter Rechnung auf 12120 fl. erfunden worden.

In capella ossuaria hujus ecclesiæ et ejus altari erecta antiquitus fuit *confraternitas* fidelium defunctorum, archiconfraternitati Monacensi in**) Altenhoff aggregata et dotata, quæ tamen hodie non floret, cumulative vero ejus proventus sicut ipsius ecclesiæ administrantur. Das Vermögen diſer Bruderſchaft hat ſich in letzter Rechnung auf 143 fl. 41 kr. 6½ hl. gezeiget.

Ecclesia filialis s. Martini in Niderstraubing.

10. Ecclesia hæc veteris structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, altare s. Leonardi Abbatis et altare s. Antonii Paduani.

Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica ante festum s. Michaelis) et in patrocinio s. Martini Episcopi; item in festis ss. Leonardi, Antonii de Padua, Innocentium martyrum. Item singulis 14 diebus dicitur hic missa hebdomadalis***). — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis, inter quas in hac ecclesia etiam conspiciuntur sepulturæ Dominorum de Pfetten. Sacristia habet decentia paramenta et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis et Dominus hujus hoffmarchiæ, qui defacto est conventus P. P. Dominicanorum Landishuti. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt nit wüßlich aus Abgang der Rechnungs-Extracten.

Ecclesia filialis s. Lamberti in Amelgering.

11. Ecclesia modica renovata habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Lamberti Episc. martyris, altare $B^{mæ}$ Virginis et altare ss. Joannis et Pauli martyrum.

*) III. 498. **) III. 499. ***) III. 500.

Divina*) fiunt hic in dedicatione (Dominica ante festum s. Mariæ Magdalenæ) et in festo s. Magdalenæ ac ss. Joannis et Pauli martyrum, ubi hæc ecclesia visitatur processione. Patronus hujus ecclesiæ est s. Lambertus Episcopus martyr. Item singulis 14 diebus dicitur hic missa hebdomadalis. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria et turris benedictas campanas duas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis et Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 748 fl. 50 kr. ½ hl. entworffen.

Capella ss. septem Refugiorum in arce Pürckha.

12. In arce Pürckha adest capella cum uno altari, in honorem ss. septem Refugiorum erecto, benedicta, sed necdum consecrata, in qua de licentia Episcopi an gemainen Sonn- und Feyrtagen potest celebrari sacrificium missæ**).

---

§. 202.

Parochia s. Pauli in Tauffkirchen***).

1. Hæc Parochia, uti ex libris investiturarum satis colligitur, est de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense. — Modernus Parochus est R. D. Franc. Sigism. Daexner, ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 60 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de his legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 13 flor. Item in anniversariis et missis hebdomadalibus 22 flor. Confessionalia ad 3 flor., panes primitiales ad 4 flor.* Adsunt etiam 10 Widumb-Güetl und in Schrällhaimb eine verſchaffte Gült zu 3 β dl. In decimis colligit Parochus potissimum tertiam, alicubi etiam duas tertias, et subinde etiam integras decimas. Condecimant autem hoffmarchiales Domini in Tauff-Kir-

---

*) III. 501.

**) Das in Folge letztwilliger Anordnung des Pfarrers Fidel Seiz zu Merching vom 10. Apr. 1765 nach Hochzoll bey Friedberg geſtiftete, im J. 1799 nach Birka verlegte und am 27. Sept. 1800 oberhirtlich confirmirte Beneficium (Freyherrlich von Aretiniſchen Patronates) iſt ſeit dem Jahre 1826 mit der Pfarrey Zweykirchen (§. 146) im Decanate Landshut vereiniget. D.

***) III. 503. — Vgl. §§. 396. 590. 690 u. die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 95 und 96). D.

chen et Khalling, item Dominus in Neuen-Fraunhoven*) et plures alii condecimatores. Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis creduntur ascendere posse ad 1200 florenos. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem et solvere Widumb-Steur 5 fl. 22 kr. 4 hl., Vogtey Domino hoffmarchiæ Tauff-Kirchen 4 Schäffel 5 Metzen Korn und 5 Schäffel 2½ Metzen Haabern. Item Domino in Tauff-Kirchen 2 fl. 17 kr., ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 24 kr. In veteri matricula inter alia legitur: *Item Vogtei Comiti ex Haag circiter 12 flor.*, de quo tamen onere nihil amplius præstatur. — Domus parochialis cum pertinentiis nunc sub reparatione est.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1040 fuerunt numerati.

3. Ecclesia parochialis in Tauff-Kirchen habet alias septem ecclesias filiales, nempe in Wimpassing, Adlberg, Jning, Pierbach, Ottering, Tegernbach et**) Praithen-Weyern. Adest etiam capella in arce Tauffkirchen non consecrata.

4. Ecclesia parochialis est antiquæ et inter rurales partim melioris structuræ cum magna cuppa. Altaria adsunt tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Pauli Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis. — *Altare Bmæ Virginis.* — *Altare s. Francisci Seraphici.* Confraternitas hic ao. 1712 ab excellentissimo Domino Barone de Puech (tunc Domino hoffmarchiali hujus loci) piæ memoriæ fundata et authoritate episcopali confirmata habetur, ratione cujus altare s. Francisci feriis secundis privilegiatum est. Ipsa autem confraternitas administratur a Parocho et Domino hoffmarchiali. Das Vermögen diser Bruederſchaft hat in letzter Rechnung 1156 fl. 10 kr. 1½ hl. betragen***).

Res divina hic peragitur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum assumptionis Bmæ Virginis, et in festis ss. Joannis et Pauli, Sebastiani, Antonii Abbatis et infra octavam fidelium defunctorum. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta exigua et vilia. In turri pendent campanæ duæ benedictæ***). — Proventuum cura est eadem, quæ aliarum ecclesiarum filialium hujus Parochiæ. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit yber 300 fl. nit betreffen.

---

§. 208.

Parochia s. Jacobi Apostoli in Dachau†).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis et de præsentatione Serenissimi Electoris Ba-

---

*) III. 591. **) III. 592. ***) III. 593.

†) III. 595. — Vgl. §§. 382. 510. 685, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 62); Weſtenrieder's ſtatiſtiſche Beſchreibung des Churfürſtlichen Landgerichts

variæ. Modernus Parochus est R. D. Joannes Michael Ambacher, ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur potissimum ex agris dotalibus, decimis majoribus et minoribus et stolæ accidentiis. In veteri matricula inter proventus parochiales legitur: *Item in firmis redditibus ex prædiolo dotali habet 6 β dl. Item ex missa una hebdomadali 12 β dl. etc. Item ex confessionalibus circiter 4 flor. Item panes primitiales valoris 2 flor.* Parochus cæteroquin habet unam partem decimarum in Dachau et in Etzenhausen; in Prittlbach autem a*) potiori gaudet integris decimis. Porro redditus parochiales communibus annis creduntur 600 florenos posse attingere. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem et insuper propter frequentes conciones et audiendas confessiones continuus sacerdos supernumerarius hic est sustentandus. Condecimatores adsunt plures; et quidem duas partes fructuum decimalium in Dachau et Etzenhausen colligit hospitale s. Spiritus Monachii. Item Parochus in Mitterndorff ex agris oppido Dachaviensi confinibus recipit notabilem decimarum partem. In filiali ecclesia Gobbertshoffen condecimat etiam Dominus hoffmarchialis in Pellhaim et in Prittelbach vidua quædam rustica Pentenriederin. Præterea tenetur Parochus solvere cathedraticum et ad fabricam ecclesiæ cathedr. 12 kr., Jäger-Gelt 2 fl., Vogtey ad monasterium Inderſtorf 1 fl. 8 kr. 2 dl. und zwey Schäffel Korn, ad seminarium**) episcopale 3 fl. — Domus parochialis noviter exstructa non patitur defectum.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1155 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Dachau habet alias tres filiales ecclesias, nempe in Prittelbach, Etzenhausen et Gobbertshoffen. Item quatuor capellas, nempe s. Nicolai in arce electorali Dachaviensi, sacellum s. Sepulchri prope ecclesiam parochialem, s. Crucis in cœmeterio extra portam, B^{mæ} Virginis Oettinganæ ad ingressum oppidi.

4. Ecclesia parochialis in Dachau valde decora altaria habet octo:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Jacobi Apostoli. In

Dachau, München 1792. 8. (auch abgedruckt in dem vierten Bande ſeiner Beyträge zur vaterländiſchen Hiſtorie und Geographie S. 245 — 425); Frz. Dion. Reithofers chronologiſche Geſchichte von Dachau. München 1816. 8; Hazzi's ſtatiſtiſche Aufſchlüße über Bayern (III. Bd. S. 78 — 151); Joh. Nep. Buchinger's geſchichtliche Nachrichten über die ehemalige Grafſchaft und das Landgericht Dachau (abgedruckt im VI. u. VII. Bande des oberbayer. Archivs für vaterländ. Geſchichte); Joſ. v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkreis (III. Bd. S. 365. ff.). D.

*) III. 596. **) III. 597.

eo asservatur Sanctissimum. Idem altare est privilegiatum feria quarta cujuslibet hebdomadæ*) ratione *confraternitatis* perpetuæ adorationis ss. Sacramenti, quæ administratur a Parocho. Non minus eadem ara est privilegiata feriis sextis propter confraternitatem s. Georgii martyris authoritate ordinaria hic institutam, quæ regitur per proprium magistratum.

Altaria s. Sebastiani martyris, s. Leonardi Abbatis et B^{mæ} Virginis auxiliatricis.

Altare B^{mæ} Virginis in Rosario. Hoc altare est privilegiatum diebus Lunæ pro confraternitate ss. Rosarii, hic jam ante sæculum instituta, quæ regitur per proprium magistratum.

*Altaria s. Josephi et s. Franc. Xaverii***) et *altare tertium B^{mæ} Virginis.*

5. Anno 1408 magistratus et cives Dachavienses, cum consensu Danielis Astaller Parochi, ad altare B^{mæ} Virginis fundaverunt variis censibus ex bonis in oppido Dachaviensi et extra sitis Beneficium primae missae perpetuæ et quotidianæ (una die per hebdomadem excepta). Proventus hujus Beneficii se extendunt secundum acta visitalia ad 156 florenos. Tenetur Primissarius celebrare quotidie, excepta una per hebdomadem die, sed non solet applicare pro fundatoribus nisi in festis solennioribus, uti habetur ex iisdem actis de ao. 1705. Jus patronatus habet magistratus civicus. — Modernus Beneficiatus est R. D. Casparus Pek, ao. 1702 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.

6. Anno 1714 Beneficium, ex***) ultima dispositione R. D. Michaelis Mörz, Parochi in Haimbhausen, ad ecclesiam s. Spiritus Monachii fundatum, authoritate ordinaria in hanc ecclesiam parochialem translatum fuit. Fundus consistit in summis capitalibus 2548 florenorum, de quorum annuo censu satisfit Beneficiato, ecclesiæ ejusque ministris. Beneficiatus tenetur Parocho juxta exigentiam in cura et functionibus parochialibus assistere, Parochus autem eidem recognitionem præbere. Jus præsentandi competit capitulo rurali Dachaviensi, ita tamen, daß daſſelbe auf einen aus des Stüfters Bluts=Befreunden usque ad quartum gradum inclusive vor anderen reflectiren ſolle; im Abgang deſſen aber alsdann ein anderer frommer Prieſter, oder der etwan lange Jahr in vinea Domini euffrig gedient, præsentieret werde. — Modernus Beneficiatus est R. D. Josephus Pallauf, ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.†).

---

*) III. 598. **) III. 599. ***) III. 600. †) III. 601.

7. Anno 1730 ex pia dispositione R. D. Antonii Metzger, Decani ruralis et Parochi in Dachau, erectum fuit in hac ecclesia Beneficium trium missarum hebdomadalium. Fundus consistit in summis capitalibus 4500 florenorum, ad quas ad similem intentionem in suo ultimo elogio 800 florenos contulit R. D. Ferdinandus Zeller, ss. theol. Doctor, Consiliarius ecclesiasticus Frisingensis actualis et insignis ecclesiæ collegiatæ s. Andreæ Frisingæ Decanus. Beneficiatus, qui tenetur etiam ad curam exercendam pro libitu Parochi, ex annuo censu recipit annuatim 200 florenos; ex residuo satisfit ecclesiæ et ejus ministris. Unam missam debet Beneficiatus applicare ad intentionem prædicti Domini Decani, duas autem reliquas ad intentionem Domini Metzger. Confirmationem impertivit Joannes Theodorus Episcopus Frisingensis. Jus patronatus est penes Parochum Dachaviensem, qui tamen debet præsentare filium*) sororum fundatoris Antonii Metzger; his autem deficientibus hoc Beneficium transferetur ad Parochum Dachaviensem, qui tamen etiam petere tenetur investituram ad hoc Beneficium. — Modernus Beneficiatus est R. D. Franciscus Ferdinandus Effener, ao. 1733 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos.

8. Præterea in hac parochiali ecclesia sunt duæ aliæ *confraternitates*, nempe sub titulo Mariæ auxiliatricis et sine labe conceptæ, antiquitus erectæ, quæ diriguntur a Parocho. Item in hac parochiali ecclesia coluntur variæ reliquiæ, nempe duæ particulæ s. Crucis, corpora s. Sigismundi martyris et s. Ernesti martyris sub proprio nomine; item duo crania ss. Modestini et Constantiæ martyrum; item particula de ossibus s. Jacobi Apostoli et s. Francisci Xaverii. — Divina fiunt in hac ecclesia singulis*) diebus dominicis et festivis, et alias quotidie celebrantur hic missæ. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Jacobi; patrocinium vero celebratur in festo s. Jacobi majoris Apostoli. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis decoris. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et magistratum civicum hujus oppidi. Das eigentliche Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wiſslich, wird ſich aber yber 1500 fl. nit vil erſtreckhen.

Capella s. Nicolai Episcopi in arce electorali Dachaviensi.

9. In hac capella, in arce electorali sita et antiquis picturis ornata, unum est***) altare, in honorem s. Nicolai Episcopi dedicatum. Dedicatio hujus capellæ celebratur in Dominica Lætare,

*) III. 602. **) III. 603. ***) III. 604.

patrocinium vero in festo s. Nicolai Episcopi. Præsente Serenissima electorali familia solet etiam in hac capella asservari Sanctissimum ex concessione episcopali de dato 2 Nov. 1719.

Capella s. Crucis in cœmeterio extra portam Dachaviensem.

10. In hac capella, in communi cœmeterio sita, adest unum altare sub titulo s. Crucis. Res divina hic solet peragi in dedicatione, quæ incidit in Dominicam II. post festum s. Jacobi, et in festo exaltationis s. Crucis. Item hic a Parocho dicitur missa hebdomadalis, pro qua accipit ex bonis ecclesiæ 20 florenos, uti testantur acta visitalia de ao. 1705. Sacristia quidem adest, sed paramenta sumuntur ex parochiali ecclesia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ*). Ratiocinia hujus capellæ fiunt coram magistratu civico hujus oppidi.

Capella Bmæ Virginis Oettinganæ, ad ingressum oppidi sita.

11. In hac capella adest unum altare, in honorem Bmæ Virginis Oettinganæ dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione capellæ, quæ incidit in Dominicam tertiam post festum s. Jacobi.

Capella s. Sepulchri in cœmeterio parochialis ecclesiæ.

12. Hanc capellam juxta ecclesiam parochialem erexit et dotavit Michael Pröls, cives et mercator Dachaviensis, ad imitationem ecclesiæ s. Sepulchri Christi Romæ. In ejus altari præsentatur assumptio Bmæ Virginis, quo festo cantatur hic missa solennis; capella autem ipsa cum hoc altari nondum est consecrata.

*Capella s. Joannis Nepomuceni extra oppidum**).*

13. Hanc capellam ao. 1732 in honorem s. Joannis Nepomuceni erexit Wilibaldus Schmetterer, civis et praxator Dachaviensis, eamque dotavit, non tamen est consecrata, neque in ea celebratur.

Ecclesia filialis s. Castuli martyris in Prittelbach.

14. Ecclesiæ hujus structura inter rurales est communis notæ. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Castuli martyris, in quo asservatur Sanctissimum et oleum infirmorum; altare Bmæ Virginis assumptæ et altare s. Mariæ Magdalenæ.

Divina hic peraguntur singulis diebus dominicis ac festivis***) per Cooperatorem Dachaviensem. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Joannis Baptistæ, patrocinium vero in festo s. Castuli martyris. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campa-

*) III. 605. **) III. 606. ***) III. 607.

næ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem Dachaviensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle der Zeit ſich gegen 1000 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Laurentii in Etzenhausen.

15. Hæc ecclesia est inter rurales melioris structuræ. Adsunt altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Laurentii martyris, altare Bmæ Virginis sine labe conceptæ et altare s. Catharinæ.

Res divina hic extra missas votivas raro*) peragitur. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Matthæi, patrocinium vero in festo s. Laurentii. Item hic divina fiunt in festo s. Catharinæ et in festo s. Marci, ubi processione visitatur. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum loci et Præfectum Dachaviensem. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 1500 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Gobbertshoffen.

16. Ecclesiae hujus fabrica est vilioris notæ. Adsunt altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi**), altare Bmæ Virginis sine labe conceptæ et altare s. Franc. Xaverii.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam II. post festum s. Matthæi, item in festo patrocinii s. Nicolai Episcopi, immaculatæ conceptionis, s. Josephi et ss. Innocentium martyrum. — Cœmeterium hic nullum est. Sacristia tenet paramenta pauca et necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum loci et Præfectum electoralem Dachaviensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wird diſer Zeit kaum 150 fl. ybertreffen.

Capella Christi crucifixi extra oppidum Dachaviense auf denen sogenannten Polln.

17. R. D. Casparus Pek, Beneficiatus***) Primissarius, exstruxit in prædicto loco capellam cum altari Christi crucifixi. Dicuntur in ea missæ super altari portatili, quia ipsa capella necdum est consecrata.

---

*) III. 608. **) III. 609. ***) III. 610.

§. 209.

Parochia s. Nicolai in Haimbhausen*).

1. Hæc Parochia est de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense. Reperitur nota ad veterem matriculam, vi cujus ao. 1485 inter Serenissimos Duces Bavariæ Sigismundum & Albertum, et Sixtum Episcopum Frisingensem facta fuit permutatio juris patronatus, quod Episcopi Frisingenses habuerunt ad Parochiam in Mainburg Diœcesis Ratisbonensis **) cum libera collatione hujus Parochiæ in Haimbhausen. — Modernus Parochus est R. D. Josephus Ruechlinger, ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 25 florenos.

2. Proventus parochiales consistunt in manso parochiali, decimis majoribus & minoribus ac stola. In veteri matricula etiam legitur: *Item in fixis redditibus ex institutionibus 3. lib. den. Item oblationes***), panes primitiales, confessionalia & stolam æstimat ad 20 florenos.* Adsunt etiam zwey Widen-Güettl, aines zu Herenzhauſen, das andere zu Neebach. Parochus integris gaudet decimis in Inhausen & Ottershausen, tertia vero parte in Haimbhausen, Herenzhausen & Neebach. In Haimbhausen condecimat illustrissimus Dominus Comes ibidem. In Herenzhausen condecimat Reverendissimum capitulum ecclesiæ cathedralis et in Neebach condecimant Domicellæ anglicanæ Monachii. — Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis censentur ascendere posse ad 1200 florenos. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem et præstare annuatim Widumb-Steur 2 fl. 22 kr., Vogtey dem Herrn Grafen zu Haimbhauſen 1 fl. 18 kr., Jäger-Gelt nach Dachau 2 fl., ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum & ad fabricam ecclesiæ cathedr. 12 kr. — Domus parochialis bonæ & recentioris formæ cum pertinentiis non patitur notabilem defectum†).

Communicantes hujus Parochiæ novissime 580 sunt inventi.

3. Ecclesia parochialis in Haimbhausen habet quatuor eccle-

*) III. 611. — Vgl. §§. 386. 518. 685, die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 63 u. 64), Weſtenrieders Beſchreibung des Landgerichts Dachau (S. 61 — 63, oder deſſen Beyträge, Bd. IV. S. 301 — 303) und Buchingers geſchichtliche Nachrichten ꝛc. (im oberbayerſchen Archive, Bd. VI. S. 345 — 349 u. 364).

**) Das Präſentationsrecht auf die Pfarrey Mainburg hatte der Biſchof von Freyſing i. J. 1478 durch die Ueberlaſſung der Stadtpfarrey St. Peter zu München in das landesherrliche Patronat erworben. Vid. Mon. boica (Vol. XX. p. 653 — 655). D.

***) III. 612. †) III. 613.

sias filiales, nempe in Inhausen, Ottershausen, Gross-Neebach et Hörenzhausen*). Item capellam in arce Haimbhausen et capellam Bmæ Virginis in sylva Braidtholz bey dem Pründl.

4. Ecclesia parochialis in Haimbhausen inter rurales elegantioris formæ est. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare Matris dolorosæ & altare s. Georgii martyris.

Divina hic fiunt omnibus diebus dominicis & festivis, exceptis Bmæ Virginis & dedicationibus ac patrociniis ecclesiarum filialium. Diebus Veneris**) celebratur missa hebdomadalis per Cooperatorem. Dedicatio hujus ecclesiæ peragitur in Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Nicolai Episcopi. *Confraternitas* corporis Christi antiquitus erecta defectu mediorum sustentatur nunc potissimum sumptibus propriis moderni Parochi. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis copiosis et valde decentibus. In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. In hac ecclesia sepulturam suam habent illustres fœminæ ex familia Dominorum de Haimbhausen. Mares ejusdem familiæ sepeliuntur in Inhausen. — Ecclesiæ proventus sunt sub cura Parochi et Domini Comitis in Haimbhausen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet ſich der Zeit yber 600 fl. nit erſtreckhen.

*Capella in arce Haimbhausen***).*

5. Hæc capella insigniter decora, noviter ampliata, necdum consecrata est. Sunt in ea duo altaria, unum Christi flagellati, alterum s. Joannis Nepomuceni martyris. In priori asservatur Sanctissimum. — Habentur etiam in eadem capella tres *confraternitates*, nempe Jesu, Mariæ, Joseph, sacri scapularis & fidelium defunctorum. Administrantur sine proprio magistratu a Parocho & Domino Comite in Haimbhausen. — Divina hic fiunt per Capellanum arcis celebrando missam ex obligatione singulis diebus dominicis ac festivis & in die infra quamlibet hebdomadem, qui Capellanus recipit suum salarium a Domino Comite in Haimbhausen. Adest etiam sacristia instructa paramentis valde decentibus. Habentur etiam hic duæ campanæ benedictæ †).

Capella Bmæ Virginis in Braidt-Holz bey dem Pründl.

6. Hæc capella ao. 1734, destructa prius ædicula lignea, ubi imago Bmæ Virginis multis & insignibus beneficiis clara venerationi prostabat, præprimis ex liberalitate illustrissimi Domini Comitis

---

*) Jetzt gehört zu Haimhauſen auch Amperpettenbach, früher eine Filiale der Pfarrey Kollbach (Vgl. §. 215. n. 6).

) III. 614. *) III. 615. †) III. 616.

Caroli de Haimbhausen aliorumque piis oblationibus ad ejusdem B^mæ^ Virginis honorem a fundamento ex lateribus erecta & authoritate episcopali benedicta fuit, ubi de licentia Ordinarii super ara mobili celebrantur plurimæ missæ votivæ ipsaque B^ma^ Virgo in eadem capella frequentissime colitur.

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis in Inhausen.

7. Hæc ecclesia est veteris, insignis tamen inter rurales ecclesias structuræ. Adsunt tria altaria*):

Altare majus est dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis. Ad idem altare ao. 1457 Serenissimus Dux Bavariæ Albertus Sapiens cum consensu Joannis IV. Episcopi Frisingensis erexit Beneficium missæ quotidianæ, excepto per quamlibet hebdomadem uno die. Pro fundo dabantur der Sedlhoff und 3 Lechen zu Stainkirchen, ein Güetl zu Hetzenhauſen, ein Zechent zu Milmertshoffen in Vier-Kirchner-Pfarr, ein Hoff zu Geirſpach, Pfaffenhofner-Gerichts, et alii census ex variis fundis. Integri proventus beneficiales ascendere creduntur ad 150 florenos, pro quibus defacto legit & ad intentionem fundatorum applicat duas missas hebdomadales. Diebus dominicis ac festivis Beneficiatus legit missam matutinalem cum libera applicatione, pro qua ex bonis hujus ecclesiæ recipit additionem 24 florenorum. Item Beneficiatus fruitur certo prato, ein Mooswiſen, cum jure pascendi, (quantum vero colligitur ex actis ecclesiasticis solummodo revocabiliter**) et usufructuarie), ratione cujus celebrat tres missas angariales & peragit aquæ benedictionem. Jus præsentandi reservavit Serenissimus Dux Albertus quidem sibi & hæredibus suis superioris Bavariæ Ducibus; hodie tamen idem Beneficium est de libera collatione Ordinarii Frisingensis ex causa permutationis, quantum creditur, de qua dictum est supra. Adest domus beneficialis satis bene ædificata. — Modernus Beneficiatus est R. D. Jacobus Daimer, ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 12 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.

Altaria s. Josephi & s. Annæ.

Divina hic fiunt a Parocho ordinarie in omnibus festis B^mæ^ Virginis, excepto festo purificationis. Singulis 14 diebus dicitur etiam hic missa per Cooperatorem. Dedicatio celebratur in feria III. Pentecostes***). — Cœmeterium hic habetur cum ossuario ac sepulturis. Sacristia provisa est paramentis valde decentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — In hac ecclesia est sepultura Dominorum Comitum in Haimbhausen. Item cranium Domini Joannis Alberti de Haimbhausen ao. 1659 defuncti insertum est muro prope altare majus. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est

---

*) III. 617. **) III. 618. ***) III. 619.

penes Parochum & Dominum hoffmarchialem in Haimbhausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 8000 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Ottershausen.

8. Ecclesia hæc honestæ est structuræ, turris tamen ruinosa est. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi*) Apostoli majoris, altare s. Petri & altare s. Pauli, quæ duo altaria nondum sunt consecrata.

Res divina hic peragitur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post nativitatem Bmæ Virginis. Patrocinium celebratur in festo s. Jacobi Apostoli. Insuper infra 14 dies Cooperator vel Parochus semper legit hic missam, alternando sic cum ecclesia Inhausen. — Cœmeterium hic habetur cum sepulturis & ossuario. Sacristia non adest, paramenta pauca asservantur retro majus altare. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Parochum loci & Dominum hoffmarchialem, qui est Dominus Comes de Haimbhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit 2000 fl. erreichen.

*Ecclesia filialis s. Margaritæ in Grossen-Neebach**).*

9. Ecclesia hæc totaliter ferme ruinosa est. Adsunt in ea duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris, in quo asservatur Sanctissimum, et altare Jesu, Mariæ, Joseph.

Divina hic ordinarie peraguntur in Dominicis alternando cum ecclesia filiali Hörnzhausen. Festa Bmæ Virginis hic etiam celebrantur. Dedicatio incidit in festum s. Catharinæ, patrocinium vero celebratur in festo s. Margaritæ virg. martyris. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Parochum loci et Præfectum***) in Mæssenhausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte etwan gegen 200 fl. diſer Zeit ausmachen.

Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Hœrentzhausen.

10. Ecclesia hæc satis decora tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altaria Christi patientis & Bmæ Virginis.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominicis alternando cum ecclesia filiali in Grossen-Neebach. Item hic celebrantur festa Apostolorum. Dedicatio celebratur Dominica ante festum nativitatis Bmæ Virginis, patrocinium vero in festo s. Joannis Baptistæ †). — Cœ-

---

*) III. 620. **) III. 621. ***) III. 622. †) III. 623.

meterium cum ossuario & sepulturis hic adest. Sacristia tenet paramenta decentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho loci & Præfecto in Mæssenhausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet der Zeit über 1000 fl. betragen.

---

§. 210.

Parochia s. Georgii in Hebertshausen*).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Franc. Xav. Ant. Hiltmair, ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 30 florenos.

2. Proventus parochiales consistunt in manso, decimis majoribus & minoribus & stolæ accidentiis. Item adest ein Widengüetl zu Häntenzhoffen. In antiqua matricula circa redditus hujus Parochiæ legitur: *Item ex missa hebdomadali 18 ß. dl. Item pro salve Regina 1 flor. In confessionalibus 1 flor. In stola & panibus primitialibus ad 1 ℔. den.* Condecimator nullus est in hac Parochia. Integri proventus parochiales melioribus annis creduntur facile ascendere posse ad 1000 fl. Econtra tenetur**) Parochus præstare Jägergelt 1 fl. 25 kr. 2 hl., zum Caſtenamt Dachau 4 Schäffel Korn und ain Lamb oder dafür 40 kr., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum et ad fabricam ecclesiæ cathedr. 12 kr. In veteri matricula onera parochialia ita describuntur: *Item 10 ß. dl. Jägergelt, Vogtey dem Ligsalzen gen München 4 Schäffel Korn und ain Lamb.* — Domus parochialis recenter & amœne ædificata cum pertinentiis defectum non patitur.

Communicantes in hac Parochia novissime 151 fuerunt numerati.

---

*) III. 625. — Vgl. §§. 386. 509. 685, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 64) und Buchingers Nachrichten über das Landgericht Dachau (im oberbayerſchen Archive, Bd. VI. 262—265). — Eine Randnote zur Schmidtiſchen Matrikel von der Hand des i. J. 1814 geſtorbenen biſchöflich-freyſingiſchen geiſtl. Raths und Regiſtrators Joſ. Wisheu beſagt: Huc etiam Beneficium a perillustri D. Joanne Mändl L. Bar. a Deutenhofen in ecclesia collegiata ad divam Virginem Monachii (vi Matriculæ Vol. I. fol. 258) fundatum translatum fuit, et quidem sub dato 18. Nov. 1807. Dieſe Mändliſche Beneficialmeſſenſtiftung beſteht auch jetzt noch in Hebertshauſen. Vgl. Bd. I. dieſer Matrikelausgabe (S. 120. §. 19. n. 35). D.

**) III. 626.

3. Ecclesia parochialis in Hebertshausen non habet aliam ecclesiam filialem. Est quidem in arce Deuttenhoffen capella, sed non consecrata.

4. Ecclesia parochialis antiquæ est structuræ, quæ nunc est sub reparatione. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris*), in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce; altare Jesu, Mariæ, Joseph et altare ss. Joachim & Annæ.

Divina hic fiunt omni die dominica & festiva. Dedicatio celebratur in Dominica ante nativ. B. V. M., patrocinium vero in festo s. Georgii martyris. Item juxta acta visitalia de ao. 1705 & 1712 Parochus obligationem habet dicendi sacrum hebdomadale, quam tamen modernus Parochus non vult agnoscere. Item testibus iisdem actis Parochus pro Salve Regina diebus Sabbatinis cantando habet pratum Dachavii & exinde recipit censum 10 florenorum. Item juxta eadem acta tenetur ad alia 10 sacra annuatim dicenda et pro iis recipit 5 florenos. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis valde decentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est**) penes Parochum & Dominum hoffmarchialem, qui defacto est Dominus Baro Mändl in Deuttenhoffen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet diſer Zeit ſich gegen 1200 fl. belauffen.

Capella in arce Deuttenhofen.

5. Capella hæc cum uno altari non est consecrata. Divina ordinarie in ea non fiunt, sed celebrantur quandoque missæ super portatili.

---

§. 211.

Parochia s. Joannis Evang. in Hochen-Cammer***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Fri-

*) III. 627. **) III. 628.

***) III. 629. — Vgl. §§. 386. 523. 685, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 64. 65), Joſ. v. Obernbergs Reiſen durch den Iſarkreis (Bd. III. S. 195—197 u. S. 489. 490) und Fr. Xav. Stillers Predigt zur Secundizfeyer des erzbiſch. geiſtlichen Rathes, Kammerers und Pfarrers Gottfried Math. Eg-

singensis. Modernus Parochus est R. D. Jos. Gunetsrainer, ao. 1724 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis majoribus et minoribus et stolæ accidentiis. Antiqua matricula de redditibus parochialibus ita habet: *Item in fixis redditibus ex institutione 4 florenos. Item de missis hebdomadalibus 2 florenos. Item de prædio dotali annuatim siliginis 5 Schäffel, avenæ 5 Schäffel, tritici 1 Schäffel, Wüssgilt 1 ß. dl. Item ex confessione ad 4 flor. Item panes primitiales 2 florenos.* Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis creduntur ascendere ad 1200 florenos. Condecimatores*) in variis hujus Parochiæ locis decimas in varia quantitate percipientes sunt Reverendissimum capitulum cathedr. Frisingense, Collegiata B^{mæ} Virginis Monachii, Collegiata s. Viti Frisingæ, monasterium Neustüfft, Domini hoffmarchiales in Hochen-Cammer et in Haimbhausen. Parochus tenetur alere Cooperatorem et præstare sequentia onera: Widumb-Steur 10 fl. 19 kr., der Hofmarchs-Herrſchaft zu Hochen-Camer zur Stüftzeit Jahrs-Penſion 6 fl. 8 kr. 2 dl., ad seminarium episcopale 5 fl., cathedraticum & ad fabricam ecclesiæ cathedralis 5 fl. In veteri matricula habetur: *Item de ecclesia sua nihil expendit* (Parochus) *neque Jägergelt, nec Vogtey.* — Domus parochialis noviter ædificata cum pertinentiis non patitur defectum.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 828 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Hochen-Cammer habet alias sex ecclesias filiales, nempe in Riernſtorff, Mitter-Marbach, Milldorff**), Herſchenhoffen, Schlips & Egelhauſen. Item adest capella consecrata in arce Hochen-Camer. Antiqua matricula memorat etiam alias duas capellas s. Colomani prope Wahl.

4. Ecclesia parochialis satis decora***) habet quatuor altaria sequentia: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Evangelistæ, in quo asservatur Sanctissimum; altare s. Crucis, in quo

---

ger (Münch. 1838. 8.), wo man eine Reihenfolge der Pfarrer von Hohenkammer findet. — Ant. Mayer (jetzt Katechet bey U. L. Fr. in München) hat auf einem lithographirten Blatte im Folioformate eine Anſicht des Pfarrdorfes Hohenkammer und der dazu gehörigen Filialorte herausgegeben. D.

*) III. 630. **) III. 631.

***) Der jetzige Pfarrer, Gottfr. Math. Egger, welcher der Pfarrey Hohenkammer ſchon im fünfzigſten Jahre vorſteht, hat die Pfarrkirche bedeutend vergrößert und beynahe ganz neu erbaut. Auch das Innere dieſes Gotteshauſes iſt vortrefflich hergeſtellt. Im Hochaltare befindet ſich der Leib des hl. Martyrers Placidus, welcher aus der Domkirche von Freyſing (vergl. im erſten Bande dieſer Matrikeln §. 15. n. 15. S. 76) im Jahre 1838 feyerlich hierher verſetzt wurde. Alle Filialkirchen der Pfarrey ſind gleichfalls neu hergeſtellt oder weſentlich verbeſſert und verſchönert worden. D.

colitur particula de s. Cruce; altare matris dolorosæ & altare ss. Dominici & Francisci Seraphici.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio incidit in Dominicam post festum nativit. B^mæ^ Virginis, patrocinium vero in festo s. Joannis Evang.*). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta multa & decora. In turri sunt campanæ tres benedictæ. In hac ecclesia est sepultura illustrium Dominornm Baronum de Haslang. — Proventus hujus Ecclesiæ curantur a Parocho & Domino hoffmarchiali in Hochen-Cammer, qui est Dominus Baro de Haslang. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 3000 fl. betreffen.

Capella s. Martini in arce Hochen-Cammer.

5. Hæc capella ao. 1575 in honorem s. Rudolphi conf. et s. Agnetis virg. mart. fuit consecrata; ex quo apparet, ab eo tempore fuisse mutatum titulum altaris hujus capellæ, quia hoc tempore tam dedicatio quam patrocinium ibidem a Parocho celebratur**) in festo s. Martini.

Ad altare hujus capellæ excellentissimus Dominus Georgius Christophorus Baro de Haslang, Serenissimi Electoris Bavariæ supremus Camerarius et intimi concilii Director etc., in ultima sua dispositione ordinavit tres missas hebdomadales, pro quibus ex proventibus hoffmarchiæ Hochencammer Presbytero constituit annuos 66 florenes. Successive ao. 1722 illustrissimus Dominus Jos. Franc. Xav. Benno Baro de Haslang easdem missas, assignando ulteriorem annuum censum ex summa capitali 3000 florenorum ex bonis suis præstandum, in formam veri B e n e f i c i i redegit, et alias duas missas hebdomadales addidit, ita, ut nunc Beneficiatus teneatur ad quinque missas per hebdomadem et ad orandas semel in hebdomada litanias lauretanas & omnium Sanctorum. Confirmationem hujus Beneficii impertivit Joannes Franciscus Episcopus Frisingensis. Proventus hujus Beneficii consistunt in annuis***) 216 florenis, 15 Klafter Holz und 2 Tagwerkh zwimädiges Wismath nuz-nüeßlich. Domus etiam beneficialis cum horto valde commoda est. Jus patronatus reservavit altefatus Dominus Baro Jos. Franc. Xav. ihme, ſeinen Erben und Nachkommen. Modernus Beneficiatus est R. D. Michael Müllleuthner, ao. 1727 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.†).

Cæteroquin hæc capella instructa est paramentis competentibus et in turri habentur duæ campanæ benedictæ.

---

*) III. 632. **) III. 633. ***) III. 634.

†) Das Schloßbeneficium von Hohenkammer iſt jezt dem Pfarrer beygelegt, welcher

Ecclesia filialis s. Valentini in Niernstorff.

6. Ecclesia hæc vilis structuræ & ruinosæ unum habet altare, in honorem s. Valentini Episcopi dedicatum. — Res divina hic peragitur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis, et in festo s. Valentini, nec non in Dominica post festum s. Valentini*), et in festo ss. Innocentium martyrum. — Non adest cœmeterium neque sacristia. Paramenta adsunt valde pauca. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho & Domino hoffmarchiali in Hochen-Cammer. Das ganze Vermögen mechte diſer Zeit etwan in 400 fl. beſtehen.

*Ecclesia filialis s. Spiritus in Mitter-Marbach***).*

7. Ecclesia parva, sed honestæ fabricæ tria habet altaria: Altare majus, dedicatum Spiritui sancto, altare s. Leonardi Abbatis et altare s. Antonii de Padua.

Divina hic peraguntur ordinarie in***) tertia Dominica, item in festo Pentecostes, Paschatis & Nativitatis Domini. Dedicatio celebratur in Dominica præcedente festum s. Galli. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ benedictæ duæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Parochum & Præfectum electoralem in Crandtsperg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit auf 700 fl. ſich belauffen.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Milldorff.

8. Ecclesia hæc altæ & firmæ structuræ habet altaria tria: Altare majus, consecratum in honorem s. Udalrici Episcopi †), altare ss. Salvatoris & altare 14 Auxiliatorum.

Res divina peragitur in dedicatione, nempe in Dominica ante festum s. Udalrici, et in festo patrocinii ejusdem Sancti. Item hic dicitur missa hebdomadalis, pro qua Parochus recipit 14 florenos, prout habetur in actis visitalibus de ao. 1705. — Cœmeterium hic non adest. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti electoralis in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich der Zeit yber 9000 fl. bezaigen.

---

deßwegen ſtändig einen zweyten Hülfsprieſter hält. Die beyden Hülfsprieſter bewohnen das Beneficiatenhaus in der Nähe des vom Pfarrer Egger gleichfalls neuerbauten Schulhauſes. D.

*) III. 635.

**) Mittermarbach ſoll in alter Zeit der Sitz der Pfarrey Kammer geweſen ſeyn und dort auch das Schloß der Herren von Marbach geſtanden haben. D.

***) III. 636. †) III. 637.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Herschenhoffen.

9. Hæc ecclesia est exiguæ structuræ, in qua est unum altare*), consecratum in honorem s. Margaritæ virg. martyris. Res divina peragitur in dedicatione, nempe in Dominica ante nativitatem B. V. M. et in festo patrocinii s. Margaritæ virg. mart. Item in festo s. Marci, ubi hæc ecclesia visitatur processione, et in die dedicationem sequenti habetur hic anniversarium. — Cœmeterium non adest, nec sacristia. Paramenta, quæ adsunt, sunt pauca. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 1400 fl. austreffen.

Ecclesia filialis s. Sylvestri in Schlips.

10. Ecclesia hæc valde ruinosa altaria habet tria**): Altare majus, consecratum in honorem s. Sylvestri, in quo colitur particula de ossibus prædicti Sancti, et altaria Matris dolorosæ ac s. Barbaræ virginis martyris.

Divina hic peraguntur ordinarie in tertia Dominica. Dedicatio incidit in Dominicam post inventionem s. Crucis; patrocinium vero celebratur in festo s. Sylvestri. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis necessariis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum in Mässenhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 700 fl. betragen.

*Ecclesia filialis s. Stephani in Eglhausen****).*

11. Ecclesia hæc exiguæ structuræ & paupercula habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, de cujus ossibus hic colitur particula, altare B^mæ^ Virginis et altare s. Nicolai Episcopi. — Divina hic fiunt ordinarie in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Mittermarbach & Schlips. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Magdalenæ, patrocinium vero in festo s. Stephani protomartyris. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et seplturis. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ †). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electoralis in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit yber 300 fl. wenig ausmachen.

---

*) III. 638. **) III. 639. ***) III. 640. †) III. 641.

§. 212.

Vicariatus parochialis s. Margaritæ in Hochen-Percha*).

1. Iste Vicariatus, prout colligitur ex veteri matricula et actis visitalibus de annis 1705 & 1712, est incorporatus monasterio Weichenstephanensi. In eadem matricula iste Vicarius, qui ibi vocatur Provisor, adscribitur capitulo seu Decanatui rurali Frisingensi seu inter aquas nuncupato; hodie tamen Vicarius iste est membrum capituli ruralis Dachaviensis. Porro Vicariatus parochialis in Hochen-Percha est de præsentatione Abbatis & conventus Weichenstephanensis. — Modernus Vicarius est R. D. Franciscus Pals, ao. 1733 investitus. Non dat primos fructus. Antehac Vicarii hujus loci reperiuntur solummodo perpetuati.

2. Proventus hujus Vicariatus sunt admodum tenues; siquidem in veteri matricula legitur: *Non habet filialem ecclesiam, neque fixos redditus, neque etiam prædiolum dotale. Item habet tertiam partem decimarum majorum, quas**) æstimat ad 12 flor., minores ad 4 ß. dl., confessionalia ad 60 dl., panes primitiales ad 60 dl.* Redditus igitur vicariales consistunt in sola tertia parte decimarum & accidentiis stolæ, et ultra 150 florenos vix aut parum ascendent. Reliquæ duæ partes decimarum spectant ad monasterium Weichenstephanense. Von denen Pointen und Kirchen-Äckhern hat Vicarius allen Zechent; bey dem sogenandten Haaber-Paurn hat der Pfarrer zu Hochen-Cammer allen Zechent. Habitatio Vicarii cum horreo lignea est & ruinosa. Onera Vicarii sunt, ut solvat ad seminarium episcopale 40 kr., cathedraticum 12 kr. et ad fabricam ecclesiæ cathedralis 12 kr.

Communicantes hujus Vicariatus novissime 151 inventi sunt.

3. Ecclesia in Hochen-Percha, quæ non habet aliam filialem aut sociam, est humilis & ruinosæ structuræ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virg. martyris***), in quo asservatur Sanctissimum & coluntur etiam reliquiæ de velo Bmæ Virginis & de ss. Corbiniano & Nonnoso; altare Bmæ Virginis et altare s. Annæ.

Divina hic fiunt omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Margaritæ, patrocinium vero

---

*) III. 643. — Vgl. §§. 386. 437. 685 und die tabellar. Diöcesanbeschreibung (S. 64). D.

) III. 644. *) III. 645.

celebratur in ipso festo s. Margaritæ virg. martyris. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam asseribus clausum cum ossuario & sepulturis. Sacristia paramenta tenet competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium et Præfectum electoralem in Crandtsperg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 1000 fl. betragen.

---

§. 213.

Parochia B^mæ Virginis in Jarzt*).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Thomas Schuechbaur, ao. 1723 investitus. Dat pro primis fructibus 60 florenos.

2. Proventus parochiales consistunt in fructibus mansi parochialis, decimis majoribus & minoribus et accidentiis stolæ. In veteri matricula de redditibus Parochi in Jarzt legitur: *Item ex prædio dotali in Westerndorff habet 2 Schäffel Korn und 3 Schäffel Haabern. Item confessionalia æstimat ad 2 flor. Item panes primitiales ad 3 flor.* Ex actis ecclesiasticis autem colligitur, Parochum ex prædio in Westerndorff nunc plura percipere, quam supra in veteri matricula sunt notata. Item colligitur ex iisdem actis**), quod aliud etiam prædium dotale, nempe in Biberbach, spectare debeat ad proventus hujus Parochiæ. Circa decimas hujus Parochiæ percipit eas Parochus potissimum in quantitate unius tertiæ. In Westerndorff Parochus solus decimat. Condecimant autem in hac Parochia plures, et quidem in Jarzt Dominus Baro Lösch de Wolferstorf, Baro Mändl in Deuttenhoffen & Parochus in Mässenhausen. In Apercha Parochus in Mässenhausen. In Farentshausen monasterium Tegernsee, Dominus de Wilhelm, Dominus Baro de Weix in Reichertshausen. In Oberndorff Dominus de Unertl de Schönbrunn, et prædictus Dominus de Wilhelm. In Lautterbach condecimant Parochi in Hochen-Cammer & Vierkirchen, monaste-

---

*) III. 647. — Vgl. §§. 387. 521. 685, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 65 u. 66) und Buchingers Nachrichten über das Landgericht Dachau im oberbayer. Archive (VI. 399 u. VII. 134). D.

**) III. 648.

rium Weichenstephan & hospitale s. Josephi Monachii. In Pelkha condecimat Collegiata B^mæ^ Virginis Monachii. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur communibus annis transcendere 800 florenos. Econtra tenetur*) Parochus alere Cooperatorem et solvere annuatim Widenſteur 8 fl. 41 kr. 2 dl., Ainigungs=Recht 1 fl., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum et ad fabricam ecclesiæ cathedralis 12 kr., balneatori in Mässenhausen unum modium farinæ. In veteri matricula legitur: *Item 1 flor. Vogtey Præfecto in Mässenhausen.* — Domus parochialis noviter exstructa cum pertinentiis non patitur defectum. Habitatio Cooperatoris erat antehac in adjacente granario, nunc habitat in domo parochiali.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 586 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Jarzt habet alias quinque ecclesias filiales, nempe in Farenzhausen, Lautterbach, Westerndorff, Apercha et Pelkha, nec non capellam novam in Unterpruckh.

4. Ecclesia parochialis nunc elegans**) et ornata tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis assumptæ, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula de s. Cruce; altare Matris dolorosæ & altare ss. Sebastiani & Leonardi.

Divina hic fiunt ordinarie duabus Dominicis & tertia in Farenzhausen alternative; item in festis B^mæ^ Virginis & Apostolorum. Dedicatio incidit in Dominicam II. post nativitatem B^mæ^ Virginis, patrocinium vero in festum assumptionis ejusdem. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ***). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum in Mæssenhausen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr=Gottshauſes mechte ſich gegen 600 fl. diſer Zeit belauffen.

Ecclesia filialis s. Viti in Farenzhausen.

5. Ecclesia hæc, quæ inter rurales est melioris structuræ, habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Viti martyris, in quo asservatur Sanctissimum & oleum infirmorum; altare s. Annæ & altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic peraguntur semper tertia Dominica et in diebus festivis, qui non sunt B^mæ^ Virginis vel Apostolorum. Item ex antiqua consuetudine Cooperator solet diebus Sabbati dicere missam, pro†) qua recipit circiter 1 fl. 8 kr. annuatim, sine tamen certa applicatione. Dedicatio incidit ad festum s. Martini, patrocinium autem celebratur in festo s. Viti martyris. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia.

*) III. 649. **) III. 650. ***) III. 651. †) III. 652.

In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Dachau. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich diſer Zeit gegen 3000 fl. belauffen.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Westerndorff.

6. Ecclesia ista honestæ est fabricæ. Adsunt tria altaria*): *Altare majus* est erectum in honorem ss. Petri & Pauli Apostolorum, nondum consecratum sicut & reliqua altaria non sunt consecrata, sed defacto celebratur super portatili. Hic tamen asservatur Sanctissimum & oleum infirmorum. — *Altaria* $\textit{B}^{\textit{mæ}}$ *Virginis et s. Leonardi Abbatis.*

Divina hic ordinarie fiunt per Cooperatorem duabus Dominicis et tertia Dominica in Apercha. Item hic celebrantur festa $\text{B}^{\text{mæ}}$ Virginis excepto festo visitationis, in quo fit processio ad ecclesiam in Kollbach. Item in festo nativitatis Domini, Paschatis & Pentecostes, et in festis Apostolorum. Dedicatio hic celebratur Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo ss. Petri et Pauli**). — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho et Præfecto electorali in Dachau. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 400 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Lautterbach.

7. Ista ecclesia est honestæ structuræ. Habet unum altare, consecratum in honorem s. Stephani protomartyris. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in festum ss. Simonis & Judæ, et in festo patrocinii s. Stephani protomartyris. Item in feria II. Paschatis & Pentecostes. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta competentia. In turri***) sunt duæ campanæ benedictæ. — Curantur proventus hujus ecclesiæ a Parocho & Præfecto electorali in Crandtsperg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 700 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Sylvestri in Apercha.

8. Ista ecclesia antehac ruinosa nunc ædificatur & altaria in eadem necdum sunt posita. Altare tamen majus erit consecrandum in honorem s. Sylvestri, in quo alias solet Sanctissimum asservari. Res divina alias hic peragi solet ordinarie in tertia Dominica et in diebus festivis, qui non sunt $\text{B}^{\text{mæ}}$ Virginis vel Apostolorum. Solet etiam hic dici missa hebdomadalis sine obligatione, pro qua reci-

---

*) III. 653. **) III. 654. ***) III. 655.

pit Cooperator annuatim 1 fl. 42 kr. 6 hl. Dedicatio antehac celebrata fuit*) Dominica post festum assumptionis B. V. M.; patrocinium celebratur in festo s. Sylvestri. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho & Præfecto in Mässenhausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte der Zeit gegen 600 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Georgii mart. in Pelkha.

9. Ecclesia hæc in colle sita, in quo dicitur olim ecclesia parochialis stetisse, unum habet altare, dedicatum honori s. Georgii martyris. Divina hic peragi solent in dedicatione, nempe Dominica post festum s. Laurentii, et in festo patrocinii s. Georgii**). Cœmeterium & sacristia non adest. Paramenta aliqua hic habentur. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Crandtsperg. Das völlige Vermögen diſes Gottshaus mechte diſer Zeit bey 1600 fl. auswerffen.

Capella in Unter-Pruckh.

10. Anno 1722 cum licentia episcopali Casparus Kögl, hospes in Unter-Pruck et Maria ejus conjux, in suo fundo ædificaverunt capellam satis decoram cum uno altari, in honorem sacræ familiæ Christi erecto, eamque agro prope Grossen-Neebach sito dotaverunt. Ipsa autem capella necdum consecrata est***).

---

§. 214.

Parochia s. Georgii in Inzemos†).

1. Hæc Parochia est teste veteri matricula de collatione et plena dispositione Reverendissimi cathedralis capituli Frisingensis, quod Vicario, qui Episcopo pro approbatione & admissione ad curam se sistere debet, institutionem præbet. — Modernus Vicarius est R. D. David Sedlmair, ao. 1709 admissus.

2. Proventus hujus Vicariatus parochialis sunt tenues. De his

*) III. 656. **) III. 657.

***) Eine Marginalnote der Matrikel beſagt: Fuit hoc anno 1739 consecrata. D.

†) III. 659. — Vgl. §§. 387. 517. 685, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 66) und das oberbayer. Archiv (VI. 364 — 366). D.

tamen legitur in veteri matricula: *Item habet ex institutione prædii dotalis 2 Schäffel Korn und 2 Haabern. Item omnes decimas majores & minores frumentorum æstimat communibus annis ad 6 florenos, confessionalia ad 80 dl., panes primitiales ad 40 kr.* Ein rechter Widumb-Pau oder anderes Widumb-Güettl iſt diſer Zeit nit vorhanden, ſondern nur, wie eine bey denen Actis fündige Specification zaiget, in ain Feld zway Juchart*) Kürchen-Äckher und ain Juchart zur Pfarr gehörig. Item ſeynt zur Pfarr einige Wismather gehörig, dann ain Gartten beym Haus und ain Gärttl bey der Kirchen. — Item Vicarius parochialis præter stolam percipit unam tertiam decimarum; alteras vero duas tertias colligit Reverendissimum cathedrale capitulum Frisingense. Integri proventus hujus Vicariatus parochialis communibus annis creduntur 200 florenos posse attingere. Vicarius juxta citatam matriculam dat Jägergelt 1 fl., ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum & ad fabricam ecclesiæ cathedralis 12 kr. — Domus vicarialis non patitur defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 153 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Grossen-Inzemos habet aliam ecclesiam filialem in Klein-Inzemos.

4. Ecclesia parochialis parva quidem**), sed inter rurales melioris est structuræ. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria s. Stephani protomartyris & s. Annæ.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis illis, quæ habentur in Klein-Inzemos, prout infra notabitur. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Joannis Baptistæ. Patrocinium celebratur in festo s. Georgii. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium etiam adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub***) cura Vicarii parochialis & Domini hoffmarchialis in Weillbach, qui defacto est Dominus Comes Spretti. Das Vermögen diſes Pfarrgottshauſes iſt diſer Zeit aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit allerdings wüßlich.

Ecclesia filialis s. Margaritæ virg. mart. in Klein-Inzemos.

5. Hæc ecclesia inter rurales communis est structuræ. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virg. martyris, in quo solet etiam asservari Sanctissimum, et altaria ss. Trinitatis & s. Sylvestri, ambo non consecrata.

Res divina peragitur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam XV. post†) Pentecosten, et in festo patrocinii s. Margaritæ virg.

---

*) III. 660. **) III. 661. ***) III. 662. †) III. 663.

mart. Item in feria III. Paschatis & feria II. Pentecostes. Item in festo ss. Trinitatis, ss. Sebastiani, Magdalenæ, Nicolai Episcopi, Innocentium martyrum & Sylvestri. Item colligitur ex actis visitalibus de ao. 1705, hic tunc fuisse dictum hebdomadale sacrum. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Adsunt paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 600 fl. betreffen.

---

§. 215.

Parochia s. Martini in Kollbach *).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Joannes Franciscus Kästel, ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis majoribus & minoribus, nec non stolæ accidentiis. Antiqua matricula ita tenet: *Item habet ex institutione 1 ℔. & 12 dl. Item oblationes, confessionalia, stolam, panes primitiales æstimat ad 15 flor.* Parochus habet in denen Pointhen universaliter decimas, in multis autem agris habet unam tantum decimarum partem, subinde etiam duas. In Amperpettenbach Parochus solus habet decimas, sicut etiam decimis **) minoribus fruitur per totam Parochiam. Condecimatores adsunt duo, nempe monasterium Inderstorf & Collegiata B^mæ^ Virginis Monachii. Integri proventus hujus Parochiæ putantur etiam communibus annis transcendere 600 florenos. Econtra tenetur Parochus solvere annuatim Widumbſteur 4 fl. 8 kr. 4 hl., Jägergelt 2 fl., ad seminarium episcopale 4 fl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. & cathedraticum 12 kr. Item gibt Pfarrer jährlich zum Baron Tannbergiſchen Aigenthumb des $\frac{2}{3}$ Hofmarchsguets Weix 100 Ayr und ain Oſterlamb, dann 2 Jahr 40 Reißen Haar und das dritte Jahr iſt ſolcher Haar zum Fideicommiss-Guet gehörig. Item gibet ein Extract aus dem Tannbergiſchen Saalbuch zu Weix, daß ein Pfarrer zu Kollbach ſambt dem Pfarrer zu Weix der Herrſchaft alda einen Heerwagen mit 2

---

*) III. 665. — Vgl. §§. 388. 520. 685, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 66 u. 67) und das oberbayerſche Archiv (VI. 369). D.

**) III. 666.

Knechten und 4 Roſſen beſpannt halten, auch ainen Emer Wein, 60 Zenterling*) gedechtletes Fleiſch und 60 pfennwerth brodt mitführen ſolle. In veteri matricula de oneribus Parochi legitur: *Item Vogtey Nobilibus de Weichs agnum paschalem, 100 ova, 4 β. dl., 40 Reiss Haar valoris 2 flor. Item Jägergelt 2 flor. ad Monacum.* — Domus parochialis cum pertinentiis non patitur defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 413 fuerunt numerati.

3. Ecclesia parochialis in Kollbach habet alias duas ecclesias filiales, nempe Bmæ Virginis in eodem pago Kollbach et in Amperpettenbach.

4. Ecclesia parochialis veteris sed bonæ est structuræ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula de s. Cruce**); altare s. Joannis Baptistæ & altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic fiunt in omnibus diebus dominicis & festivis, si non sint festa Bmæ Virginis & Apostolorum, quæ celebrantur in capella loci, de qua mox infra. Dedicatio incidit in Dominicam post festum nativit. Bmæ Virginis, patrocinium celebratur in festo s. Martini. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho loci & Domino hoffmarchiali in Illmünster, qui est capitulum insignis collegiatæ ecclesiæ B. M. V. Monachii. Das völlige Vermögen mit Einſchluß des U. L. Frauen-Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit über 700 fl. belauffen.

*Ecclesia filialis Bmæ Virginis in pago Kollbach****).

5. Hæc ecclesia, in pago Kollbach sita, traditur olim fuisse parochialis, et ecclesia moderna parochialis putatur primum successive pro crescente populi multitudine fuisse ædificata. Porro ecclesia Bmæ Virginis satis decora habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, cujus statua beneficiis clara hic colitur; altare s. Annæ & altare s. Joannis Evangelistæ.

Divina hic peraguntur in omnibus festis Bmæ Virg. & Apostolorum; fiunt etiam benedictiones candelarum, cinerum, palmarum in hac ecclesia†). Dedicatio concurrit eodem die cum dedicatione ecclesiæ parochialis, nempe Dominica post festum nativ. B. M. V. Leguntur etiam hic multa sacra votiva. — Area quidem ecclesiæ circumdata est muro, sed absque sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia & decora. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes eos, penes quos est administratio reddituum ecclesiæ parochialis, quæ duæ ecclesiæ habent eadem ratiocinia.

---

*) III. 667. **) III. 668. ***) III. 669. †) III. 670.

Ecclesia filialis s. Martini in Amperpettenbach.

6. Ecclesia hæc valde decora habet duo altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Martini Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum*). *Altare ss. Ursulæ et Margaritæ virginum martyrum.*

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi, et in festo patrocinii. Item vi recessus de dato 16. Dec. 1599 celebranda sunt hic alia 19 festa cum missa hebdomadali diebus Lunæ habenda. Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia. In turri sunt campanæ benedictæ duæ. Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Dachau. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes würdet ſich dieſer Zeit gegen 400 fl. erſtrekhen**).

---

§. 216.

Parochia s. Petri in Moching***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Stanislaus Todtfæller, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis majoribus et minoribus et accidentiis stolæ. In antiqua matricula legitur de redditibus parochialibus: *Item ex fixis redditibus et institutionibus 12 β dl., 3 Schaffel* Korn *et 2* Habern *etc. Item confessionalia æstimat ad 2 flor., panes primitiales ad 3 flor.* Parochus gaudet integris decimis in Lottsbach et Gensstaller. In Moching habet tertiam decimarum partem, ibique condecimat Dominus Baro Mändel de Deuttenhofen †). In Weillbach et Puetlhoffen etiam habet tertiam partem, et ibidem condecimat Dominus hoffmarchiæ

---

*) III. 671.

**) Die Filiale Amperpettenbach gehört jetzt zu der viel näher gelegenen Pfarrey Haimhauſen. D.

***) III. 673. — Vgl. §§. 390. 515. 685, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 68 und 69), Weſtenrieder's Beſchreibung des Landgerichts Dachau (S. 47 u. 57 bis 60, in den Beyträgen ꝛc. Bd. IV. S. 287 u. 295—300) und das oberbayerſche Archiv (Bd. VI. 382—387. 107. 131.) D.

†) III. 674.

Weillbach. Item adest ein Widengüettl zu Sulzrain. Item ein Söldengüettl mit der Peckenſtatt zu Moching et collegitur ex actis ecclesiasticis, daß auch andere ſtüftbahre Unterthanen zum Pfarrhoff Moching gehörig ſeyen. Integri proventus melioribus annis creduntur conficere posse ultra 800 florenos. Econtra tenetur Parochus annuatim præstare: Widumſteur 2 fl. 26 kr. 2 hl., Jägergelt 2 fl., Vogtey 2 Mezen Haabern nach Dachau (in veteri matricula legitur: *Item Vogtei Principi ad Monacum 2 Schæffel* und 1 Mezen Rockhen), cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 15 kr., ad seminarium episcopale 3 fl. Item Parochus præstat den Lehen-Raich auf Weir wegen des Zehents zu Puetlhofen 19 fl. — Domus parochialis noviter ædificata valde decora est, nec ejus pertinentiæ*) egent magna reparatione.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 514 sunt inventi.

3. Ecclesia parochialis in Moching habet alias duas ecclesias filiales, nempe in Unter-Weillbach et Sulz-Rain, et tres capellas, nempe s. Hypoliti in cœmeterio Mochingensi, Bmæ Virginis ad fontem et s. Martini in arce Unter-Weillbach.

4. Ecclesia parochialis est inter rurales melioris structuræ. Habet tria altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Petri Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum.

Altare ss. Rosarii. Ad hoc altare ao. 1728 introducta fuit *confraternitas* ss. Rosarii, unde hæc ara privilegiata est diebus Lunæ pro**) defunctis ex eadem confraternitate, quæ regitur per proprium magistratum et sufficientibus mediis provisa est.

Altare s. Joannis Baptistæ.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis & festivis; dedicationes autem ecclesiarum filialium celebrantur in iisdem. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam ante festum ss. Simonis et Judæ; patrocinium celebratur in festo ss. Petri & Pauli. Item tenetur Parochus vi recessus de dato 25. Jun. 1654 celebrare diebus Veneris missam dem Herkommen und Stüftung nach. Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Proventus hujus Parochiae curantur a Parocho & Domino hoffmarchiali in Schœnbrun, qui defacto est excellentissimus***) Dominus Baro de Unertl. Das völlige Vermögen dieſes Pfarr-Gottshauſes wirdet diſer Zeit bey 2000 fl. austreffen.

Capella filialis s. Hypoliti martyris in coemeterio Mochingensi.

5. Haec capella, prope ecclesiam parochialem in cœmeterio

*) III. 675. **) III. 676. ***) III. 677.

sita, unum habet altare, in honorem s. Hypoliti dedicatum. Res divina hic peragitur in dedicatione, quae indicit in Dominicam primam Augusti. Item in festo patrocinii s. Hypoliti, et in festis ss. Leonardi et Sylvestri. Fiunt etiam plura sacra votiva hic per annum. Redditus haec capella suos habet ex gazophylacio, qui veniunt ad cassam ecclesiae parochialis, de qua hæc capella conservatur.

Capella filialis Bmæ Virginis ad fontem prope Moching).*

6. Haec capella valde decora praenobilis Domini Georgii Teisinger Serenissimi Electoris Bavariae Consiliarii intimi et Praefecti in Dachau opera et expensis aedificata fuit cum uno altari, in honorem Bmæ Virginis annunciatae erecto. Sita est hæc capella in sylva ad fontem, Maria-Prünl nuncupatum, ubi per salubria balnea diversi morbi curantur**).

Anno 1670 supradictus Dominus Georgius Teisinger fundavit Beneficium missæ hebdomadalis, die Veneris vel Sabbato celebrandæ, deditque pro fundo summam capitalem 900 florenorum, de cujus censu annuo satisfit presbytero et capellae pro paramentis. Jus praesentandi sacerdotem competit unicuique***) electorali Praefecto (dem Haupt-Pfleger) in Dachau. Ad hoc Beneficium solet praesentari Parochus in Moching, non tamen illud unitum est Parochiae ibidem. Modernus Beneficiatus est pariter Parochus in Moching, R. D. Stanislaus Todtfæller. Dat pro primis fructibus 2 florenos.

Dedicatio hujus capellae incidit in diem 18 Octobr. Cœmeterium nullum adest. Sacristia habet paramenta valde decentia. In turri sunt campanae duae benedictae. Proventus hujus capellae curantur a Parocho et Praefecto electorali in Dachau. Das Vermögen dieſes Gottshauſes wirdet dieſer Zeit gegen 1400 fl. auswerffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Sulzrain.

7. Haec ecclesia in colle sita est. Adest altare unicum, in honorem s. Nicolai Episcopi dedicatum †). Divina hic fiunt in dedicatione, quae incidit in Dominicam infra octavam assumptionis B. M. V. Patrocinium celebratur in festo s. Nicolai Episcopi. Item juxta acta visitationis de ao. 1706 ex fundatione Michaelis Mändel coloni celebratur hic menstruatim una missa, de qua vide etiam decretum de dato 20 Octobr. 1692. Cœmeterium nullum adest.

---

*) III. 678.

**) Ueber Mariabrunn bey Ampermoching ſehe man J. B. Graf's Geſchichte der bayer. Mineralwäſſer (II. 249—261), v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkreis (III. 403—409), Leuthner's Unterſuchung des Mochingerbades, Hübner's Beſchreibung von München u. A. D.

***) III. 679. †) III. 680.

Paramenta sumuntur potissimum ex ecclesia parochiali, licet sacristia propria adsit. In turri sunt duae campanae benedictae. Proventus hujus ecclesiae sunt sub cura Parochi et electoralis Praefecti in Dachau. Das Vermögen mechte der Zeit gegen 600 fl. beſtehen.

Ecclesia filiales Bmæ Virginis in Unter-Weillbach.

8. Ecclesia haec modicae et ruinosae structurae habet tria altaria *): Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria s. Annae et s. Wolfgangi.

Anno 1444 Petrus et Joannes die Schluder zu Weillbach, patris sui voluntatem executi, fundaverunt in hac ecclesia Beneficium missae quotidianae una die excepta, et pro dote dederunt praeter alios varios census duo praedia in Apercha et unum in Puellenhausen, unacum domo habitationis et horto pro Beneficiato in Weillbach. Jus patronatus vi fundationis competeret dem Eltiſten Manns-Erben deren Stüftern, nach deren Abgang aber des lezten Manns-Erben ihres Nammens nechſten Erben, allzeit dem Eltiſten. Confirmationem huic fundationi impertivit Joannes III Episcopus Frisingensis. Nunc familia Schluderiana et Eisenreichiana, ad quam etiam **) jus patronatus successive pervenerat, extinctis hoc Beneficium imposterum erit liberae collationis episcopalis. Vid. acta et sententia de dato 28. Maji 1714. Hodierni fructus beneficiales importabunt circiter 150 florenos, pro quibus celebrantur duae missae hebdomadales in hac ecclesia, et una hebdomadatim in capella arcis Weillbach, de qua mox infra. Hac tamen de re videatur sententia de dato 24 Nov. 1672. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Nicolaus Achilles de Risenfeld, ao. 1710 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos et ad episcopale seminarium 30 kr.

Divina hic peraguntur in dedicatione, quae incidit in Dominicam infra nativitatem Bmæ Virginis. Patrocinium celebratur in festo purificationis Bmæ Virginis. Juxta acta etiam visitalia de ao. 1705 Parochus hic in die ad libitum celebrare tenetur missam hebdomadalem. Item hic divina fiunt in commemoratione fidelium defunctorum. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et ***) sepulturis. In sacristia reperiuntur nunc paramenta pauca et vilia. In turri sunt campanae tres benedictae. — Proventus hujus ecclesiae curantur a Parocho et Domino hoffmarchiali in Weillbach, qui defacto est Dominus Comes Spretti. Das Vermögen dieſer Kirchen iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Capella s. Martini in arce Weillbach.

9. Capella hæc decora prope ingressum arcis habet altare unum, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi. Dedicatio et

---

*) III. 681. **) III. 682. ***) III. 683.

patrocinium hic coincidit in diem festum s. Martini. Cœteroquin Beneficiatus in Weillbach tenetur hic quoque dicere missam hebdomadalem, uti supra dictum est.

---

§. 217.

Parochia ss. Joannis Baptistæ et Evangelistæ in Pœrkirchen*).

1. Hæc Parochia, quantum colligitur ex litteris responsalibus Serenissimi Electoris Bavariæ Maximiliani I. sub 9 Nov. 1640 ad Reverendissimum Vitum Adamum Episcopum Frisingensem datis et veteri matriculæ insertis, in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Joannes Christophorus L. B. de Froschhaimb, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 80 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ, qui melioribus annis censentur ad 2000 florenos facile ascendere, recipiuntur ex manso**) parochiali, decimis majoribus et minoribus et accidentiis stolæ. In veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 5 flor. 6 β. dl., 3 Schaffel* Korn, *4* Haabern. *Item pro missis hebdomadalibus habet* 6 Tagwerck Aenger, *valoris 6 aut 8 flor. In confessionalibus pro parte sua 2 flor. Item panes primitiales æstimat ad 2 flor.* Parochus habet in Pœrkirchen omnes decimas sicut & in Feldtgeding & in Deutenhausen. In Ober-Pachern hat Pfarrer bey 3 Baurn den halben Zechent und bey einem ein Dritthail, et hic condecimant 4 coloni & Parochus in Pellhaimb. Bey des Mändels-Baurn aignen Aeckhern hat Pfarrer allen Zechent. In Praittenau habet Parochus nullas decimas, quia decimæ fuerunt commutatæ cum illis, quæ sunt in Pœrkirchen. Item ſeynt Widen-Güettl zu dem Pfarrhoff gehörig, als 3 zu Feldtgeding, 2 zu Ober-Pachern, ains zu Puechſchlagen, und vermög den Visitations-Acten iſt noch aines und das ſibente***) vorhanden. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem & præstare annuatim zu der Thumb-Cuſtorey 150 fl., Widumb-Steur 5 fl. 52 kr.

---

*) III. 685. — Vgl. §§. 381. 514. 685, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 61), Weſtenrieder's Beſchreibung des Landgerichtes Dachau (S. 125—144) und deſſen Beyträge ꝛc. (IV. 365—384), Buchinger im oberbayer. Archive (VI. 41. 42. 262. 272—274. 337) und Obernberg's Reiſen (III. 364 u. 437). D.

) III. 686. *) III. 687.

6 hl., Jägergelt 3 fl., Vogtey zu dem Churfürſtl. Caſtenambt in München 12 Schäffl Haabern, zu der Hofmarchs-Herrſchaft Adelzhauſen 1 Schäffel 3 Metzen Korn und eben ſo vill Haabern, welche leztere Præstation wegen einer Zechents-Permutation in Pör-Kirchen und Praittenau herrühren ſolle (in antiqua matricula legitur: *Item Vogtey ad Monacum Principi* 13 Schäffel Haabern *et Nobilibus ad Adelzhausen* 2 Schäffel Korn und 2 Haabern), ad episcopale seminarium 6 fl., cathedraticum & ad fabricam ecclesiæ cathedr. 27 kr. Item propter domum parochialem, ab antecessore Parocho Martino Turner ædificatam, a successoribus annuatim 4 floreni ad ecclesiam parochialem persolvendi exiguntur una cum eleemosyna 1 fl. 30 kr. pauperibus distribuenda. — Domus autem parochialis*) bellico tempore ao. 1704 in cineres fuit redacta & a Parocho Joanne Georgio Schaffler restaurata, nec cum suis pertinentiis patitur magnos defectus.

Communicantes in hac Parochia novissime 750 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Pœrkirchen habet quatuor ecclesias filiales, nempe in Feldtgeding, Braittenau, Deutenhausen et Oberpachern. Adest etiam capella in arce Eitelzriedt & prope arcem in Geisl-Puellach.

4. Ecclesia parochialis nova et inter rurales splendidior nondum consecrata, altaria habet quinque:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ. In eo asservatur Sanctissimum.

Altare s. Crucis nondum est consecratum**).

Altaria s. Sebastiani martyris, s. Jo. Nepomuceni & s. Jacobi, situm in capella annexa.

Res divina hic ordinarie peragitur omnibus diebus dominicis et festivis, nisi in filialibus incidat dedicatio aut patrocinium. Item hic juxta acta visitalia de ao. 1705 dicitur missa hebdomadalis sabbatina. Dedicatio hujus ecclesiæ antehac celebrata fuit in Dominica ante festum s. Matthæi, patrocinium vero in festo s. Joannis Baptistæ. Anno 1676 hic fuit introducta *confraternitas* corporis Christi, quæ regitur per proprium magistratum et satis bene dotata est. — Baptisterium cum sacris oleis et cœmeterium cum sepulturis hic adsunt. Sacristia paramentis competenter***) instructa est. In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. In hac etiam ecclesia conspicitur sepultura Nobilium de Eitelzried. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Dachau. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt der Zeit wegen des Neupaus ganz erſchöpfet und wirdet mehrer Schulden hinaus haben.

---

*) III. 688. **) III. 689. ***) III. 690.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Deutenhausen.

5. Ecclesiæ hujus fabrica est communis notæ et reparatione indiga. Altaria adsunt tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo subinde asservatur Sanctissimum *), altare ss. Joannis & Pauli martyrum & altare s. Georgii martyris.

Divina hic fiunt in diebus dominicis alternando cum ecclesia in Oberpachern; item in festo visitationis B^mæ^ Virginis & s. Thomæ Apostoli. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Nicolai Episcopi. Item juxta acta visitalia de ao. 1705 hic celebratur missa hebdomadalis. Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Dominum hoffmarchialem in Eitelzriedt, qui defacto est Dominus de Ruffini. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich der Zeit gegen 700 fl. belauffen **).

Ecclesia filialis s. Jacobi in Oberpachern.

6. Ecclesia noviter ædificata, cujus tamen turris ruinosa est. Ipsa ecclesia nondum est consecrata. Adsunt duo altaria nunc exstructa: Altare majus, erectum in honorem s. Jacobi Apostoli majoris, in quo asservatur Sanctissimum, et altare B^mæ^ Virginis.

Divina hic peraguntur in diebus dominicis alternative cum ecclesia in Deutenhausen; item in festis Paschatis et Pentecostes, nec non B^mæ^ Virginis & Apostolorum. Dedicatio alias incidebat in Dominicam post festum nativitatis B^mæ^ Virginis. Patrocinium celebratur in festo s. Jacobi Apostoli majoris. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & ***) sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt wegen des Neupaues ganz erſchöpfet.

Ecclesia filialis s. Augustini in Feldtgeding.

7. Ecclesia hæc vilis & exiguæ structuræ est. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Augustini Episcopi, altare ss. Innocentium martyrum & altare s. Annæ.

Res divina hic peragi solet in dedicatione, quæ incidit in Dominicam †) ante festum s. Augustini, in cujus die festo hic celebratur patrocinium; item in festo s. Annæ & ss. Innocentium martyrum. Item juxta acta visitalia de ao. 1705 hic dicitur missa hebdomadalis. — Cœmeterium seu area hic adest sine sepulturis.

---

*) III. 691. **) III. 692. ***) III. 693. †) III. 694.

Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho et Præfecto electorali in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 500 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Bartholomæi in Braittenau.

8. Ecclesia hæc vilis structuræ habet unum altare, in honorem s. Bartholomæi consecratum. Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ coincidit cum festo patrocinii s. Bartholomæi; item in feria II. Paschatis et Pentecostes et in festo ss. Innoc. martyrum. Dicitur etiam hic missa menstrua*). — Cœmeterium hic adest cum sepulturis et ossuario. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 300 fl. ausmachen.

Capella s. Leonardi in arce Eitelzriedt.

9. Capella hujus arcis consecrata habet altare unum, in honorem s. Leonardi consecratum. Dedicatio hujus capellæ celebratur in Dominica post octavam corporis Christi, patrocinium vero in festo s. Leonardi Abbatis. Coluntur etiam in hac ara reliquiæ de ss. martyribus ex societate s. Mauritii et s. Ursulæ, item de ss. Damiano, Theodoro et Gereone.

Capella s. Joannis Nepomuceni prope arcem Geislpuellach.

10. Capella hæc noviter ædificata prope supradictam arcem habet altare unum, in honorem s. Joannis Nepomuceni erectum; ipsa autem capella cum dicto altari non est consecrata.

§. 218.

Parochia ss. Joan. Bapt. et Ev. in Roermosen.**)

1. Hæc Parochia in omni mense est de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Franc. Xav. Ponschab, ao. 1735 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

*) III. 695.

**) III. 697. — Vgl. §§. 394. 516. 685, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 69 u. 70), Weſtenrieders Beſchreibung des Landgerichts Dachau (S. 45. 46. 60. 61.), deſſen Beyträge ꝛc. (IV. 285. 286. 300. 301.), das oberbayeriſche Archiv (Bd. VI. 108. 109. 114. 119. 120. 126. 127. 128.) und v. Obernbergs Reiſen durch den Iſarkreis (III. 399 — 402. 412. 413.) D.

2. Proventus parochiales desumuntur ex manso, decimis majoribus et minoribus et stolæ accidentiis. Antiqua matricula ita habet: *Item in fixis redditibus et institutione certorum agrorum, quando coluntur, 2 Schäffel frumenti, quod in dictis agris crescit. Item ex missis hebdomadalibus 2 Schäffel* Rockhen *et* Haabern. *Confessionalia ad 10 β dl., panes primitiales et stolam ad 2 florenos.* Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis censentur ascendere ad 800 florenos. Parochus in pago Rœrmosen recipit unam decimarum partem mit gewiſen Vorthaill-Aeckhern*), reliquas duas partes recipit Reverendissimum capitulum cathedrale frisingense. In Simershausen Parochus gaudet una medietate decimarum, alteram vero recipit Dominus hoffmarchialis ibidem. In Schönbrun Parochus recipit duas decimarum partes (ſolle Pfarrer auch diß Orths gewiſſe Vorthaill-Aeckher haben) et tertiam partem recipit Dominus hoffmarchialis ibidem. Econtra tenetur Parochus annuatim persolvere absentiæ loco Reverendissimo capitulo cathedrali frisingensi 49 fl. 30 kr. (in veteri matricula habetur: *Item 27 flor. incorporationem capitulo ecclesiæ frisingensis)*, Widumb-Steur 7 fl. 40 kr. 6 hl., Jäger-Gelt 2 fl., zum reichen Allmoſen nach München 4 Schäffel Korn. In veteri matricula legitur: *Item 4 Schäffel Rockhen Vogtey den Ligsalzen ad Monacum*, quæ tamen ultima præstatio coincidet cum illa, quæ nunc datur zum reichen Allmoſen. Item Parochus dat ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum et ad fabricam ecclesiae cathedr. 27 kr. — Domus parochialis lignea indigeret nova ædificatione. Horreum et stabula**) non patiuntur magnum defectum.

Communicantes in hac Parochia novissime 378 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Roermosen habet alias duas ecclesias filiales, nempe in Simershausen et Schönbrun, ubi etiam in arce est capella benedicta nondum consecrata.

4. Ecclesia parochialis satis decora et in amœno colle sita est, in qua sunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis Baptistæ et Evangelistæ, in quo asservatur Sanctissimum; altare Jesu, Mariæ, Joseph, et altare ss. Stephani, Andreæ et Martini.

Divina hic peraguntur ordinarie in diebus dominicis alternative cum duabus ecclesiis filialibus, et hic semper tertia***) Dominica. Festa item solenniora et B^{mæ} Virginis ac Apostolorum celebrantur in hac parochiali ecclesia. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Galli, patrocinium vero in festis ss. Joann. Bapt. et Evang. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam

*) III. 698. **) III. 699. ***) III. 700.

cum ossuario et sepulturis. Sacristia est competenter instructa paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictae. — Cura proventuum hujus ecclesiae est penes Parochum et Praefectum electoralem in Dachau. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes dürfte der Zeit ſich yber 400 fl. wenig erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Vitalis in Simershausen.

5. Ecclesia haec modici et communis operis tria continet altaria *):

Altare majus est dedicatum in honorem s. Vitalis martyris. In eodem asservatur Sanctissimum.

Altare Bmæ Virginis. In hoc altari colitur statua Bmæ Virginis ex terra formata, a puero quodam Thoma Hoffwürth in monte prope Simershausen inventa et beneficiis clara, ad quam etiam publicae fieri solent processiones.

Altare s. Castuli martyris.

Divina hic ordinarie peraguntur in tertia Dominica, alternando nempe cum ecclesia parochiali et filiali Schönbrun. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomaei, patrocinium vero in festo s. Vitalis martyris (die 28. Apr.). Item hic diebus Lunae et Sabbati dicitur et pro fundatoribus applicatur missa hebdomadalis, et Parochus pro prima recipit 2 Schäffel Korn und 2 Schäffel**) Haabern, et pro altera missa hebdomadali recipit 1 Schäffel Korn und 1 Schäffel Haabern. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis decentibus. In turri habentur campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Dominum hoffmarchialem hujus loci, qui defacto est excellentissimus Dominus Baro de Unertl, Cancellarius intimus electoralis. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 4000 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Schoenbrun.

6. Ecclesia hæc inter rurales splendida et valde elegans cum suis capellis annexis continet sex altaria***): Altare majus, dedicatum in honorem s. Crucis, de qua etiam colitur particula et in eodem altari asservatur Sanctissimum; altaria s. Catharinæ, s. Annæ, Christi flagellati ac Christi coronati et illusi.

In hac etiam ecclesia præter corpus s. Theodori martyris (propr. nom.) coluntur particulæ de ossibus s. Annæ, Wolfgangi, Martini et aliorum plurimorum Sanctorum. — Divina hic fiunt ordinarie in tertia Dominica, alternando nempe cum †) ecclesia pa-

*) III. 701. **) III. 702. ***) III. 703. †) III. 704.

rochiali et filiali in Simershausen. Item hic feria sexta dicitur missa hebdomadalis. Item hic celebrantur aliæ duæ missæ hebdomadales ex fundatione excellentissimi Domini Baronis Caspari Schmidt, Cancellarii quondam intimi electoralis, et ejus filii Ignatii Ferdinandi, qui fuit Canonicus ecclesiæ cathedr. Frisingensis et Decanus ad s. Petrum Monachii; et harum duarum missarum fundus consistit in summa capitali 2000 florenorum. Item hic divina fiunt in festis inventionis et exaltationis s. Crucis. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis multis et valde decoris. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Adest etiam in hac ecclesia sepultura excellentissimi Domini Baronis Caspari Schmidt, Cancellarii intimi*) electoralis et celeberrimi in statuta Bavariæ commentatoris ejusque conjugis. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Dominum hoffmarchialem in Schœnbrun, qui defacto est excellentissimus Dominus Baro de Unertl, Cancellarius electoralis intimus. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit yber 4000 fl. betreffen.

Capella Bmæ Virginis in arce Schoenbrun.

7. Capella hæc in arce Schœnbrun valde elegans, nondum consecrata, unum tamen altare habet, consecratum in honorem nativitatis Bmæ Virginis.

---

§. 219.

Parochia s. Laurentii in Rumelzhausen**).

1. Hæc Parochia juxta antiquam matriculam fuit antehac de præsentatione Abbatis et conventus monasterii Schyrensis; nunc autem vigore instrumenti cessionis seu permutationis Parochiæ Vischbachau inter Ordinariatum Frisingensem et monasterium Schyrense erecti de dato 8 Aug. 1725 hæc Parochia est de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense. Modernus Parochus

*) III. 706.

**) III. 707. — Vgl. §§. 394. 522. 685, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 123) und J. N. Buchingers hiſtoriſche Nachrichten über das Landgericht Dachau, im oberbayerſchen Archive (VII. 113. u. 114). — Rumelzhauſen beſteht jetzt nicht mehr als eine eigene Pfarrey, ſondern wurde i. J. 1814 für immer mit der Pfarrey Schwabhauſen (§. 249) vereiniget, die deßwegen einen Hülfsprieſter zu halten hat. D.

est R. D. Georgius Michael Pabst, ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 15 florenos.

2. Proventus tenues hujus Parochiæ consistunt in manso parochiali, decimis majoribus et minoribus et in stolæ accidentiis. In antiqua matricula legitur: *Item nihil habet in fixis redditibus præter prædium dotale etc. Item omnes majores decimas**) *frumentorum æstimat ad 25 flor., minores ad 2 flor. Item oblationes, confessionalia et stolam æstimat ad 2 flor. Panes primitiales æstimat ad 48 flor.*, in quo ultimo præsumiter irrepsisse error. Parochus decimas suæ Parochiæ omnes percipit, nisi quoad certa duo jugera, de quibus tertiam partem tollit Parochus in Schwabhausen, et quoad alia sex jugera, de quibus mediam partem tollit Parochus in Pellhaimb: et quantum colligitur ex actis visitalibus etiam de aliis duobus jugeribus Parochus in Creuzholzhausen percipit decimas. Proventus hujus Parochiæ communibus annis 300 florenos creduntur conficere. Econtra tenetur Parochus annuatim præstare Vogtey zu dem Caſten-Ambt Dachau 2 Schäffel Korn, Jäger-Gelt 17 kr. 3 hl. (prætenditur etiam eine Widumbſteur), ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum et ad ſabricam ecclesiae cathedr. 27 kr. — Domus parochialis**) lignea et vilis structurae cum pertinentiis indigeret reparatione.

Communicantes hujus Parochiae novissime 78 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Rumelzhausen, cujus fabrica inter rurales ecclesias est communis notae, non habet aliam ecclesiam filialem.

In eadem adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Laurentii mart., in quo asservatur Sanctissimum, altare Matris dolorosae et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic fiunt omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio***) celebratur in Dominica post festum ss. Petri et Pauli, patrocinium vero in festo s. Laurentii martyris. Item hic dicitur missa hebdomadalis, pro qua, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1705, Parochus recipit unum florenum, et eam applicat, in quantum applicare tenetur. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis competentibus. In turri sunt duae campanae benedictae. — Proventus hujus ecclesiae sunt sub administratione Parochi et Praefecti electoralis in Dachau†). Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mechte ſich der Zeit yber 700 fl. belauffen.

---

*) III. 708. **) III. 709. ***) III. 710. †) III. 711.

§. 220.

Parochia s. Jacobi Apostoli in Vierkirchen*).

1. Hæc Parochia a Pio Papa II. ao. 1454 Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi censetur esse incorporata quoad temporalia, quod proinde jus habet praesentandi Vicarium parochialem ab Episcopo instituendum. Vid. sententia de dato 10. April 1715 et acta, inter Reverendissimum capitulum supradictum et Dominum Promotorem Fiscalem ventilata. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Wolfgangus Rohrbach, ao. 1719 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ desumuntur ex manso, decimis majoribus et minoribus, nec non stolæ accidentiis. De redditibus parochialibus legitur in veteri matricula: *Item in fixis redditibus et institutione prædiorum dotalium 2 flor. 7 Schäffel Korn***) *et 5 Haabern, Item ex missa hebdomadali 2 ℔ dl. Item in confessionalibus habet, ut æstimat, ad 5 flor. Item panes primitiales ad 10 flor.* Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis creduntur ascendere posse ad 1600 florenos. Condecimatores adsunt plurimi, et quidem monasterium Inderstorff, collegium Soc. Jesu Monachii, monasterium monialium auf der Stiegen zu München, Beneficiatus ad s. Spiritum Frisingæ, hospitale s. Spiritus Monachii, hospitale in Weix, Camera episcopalis Frisingensis, das Churfürſtliche Caſten-Ambt zu München; item Domini hoffmarchiales in Haimbhauſen, Hilgertshauſen, Reichershauſen prope Illmünſter, Cammerberg,

---

*) III. 713. — Vgl. §§. 398. 512. 685, die tabellariſche Diöceſanbeſchr. (S. 62. 63. 70 u. 71). Weſtenrieders Beſchreibung des Landgerichts Dachau (S. 53 — 55.), deſſen Beyträge (IV. 293 — 295) und das oberbayeriſche Archiv (VII. 108. 113. 134 — 136. VI. 42 — 44. 274). — Im Jahre 1804 wurde Vierkirchen in zwey Pfarreyen abgetheilt. Wisheu, Regiſtrator des Ordinariates Freyſing, hat hierüber der Schmidtiſchen Matrikel nachſtehende Bemerkung beygeſetzt:

Parochia Vierkirchen modo in duas divisa est, nempe in eam, quae adhuc nomen Vierkirchen fert, et in Parochiam Giebing, ad quarum primam pertinent Vierkirchen, Ebersbach, Engelbrechtsmühl, Zielhofen, Albertshofen, *Jedenhofen*, *Pasenbach*, Esterhofen, Breitenwies, Daxberg, *Rettenbach*, Ober-Wiedenhof, Ramersbach, Unterwiedenhof, Mitterwiedenhof, *Biberbach*, Hoergerbach, *Rudelzhofen*, *Riedenzhofen*. Ad secundam pertinent Giebing, Lauterbach, *Kamerberg*, Gramling, Pachenhausen, *Viehbach*, Milbertshofen. Vid. desuper instrumentum de dato 5. Dec. 1804. D.

**) III. 714.

Deittenhofen, Paſenbach, die Baron Joneriſche Erben, Fräule von Ligſalz in München, der Prey von Inderſtorff und der Höchel zu Paſenbach. Vicarius parochialis a potiori habet tertiam partem decimarum in tota Parochia. Econtra tenetur alere Cooperatorem, qui habitat*) in Vierkirchen, et Beneficiatus in Giebing pariter agit vices Cooperatoris et a memorato Vicario recipit certum salarium et stolam. Item ex hac Parochia Reverendissimum capitulum cathedrale recipit annuam pensionem, nunc 600 florenorum. Item Widumb-Steur 12 fl., Jäger-Gelt 3 fl., ad seminarium episcopale 5 fl., cathedraticum et ad fabricam ecclesiæ cathedr. 32 kr. In veteri matricula reperiuntur hæc verba: *Item dicta ecclesia incorporata est capitulo ecclesiæ Frisingensis pro 76 flor. 1 ℔ 22 dl. Item Jäger-Gelt ad Monacum 3 flor. Item Vogtey* 24 Ducaten *et* 1 Ducaten *in summa incorporationis superioris contenta. Item habet duos Cooperatores, quibus dat tabulam et 5 ℔ dl. cuilibet; habentur eorum habitationes in quodam granario prope domum dotis sito.* — Domus parochialis cum pertinentiis est honestæ structuræ et non**) patitur magnos defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1360 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Vierkirchen habet alias novem ecclesias filiales, nempe in Jedenhoffen, Rettenbach, Giebing, Cammerberg, Pasenbach, Viebach, Riedenzhofen, Ruedelzhoffen, Biberbach. Item adsunt capellæ in arce Cammerberg et in arce Pasenbach.

4. Ecclesiæ parochialis in Vierkirchen fabrica est inter rurales communis notæ. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi Apostoli majoris, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria B^mæ^ Virginis et s. Sebastiani martyris.

Divina hic fiunt omnibus diebus***) dominicis et festivis, exceptis dedicationibus in Pasenbach, Jedenhoffen et Rettenbach, nec non festo s. Nicolai. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo s. Jacobi Apostoli. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis necessariis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem et Præfectum electoralem in Dachau. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 1500 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Jedenhoffen.

5. Ecclesia hæc paupercula, modici et vetusti operis, unum habet altare, in honorem s. Nicolai Episcopi consecratum.†) Divina

---

*) III. 715. **) III. 716. ***) III. 717. †) III. 718.

hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis, et in festo patrocinii s. Michaelis et feria II. post dedicationem solet hic celebrari anniversarium. — Area hujus ecclesiæ quidem adest, sed sine sepulturis. Sacristia provisa est paramentis paucis, quæ solent etiam huc deportari ex ecclesia parochiali. In turri sunt duæ campanulæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem et Præfectum electoralem in Crandtsperg. Das Vermögen, ſo in wenigen beſtehen wirdet, iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten dermahlen nit wüſſlich.

Ecclesia filialis ss. Nicolai et Magdalenæ in Rettenbach.

6. Ecclesia hæc modicae et pervetustæ est*) structuræ. Habet altare unum, in quo celebratur, ss. Nicolao Episcopo et Magdalenæ sacrum. Adsunt quidem aræ duæ laterales, sed non consecratæ nec ad celebrandum aptæ. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ coincidit cum festo s. Magdalenæ, et in festo s. Nicolai Episcopi, et in feria IV. rogationum, ubi hæc ecclesia visitatur processione. — In area hujus ecclesiæ nullæ sunt sepulturæ. Sacristia habet paramenta pauca et necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gotts-hauſes ſolle diſer Zeit gegen 1000 fl. betreffen.

*Ecclesia filialis s. Michaelis in Giebing**).*

7. Ecclesia hæc inter rurales quoad fabricam***) notæ est communis. Habet tria altaria:

Altare majus est dedicatum honoribus s. Michaelis Archangeli. In eo asservatur Sanctissimum.

Altaria s. Leonardi Abbatis et s. Sylvestri.

In hac ecclesia extat fundatum Beneficium, de quo in veteri matricula ita legitur: *Item habet in Parochia et capella in Giebing Capellanum seu Primissarium non confirmatum, ad voluntatem Plebani et vitricorum suscipiendum de anno ad annum, cui dictæ filialis ecclesiæ vitrici pro salario annuo solvunt 24 ℔ dl. Habet idem Capellanus residentiam et prædiolum colendum.* Non reperitur in actis ecclesiasticis hujus Beneficii fundatio; dicitur tamen in actis visitalibus, illud fuisse fundatum ex bonis ecclesiæ, et illius patronum esse Vicarium parochialem in Vierkirchen et vitri-

---

*) III. 719.

**) Giebing beſteht ſeit dem Jahre 1804 als eine Pfarrey mit dem oben in der Note zu Nro. 1 angegebenen Umfange. Die dortige Beneficialſtiftung iſt mit der Pfarrey verbunden. D.

***) III. 720.

cos ecclesiæ filialis in Giebing, licet in libro investiturarum ab ao. 1689*) solus Vicarius ut patronus inscriptus legatur. Obligatio Beneficiati est juxta prædicta acta visitalia, ut legat duas missas hebdomadales, et hoc ex traditione tantum, uti ibidem asseritur, quatenus populus audire valeat missam infra septimanam. Recipit inde Beneficiatus ab hac ecclesia 27 fl. 55 kr. et decimæ in Bachenhausen circiter valent 18 fl. et ex manso potest circiter tollere 25 fl. Domus beneficialis est competens habitatio. Insuper Beneficiatus agit vices Cooperatoris et tenetur invigilare curæ animarum in Giebing et Cammerberg, ac solvit eidem exinde Vicarius parochialis in Vierkirchen annuos 50 florenos. Modernus Beneficiatus est R. D. Jacobus May, ao. 1730 investitus. Non dat primos fructus, ad seminarium autem episcopale 1 fl. Reperitur tamen annexum matriculæ, ao. 1689 Beneficiatum tunc investitum pro primis fructibus dedisse 10 florenos**). Vitus Adamus Episcopus Frisingensis ao. 1651 sub dato 11. Maji consensum dedit, ut Beneficiatus in Giebing simul etiam possit ibidem servire loco Cooperatoris.

8. Divina præter missas beneficiales hic fiunt in diebus dominicis et communioribus diebus festivis alternative cum ecclesia in Cammerberg. Festa item Apostolorum hic celebrantur, exceptis ss. Petri et Pauli, et etiam s. Joannis Baptistæ, quæ celebrantur in Cammerberg. Item in feria III. Pentecostes et in festo s. Michaelis et Sylvestri hic celebratur prima missa, et feria II. rogationum hæc ecclesia visitatur processione. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in feriam II. Pentecostes; patrocinium vero celebratur in festo s. Michaelis Archangeli. — Cœmeterium hic adest cum sepulturis et ossuario. Sacristia competentibus paramentis instructa est. In turri sunt duæ campanæ benedictæ***). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem in Vierkirchen et Præfectum electoralem in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 4000 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Cammerberg.

9. Ecclesia hæc reparatione indiga tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare Christi agonizantis et altare ss. Francisci Seraphici, Xaverii et de Paula. — Divina hic fiunt in Dominicis et festis per annum communioribus alternative cum ecclesia in Giebing, festa autem †) primaria et B^{mæ} Virginis in hac ecclesia celebrantur. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Joannis Baptistæ, patrocinium vero ad festum s. Joannis Bapt. Solent

*) III. 721. **) III. 722. ***) III. 723. †) III. 724.

etiam hic fieri benedictiones cinerum, palmarum et cereorum. — Adest etiam hic baptisterium et cœmeterium cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis decentibus. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem in Vierkirchen et Dominum hoffmarchialem, qui defacto est Dominus Baro de Füll. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Capella s. Georgii in arce Cammerberg.

10. Hæc capella in arce Cammerberg unum*) habet altare, in honorem s. Georgii martyris dedicatum, in quo colitur particula s. Crucis. In hac capella Beneficiatus habet Beneficium manuale duarum missarum hebdomadalium in eadem celebrandarum et gaudet exinde fructibus certorum agrorum. Divina alias hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in festum s. Georgii, item in festo s. Catharinæ. — Capella cæteroquin provisa est paramentis valde decentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Ipsa autem capella conservatur a Domino arcis, qui est Dominus Baro de Füll.

Ecclesia filialis s. Annæ in Pasenbach.

11. Hæc ecclesia ornatioris est structuræ, in qua videntur multa monumenta familiæ Barthianæ. Altaria adsunt tria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Annæ et s. Leonardi Abbatis, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce, et altaria s. Sebastiani martyris et s. Viti etc. martyrum.

Anno 1624 nobiles Domini Bernardus et Balthasar Barth ab Harmating et Pasenbach fundaverunt Beneficium, vi cujus præter alias functiones juxta acta visitalia de annis 1705 et 1712 Beneficiatus tenetur celebrare tria sacra hebdomadalia, et quantum ex instrumento fundationis, quod reperitur in actis ecclesiasticis, colligitur, etiam in diebus dominicis et festivis tenetur ad celebrandam missam solennem. Accessit deinde alia fundatio, vi cujus Beneficiatus debeat celebrare diebus Veneris officium de Requiem; constat etiam ex instrumento fundationis, Vicarium parochialem in Vierkirchen vel saltem ejus Cooperatorem***) ad tres missas hebdomadales in hac ecclesia celebrandas teneri. Proventus beneficiales secundum acta prædicta consistunt in 300 florenis annuis, quæ sumuntur ex summis capitalibus ad has fundationes destinatis. Item habet Beneficiatus vi eorundem actorum tria jugera agrorum in singulis campis excolenda et domum habitationis propriam. Jus patronatus est penes familiam Barthianam, et quidem penes eum,

---

*) III. 725. **) III. 726. ***) III. 727.

qui hoffmarchiae Pasenbach Dominus est. — Modernus Beneficiatus est R. D. Simon Jacob, ao. 1709 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.

12. Divina alias in hac ecclesia peraguntur in dedicatione (Dominica ante festum s. Matthaei) et in festo patrocinii ss. Annae et Leonardi; item in feria III. Paschatis et Pentecostes et in festo ss. Innocentium martyrum. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet*) paramenta valde decentia. In turri sunt campanae duae benedictae. — Proventus ecclesiae curantur a Vicario parochiali in Vierkirchen et a Domino hoffmarchiali in Pasenbach, qui est praenobilis Dominus de Barth.

Capella in arce Pasenbach non consecrata nunc cum suo altari sub reparatione est**).

Ecclesia filialis s. Laurentii in Viebach.

13. Ecclesia haec inter rurales communis notae altaria habet tria: Altare majus, dedicatum s. Laurentio, in quo asservatur Sanctissimum, altare B[mae] Virginis et altare s. Sebastiani martyris. — Divina hic (praesertim juxta decisionem Concilii ecclesiastici sub dato 29. Aug.***) 1712) ordinarie fiunt in tertia Dominica; item in feria II. Paschatis et Pentecostes, item in festis ss. Sebastiani et Floriani. Dedicatio celebratur in Dominica II. post festum s. Michaelis, patrocinium autem in festo s. Laurentii martyris. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Administrantur proventus hujus ecclesiæ a Vicario parochiali in Vierkirchen et Præfecto electorali in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 1000 fl. austreffen.

Ecclesia filialis ss. Petri et Pauli in Ruedelzhoffen.

14. Ecclesia hæc humida et ruinosa, altaria quidem habet tria, quorum tamen lateralia non sunt apta ad sacrificium, altare autem majus est consecratum in honorem ss. Petri et Pauli. †) Divina hic ordinarie fiunt in festis Apostolorum, exceptis ss. Jacobi, Bartholomæi et Joannis Evangelistæ. Item hic divina fiunt in festo ss. Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Jacobi, patrocinium autem in festo ss. Apostolorum Petri et Pauli. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis.

*) III. 728.

**) Am Rande der Matrikel iſt bemerkt, daß die Schloßcapelle zu Paſenbach i. J. 1739 conſecrirt worden ſey. Im Jahre 1843 wurde dieſelbe wieder execrirt. D.

***) III. 729. †) III. 730.

Sacristia tenet paramenta pauca et necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Curantur proventus hujus ecclesiæ a Vicario parochiali in Vierkirchen et a Præfecto electorali in Dachau. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet wenig yber 200 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Lantperti in Riedenzhoffen.

15. Ecclesia hæc, ante 18 annos reædificata et consecrata, altaria tria habet*): Altare majus, consecratum in honorem s. Lantperti Episcopi, altare B^{mæ} Virginis et altare s. Ursulæ virginis martyris. — Res divina hic peragitur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis. Item in festo patrocinii, quod celebratur in festo s. Lantperti (die 19. Sept.) pro stipendio a rusticis solvendo, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1705. Item hic a Cooperatore in Vierkirchen dicitur missa hebdomadalis liberæ tamen applicationis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii supradicti et Præfecti**) electoralis in Dachau. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit kaum 200 fl. erraichen.

Ecclesia filialis s. Martini in Biberbach.

16. Ecclesia hæc reparata tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Annæ et altare s. Bartholomæi. — Divina hic communiter fiunt in duabus Dominicis et tertia in Viebach; item in Dominicis palmarum, Paschatis, Pentecostes et in Dominicis angarialibus; item in festis B. M. V. et in festis ss. Bartholomæi et Joannis Evangelistæ***). Dedicatio incidit in Dominicam ante festum nativitatis B^{mæ} Virginis, patrocinium vero celebratur in festo s. Martini Episcopi. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt campanæ benedictæ duæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem in Vierkirchen et Præfectum electoralem in Dachau. Das völlige Vermögen dieſes Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 2500 fl. bezeigen.

---

*) III. 731. **) III. 732. ***) III. 733.

Index Vol. III.

Achenrain, capella, p. 283. §. 186. n. 9. Adelberg, eccl. fil. p. 508. §. 202. n. 6. Aibling, Par. p. 1. §. 167. Aich, fil. p. 438. §. 196. n. 5. Aing, Par. p. 81. §. 171. Aising, fil. p. 267. §. 185. n. 12. Alb, fil. p. 221. §. 182. n. 8. Altenburg, cap. p. 305. §. 187. n. 12. Amelgering, fil. p. 500. §. 201. n. 11. Amperpettenbach, fil. p. 670. §. 215. n. 6. Angath, Par. p. 101. §. 172. Angerskirchen, fil. p. 419. §. 195. n. 20. Apercha, fil. p. 655. §. 213. n. 8. Armstorff, fil. p. 480. §. 200. n. 7. Arzbach, fil. p. 591. §. 207. n. 8. Ascha, cap. p. 88. §. 186. n. 14. Au, Par. p. 109. §. 173. Aufhaimb, fil. p. 304. §. 187. n. 11. Aurdorf, fil. p. 153. §. 177. n. 5.

Berbling, Par. p. 123. §. 174. Beurbach, Par. p. 367. §. 193. Biber, fil. p. 161. §. 177. n. 12. Biberbach, fil. p. 732. §. 220. n. 16. Braittenau, fil. p. 695. §. 217. n. 8. Burkharting, fil. p. 363. §. 192. n. 9.

Cammerberg, fil. p. 723. §. 220. n. 8. Claus, fil. p. 468. §. 199. n. 7. Creutz, fil. p. 542. §. 204. n. 11. Creutzholzhausen, Par. p. 565. §. 205. Cronau, fil. p. 249. §. 184. n. 5.

Dachau, Par. p. 595. §. 208. Daxmating, fil. p. 348. §. 191. n. 5. Degerndorf, fil. p. 164. §. 177. n. 14. Deutenhausen, fil. p. 690. §. 217. n. 5. Deutenhofen, cap. p. 628. §. 210. n. 5. Diepertskirchen, fil. p. 115. §. 173. n. 6. Dorffen, Par. p. 393. §. 195. Duntenhausen, Par. p. 129. §. 175.

Ebering, fil. p. 494. §. 201. n. 6. Eberspoint, fil. p. 453. §. 198. n. 6. Eglhausen, fil. p. 640. §. 211. n. 11. Eitlsried, fil. p. 695. §. 217. n. 9. Ellbach, Par. p. 139. §. 176. Ellendtskirchen, fil. p. 95. §. 171. n. 12. Ellmosen, fil. p. 14. §. 167. n. 15. Engelscholding, fil. p. 524. §. 203. n. 6. Erlach, fil. p. 540. §. 204. n. 9. Erlbach, fil. p. 444. §. 197. n. 6. Esterndorff, fil. p. 412. §. 195. n. 14. Eybach, fil. p. 414. §. 195. n. 16. Etzenhausen, fil. p. 607. §. 208. n. 15.

Fagen, fil. p. 174. §. 178. n. 6. Falckenstain, cap. p. 167. §. 177. n. 16. Farentshausen, fil. p. 651. §. 213. n. 5. Feldtdolling, fil. p. 303. §. 187. n. 10. Feldtgeding, fil. p. 697. §. 217. n. 7. Flindtspach, Par. p. 147. §. 177. Frauenbergl, cap. p. 283. §. 186. n. 10. Frauenriedt, fil. p. 228. §. 182. n. 12. Freidling, fil. p. 224. §. 197. n. 8. Fuessberg, fil. p. 571. §. 205. n. 6. Fürstædt, fil. p. 67. §. 169. n. 7.

Gebenspach, fil. p. 539. §. 204. n. 8. Geiselbach, fil. p. 356. 410. §. 192. n. 5. §. 195. n. 13. Geislpuellach, cap. p. 695. §. 217. n. 10. Georgenzell, fil. p. 528. §. 204. n. 7. Getting, Par. p. 169. §. 178. Giebing, fil. p. 719. §. 220. n. 7. Giftthall, fil. p. 548. §. 204. n. 16. Gindting, fil. p. 578. §. 205. n. 6. Gobbertshoffen, fil. p. 608. §. 208. n. 16. Grienbach, fil. p. 523. §. 203. n. 5. Grientegernbach, Par. p. 519. §. 203. Grossenholzhausen, Par. p. 199. §. 181. Grossen-Neebach, fil. p. 621. §. 209. n. 9. Grueb, fil. p. 98. §. 171. §. 13.

Haimhausen, Par. p. 611. §. 209. Hamperstorff, fil. p. 425. §. 195. n. 25. Happing, fil. p. 260. §. 185. n. 7. Hebertshausen, Par. p. 625. §. 210. Hechenkirchen, fil. p. 299. §. 187. n. 7. Hechenrain, fil. p. 75. §. 170. n. 5. 6. Helffendorff, fil. p. 86. §. 171. n. 6. Herschenhofen, fil. p. 637. §. 211. n. 9. Hiltmaring, fil. p. 135. §. 175. n. 6. Hochencammer, Par. p. 629. §. 211. Hochendilching, fil. p. 298. §. 187. n. 6. Hochenpercha, Vic. p. 643. §. 212. Hochenpolding, fil. p. 497. §. 201. n. 9. Hochstædt, Par. p. 181 §. 179. Hœgling, Par. p. 191. §. 180. Hœrnzhausen, fil. p. 622. §. 209. n. 10. Hoff, fil. p. 375. §. 193. n. 8. Hoffberg, fil. p. 97. §. 171. n. 13. Hoffkirchen, Par. p. 345. §. 191. Hoffstaring, fil. p. 492. §. 201. n. 5. Holzen, fil. p. 445. §. 197. n. 7. Holzhausen, Par. p. 199. §. 181. fil. p. 120. §. 181. §. 173. n. 9. Huebenstain, cap. p. 387. §. 194. n. 7.

Jacobsberg, fil. p. 134. §. 175. n. 5. Jaibing, fil. p. 421. §. 195. n. 21. Jarzt, Par. p. 647. §. 213. Jedenhoffen, p. 717. §. 220. n. 5. Jettenstætten, fil. 534. §. 204. n. 5. Inhausen, fil. p. 616. §. 209. n. 7. Innerthann, fil. p. 136. §. 175. n. 5. Inning, fil. p. 509. §. 202. n. 7. Inzemos, Par. p. 659. §. 214. Johanniskirchen, fil. p. 456. §. 198. n. 7. Irschenberg, Par. p. 211. §. 182.

Kalling, cap. p. 389. §. 194. n. 8. Katzbach, fil. p. 423. §. 195. n. 23. Kemathen, fil. p. 226. §. 182. n. 11. Kienraching, fil. p. 418. §. 195. n. 19. Kiefersfelden, fil. p. 158. §. 177. n. 9. Kirchberg, fil. p. 495. §. 201. n. 7. Kirchdorff, Par. p. 69. §. 170. fil. 264. §. 185. n. 10. Kirchstetten, fil. p. 457. 525. §. 198. n. 8. §. 203. n. 7. Kleinholz, fil. p. 236. §. 183. n. 6. Klein-Inzemos, fil. p. 662. §. 214. n. 5. Kleinsœhl, fil. p. 277. §. 186. n. 5. Kleinvelden, fil. p. 543. §. 204. n. 12. Kochelhaimb, fil. p. 350. §. 191. n. 7. Kœging, fil. p. 359.

§. 192. n. 7. Kollbach, Par. p. 665. §. 215. Kopfspurg, cap. p. 341. §. 190. n. 8. Kronau, fil. p. 249. §. 184. n. 5.

Landerstorff, fil. p. 409. §. 195. n. 12. Landl, cap. p. 243. §. 183. n. 11. Langenkampfen, Par. p. 231. §. 183. Lappach, fil. p. 467. §. 199. n. 6. Laus, fil. p. 43. §. 171. n. 11. Lauterbach, fil. p. 654. §. 213. n. 7. Lengdorff, Par. p. 333. §. 190. Lindten, fil. p. 178. §. 178. n. 7. Lindumb, fil. p. 417. §. 195. n. 18. Litzeldorf, fil. p. 118. §. 173. n. 8.

Madron, eccl. p. 207. §. 181. n. 8. Mainbach, fil. p. 481. §. 200. n. 8. Margarethenzell, fil. p. 313. §. 189. Marienberg, fil. p. 64. 452. §. 169. n. 5. §. 198. n. 5. Marienstain, p. 105. §. 172. n. 5. Martiniberg, fil. p. 458. §. 198. n. 9. Masslsperg, fil. p. 384. §. 194. n. 5. Maxlrain, cap. p. 137. §. 175. n. 8. Matzbach, fil. p. 339. §. 190. n. 6. Mietraching, fil. p. 20. §. 167. n. 18. Milldorff, fil. p. 636. §. 211. n. 8. Mittenkirchen, fil. p. 173. §. 178. n. 5. Mittermarbach, fil. p. 635. §. 211. n. 7. Mitterndorf, Par. p. 575. §. 206. Moching, Par. p. 673. §. 216. Mosen, Par. p. 329. §. 194. fil. p. 485. §. 200. n. 12. Moserthall, cap. p. 279. §. 186. n. 7. Münster, fil. p. 547. §. 204. n. 15.

Neebach, fil. p. 622. §. 209. n. 9. Neuenfraunhoffen, fil. p. 536. §. 204. n. 6. Niclashaag, fil. p. 544. §. 204. n. 13. Niclasreith, fil. p. 218. §. 182. n. 7. Niderstraubing, fil. p. 499. §. 201. n. 10. Niernstorff, fil. p. 634. §. 211. n. 6.

Oberpachern, fil. p. 692. §. 217. n. 6. Oberreith, fil. p. 302. §. 187. n. 9. Oberrhain, fil. p. 250. §. 184. n. 6. Oberschiltern, fil. p. 483. §. 200. n. 10. Ostermünchen, Par. p. 245. §. 184. Ottering, fil. p. 312. §. 202. n. 9. Ottershausen, fil. p. 619. §. 209. n. 8.

Pachern, fil. p. 591. §. 207. n. 7. Pæsenbach, fil. p. 725. §. 220. n. 11. Pang, Par. p. 253. §. 185. Pauluszell, fil. p. 546. §. 204. n. 14. Peiss, fil. p. 92. §. 171. n. 10. Pellhaimb, Par. p. 585. §. 207. Pelka, fil. p. 656. §. 213. n. 9. Peurbach, Par. p. 367. §. 193. Pfaffenhoffen pr. Rosenhaimb, Vic. p. 59. §. 169. Pfaffing, fil. p. 216. §. 182. n. 5. Pfraundorff, fil. p. 261. §. 185. n. 8. Pfronbach, Par. p. 461. §. 196. Pierbach, fil. p. 510. §. 202. n. 8. Pluemthall, fil. p. 348. §. 191. n. 5. Pœrkirchen, Par. p. 687. §. 217. Polln, cap. p. 609. §. 208. n. 17. Praittenbach, Par. p. 271. §. 186. Praithenweyern, fil. p. 514. §. 202. n. 11. Pramberg, fil. p. 163. §. 177. n. 13. Pranenberg, fil. p. 202. §. 181. n. 5. Prantenberg, fil. p. 285. §. 186. n. 12. Prittelbach, fil. p. 606. §. 208. n. 14. Puech am Erlbach, Par. p. 439. §. 197. Puechschlagen, fil. p. 569. §. 205. n. 5.

Puelach, cap. p. 24. §. 167. n. 21. Pürkha, cap. p. 501. §. 201. n. 12. Pürkhenstein, cap. p. 312. §. 188. n. 6.

Redenfeldt, fil. p. 263. §. 185. n. 9. Reicherstorff, fil. p. 362. §. 192. n. 8. Reisach, Cap. p. 165. §. 177. n. 15. Reischenhart, fil. p. 265. §. 185. n. 1. Reith, fil. p. 374. §. 193. n. 7. p. 541. §. 204. n. 10. Rettenbach, fil. p. 386. 416. 718. §. 194. n. 6. §. 195. n. 17. §. 220. n. 6. Riedenzhoffen, fil. p. 730. §. 220. n. 15. Rining, fil. p. 424. §. 195. n. 24. Rœrmosen, Par. p. 697. §. 218. Rosenhaimb, Par. p. 27. §. 168. Rothenschwaig, fil. p. 581. §. 206. n. 8. Ruedelshoffen, fil. p. 719. §. 220. n. 14. Rueprechtsberg, Par. p. 449. §. 198. fil. p. 399. §. 195. n. 5. Rumeltshausen, Par. p. 707. §. 219.

Schecha, fil. p. 187. §. 179. n. 7. Schiltern, fil. p. 483. §. 200. n. 10. Schlegelsreith, fil. p. 541. §. 204. n. 10. Schlips, fil. p. 638. §. 211. n. 10. Schoenbrunn, fil. p. 482. 702. §§. 200. n. 9. 218. n. 6. Schreding, fil. p. 496. §. 201. n. 8. Schwarzenlackhen, cap. p. 206. §. 181. n. 7. Schwindtau, Par. p. 461. §. 199. Schwindtkirchen, Par. p. 473. §. 200. Sigertshoffen, fil. p. 572. §. 205. n. 7. Simertshausen, fil. p. 700. §. 218. n. 5. Staffing, fil. p. 413. §. 195. n. 15. Stainbach, fil. p. 373. §. 193. n. 6. Stainberg, fil. p. 289. §. 186. n. 15. Stainkirchen, Par. p. 489. §. 201. fil. p. 580. §. 206. n. 6. Strassmühl, cap. p. 278. §. 186. n. 6. Sulding, fil. p. 358. §. 192. n. 6. Sulzrain, fil. p. 679. §. 216. n. 7.

Tattendorf, fil. p. 217. §. 182. n. 6. Tattenhausen, fil. p. 184. §. 179. n. 5. Tauffkirchen, Par. p. 503. §. 202. Tegernbach, fil. p. 513. §. 202. n. 10. (cf. Grüentegernbach & Wasentegernbach). Thall, fil. p. 78. §. 170. n. 7. Than, fil. p. 16. 340. 435. §. 167. n. 16. §. 190. n. 7. §. 196. n. 6. Thierberg, fil. p. 238. §. 183. n. 8. Thiersee, fil. p. 238. §. 183. n. 9. Thürhaimb, fil. p. 23. §. 167. n. 19.

Unterdarching, fil. p. 296. §. 187. n. 5. Unterpachern, fil. p. 591. §. 207. n. 7. Unterpruckh, cap. p. 657. §. 213. n. 10. Unterschiltern, fil. p. 484. §. 200. n. 11. Urfahrn, fil. p. 165. §. 177. n. 15.

Valley, Cap. p. 305. §. 187. n. 13. Vatterstorff, fil. p. 443. §. 197. n. 5. Velddolling, fil. p. 303. §. 187. n. 10. Velden, Par. p. 529. §. 204. (Klainvelden, fil. p. 543. §. 204. n. 12.) Veldkirchen, Par. p. 293. §. 187. Velgeding, fil. p. 693. §. 217. n. 7. Viebach, fil. p. 728. §. 220. n. 30. Vierkirchen, Par. p. 713. §. 220. Vils, fil. p. 422. §. 195. n. 22. Vischbachau, Par. p. 307. §. 188. Voldepp, fil. p. 280. §. 186. n. 8.

Wambach, Par. p. 353. §. 192. Wasentegernbach, fil. p. 477. §. 200. n. 5.

Watzling, fil. p. 337. §. 190. n. 5. Webling, fil. p. 580. §. 206. n. 7. Weegkirchen, fil. p. 581. §. 206. n. 8. Weichenlindten, fil. p. 144. §. 180. n. 4. Weidach, cap. p. 284. §. 186. n. 11. Weilbach, fil. p. 589 & 680. §. 207. n. 6. & §. 216. n. 8. Westerhaimb, fil. p. 23 & 301. §. 167. n. 20 & §. 187. n. 8. Westerndorff, fil. p. 65. 268. 652. §. 169. n. 6. §. 185. n. 13. §. 213. n. 6. Wiex, fil. p. 117. §. 173. n. 7. Willing, fil. p. 18. §. 167. n. 17. Wilpertiug, fil. p. 222. §. 182. n. 9. Wimpassing, fil. p. 507. §. 202. n. 5. S. Wolfgang, Par. p. 461. §. 199.

Zeilhoffen, fil. p. 426. §. 195. n. 26. Zell, fil. p. 237. §. 183. n. 7.

Matricula

seu

plena descriptio dioecesis frisingensis.

Vol. IV.

Continens Decanatus rurales Gündelkoviensem, Günzelhoviensem, Græfingensem et Hirtlbacensem.

Anno MDCCXXXIX.

VIII.

DECANATUS RURALIS

GÜNDELKOVIENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

S. CORBINIANI.

Parochiæ

Decanatus ruralis Gündelkoviensis.

	Pag.	§.
Gündelkoffen	1.	221.
Gamerstorff	19.	223.
Hergoltshausen	43.	226.
Margarethenriedt	11.	222.
Maurn	25.	224.
Priel	63.	228.
Pruckhberg	33.	225.
Schweinerstorff	55.	227.
Thondorff	75.	230.
Volkhmanstorff *)	71.	229.

*) Zum Decanate Gündlkofen, welches an das Bisthum Regensburg angrenzet, gehört nunmehr auch die im erſten Bande (S. 316—319) beſchriebene Stadtpfarrey Moosburg, ſammt dem ehemaligen Vicariate (jetzt Filialbezirke) Thonſtätten (S. 320). D.

§. 221.

Parochia s. Petri Apostoli in Gündlkhoffen*).

1. Haec Parochia teste antiqua matricula est incorporata monasterio monialium ordinis Cisterciensis in Seelingthall prope urbem Landishutanam; unde Abbatissa et conventus dicti monasterii habet jus praesentandi Parochum ab Ordinario investiendum. Modernus Parochus est R. D. Bartholomaeus Schredel, hujus capituli ruralis Decanus, ao. 1715 investitus. Dat pro primis fructibus 60 florenos.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, decimis et accidentiis stolae. Acta etiam ecclesiastica alia tria praedia dotalia denotant, nempe unum in Eggerſtorff, alterum in Attenhauſen et tertium in Widerſtorff. Redditus parochiales censentur ascendere ferme ad 1500 florenos. Parochus tenetur alere Cooperatorem eique praestare salarium et victum. Condecimator quidem nullus adest, ex pluribus tamen praediis Parocho decimae non praestantur**). Steura (die Widumbs-Steur) non solet exigi, sicuti neque das Jägergelt. Antiqua quidem matricula denotat *Jägergelt 1 ß. dl. et Præfecto in Rottenburg Vogtey 1 fl.*, quae tamen praestationes hoc tempore non exiguntur. Tenetur tamen Parochus, monasterio in Seelingthall in recognitionem incorporationis solvere annuam pensionem 100 florenorum et 50 Pfundt Flax und 10 Pfundt Wax et ad seminarium episcopale 5 florenos, nec non cathedraticum 24 kr. — Domus parochialis cum horreo et stabulis est potissimum ligneæ, sed honestae structurae.

Communicantes hujus Parochiae novissime 635 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Gündlkoffen habet quatuor ecclesias filiales, nempe in Attenhausen, Eggerstorff, Reicherstorff et Pruggberg***).

4. Ecclesiæ parochialis & turris fabrica defacto multum est ruinosa et magna reparatione indiga. Habet quatuor altaria †):

---

*) IV. 1. — Vgl. §§. 386. 498. 684 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. S. 160 und 161. D.

**) IV. 2.

***) Jetzt gehört zu Gündlkofen auch die Filiale Beutelhauſen, früher eine Parcelle der Pfarrey Altdorf im Biſthum Regensburg. D.

†) IV. 3.

Altare majus est dedicatum honoribus s. Petri Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum & publicæ venerationi exponi solent duæ authenticæ particulæ ss. martyrum Joannis & Pauli. — *Altare Bmæ Virginis.* Ad hanc aram acta ecclesiastica indicant missam singulis diebus Sabbati celebrandam, de qua tamen nec in veteri matricula, nec in novissimis actis visitalibus aliquid reperitur. (*Vide mox infra ad ecclesiam in Attenhausen*). — *Altaria s. Annæ & s. Crucis.* Altare s. Crucis privilegiatum est singulis diebus Veneris pro *confraternitate* s. Crucis pro felici agone hic instituta & magistratum proprium habente. Hic etiam colitur particula de s. Cruce ipsaque imago Crucifixi hujus altaris beneficiis claret *).

Divina in hac ecclesia parochiali ordinarie fiunt singulis diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Michaelis. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Sacristia provisa est paramentis competentibus. Adest cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus sunt sub cumulativa administratione Parochi loci & Abbatissæ in Seeligenthall, quæ Domina est hujus hoffmarchiæ. Das völlige Vermögen diſes Pfarrgottshauſes wirdet ſich diſer Zeit über 500 fl. ſchwärlich belauffen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Attenhausen.

5. Hujus ecclesiæ fabrica inter rurales communis est notæ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Stephani **) protomartyris, in quo asservatur Sanctissimum & oleum infirmorum, et altaria Bmæ Virginis & s. Martini Episcopi.

Divina hic peraguntur in omnibus diebus festivis, exceptis tamen ecclesiarum patrociniis; item semper in Dominica tertia, alternando cum ecclesiis in Eggerstorff & Pruckhberg. Communitas hujus loci prætendit etiam missam hebdomadalem diebus Martis celebrandam, quæ tamen videtur esse in lite. Item in actis ecclesiasticis adsunt litterarum copiæ de annis 1361 & 1376, vi quarum Ulricus Gartner de Attenhausen missam fundavit sabbatinam, in ecclesia parochiali in Gündlkoffen in ara Bmæ Virginis celebrandam, (de qua supra dictum) & quatuor missas angariales cum quatuor aliis post festa Paschatis, Pentecostes, s. Michaelis & Nativitatis Domini in hac ecclesia filiali dicendis. Ad has fundationes idem Garttner ordinavit ex suo prædio vierthalb Schilling ***) Regenſpurger-Pfenning; postea tamen Henricus, Stephanus & Fridericus Liſelſtorffer (Linſelſtorfer) von Fürth vigore earundem litterarum dicuntur proprietatem prati (aines halben Tagwerkhs Wismath, gelegen zu Ranerzhoffen, der Grauenbach genanndt) ad easdem fundationes cessisse.

---

*) IV. 4. **) IV. 5. ***) IV. 6.

Dedicatio hujus ecclesiæ filialis celebratur Dominica post nativitatem Bmæ Virginis, patrocinium vero in festo s. Stephani protomartyris. — Sacristia habet paramenta necessaria. Adest cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus loci cumulative cum Præfecto electorali in Rottenburg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 1800 fl. auswerffen.

Ecclesia filialis ss. Joann. Bapt. & Ev. in Eggerstorff.

6. Ecclesia hæc multum ruinosa est. Habet duo altaria*): Altare majus, dedicatum honoribus ss. Joann. Bapt. & Evangelistæ, et altare s. Antonii Abbatis.

Divina hic ordinarie peraguntur Dominica tertia, item in festo s. Antonii Abbatis. Dedicatio celebratur Dominica ante festum nativ. B. V. M., patrocinium vero in festis ss. Joann. Bapt. & Evangelistæ. — Sacristia habet paramenta necessaria. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus loci cum Præfecto electorali Rottenburgensi. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich nit vill yber 300 fl. belauffen.

Ecclesia filialis ss. Laurentii & Udalrici in Reicherstorff.

7. Ista ecclesia nunc ferme totaliter de novo ædificata, sed necdum consecrata est**). Habet unicum altare, honoribus ss. Laurentii & Udalrici erectum. — Divina hic fiunt ordinarie in festo s. Laurentii, quo etiam hactenus celebrabatur dedicatio ecclesiæ. Item in festo s. Udalrici, feria III. Paschatis & in festo ss. Innocentium martyrum. — Sacristia adest provisa paramentis exiguis, non autem cœmeterium & sepulturæ. Turris habet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho loci & Præfecto electorali in Rottenburg. Das Vermögen diſes Gottshauſes wird dermahlen nach geführtem Bau in nichts mehr beſtehen. Vorhin aber hat ſolches ſich über 600 fl. erſtreckhet.

Ecclesia filialis s. Pauli in Pruckberg.

8. Hujus ecclesiæ fabrica est communis notæ. Habet duo altaria***): Altare majus, dedicatum honoribus s. Pauli Apostoli, et altare s. Catharinæ.

Divina hic ordinarie fiunt omni Dominica tertia, alternando cum ecclesiis Attenhausen & Eggerstorff, item feria III. Paschatis et Pentecostes et in festo ss. Innocentium martyrum. Dedicatio incidit in Dominicam II. post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo commemorationis et conversionis s. Pauli Apostoli. —

*) IV. 7. **) IV. 8. ***) IV. 9.

Sacristia habet paramenta competentia. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Turris habet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho loci & Administratore electorali in Isaregg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich der Zeit gegen 1100 fl. erſtreckhen *).

---

§. 222.

Parochia s. Margaritæ in Riedt seu Margarethenriedt **).

1. Hæc Parochia est de collatione Reverendissimi capituli cathedralis Frisingensis, a quo etiam Parochus institutionem recipit & Episcopo pro admissione & approbatione ad curam præsentatur. — Modernus Parochus est R. D. Christophorus Agricola, ao. 1695 investitus. Est hujus capituli ruralis Camerarius.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, decimis & accidentiis stolæ, qui tamen integri redditus creduntur ultra 500 florenos parum ascendere. In Zechenten hat bey diſer Pfarr die Churfürſtliche Lechen-Stuben zu München oder villmehr dermahliger Hueber zu Margarethen-Riedt, welcher hierauf Lechen genommen, bey dem Lechner zu Schwarzerſtorff, was das Lechen anbelanget, zwey Theil; wie auch bey dem Hueber allda: item bey dem Eder zu Edt im Lechen allein, bey dem Limerhoff und Höfler, dann bey dem Sarſperger und Hueber zu Hueb auf***) dem Feldt yberall zwey Theil; den dritten hat ein Pfarrer. In Pointhen aber, Aengern und Gärthen hat Pfarrer den Zechent allein, wie auch den völligen Blutzechent. Bey der Filial oder Grabſchaft Seelſtetten, wie auch zu beeden Schweiba, Taubengrueb und Khinöden hat ain Hochwürdiges Thumb-Capitul zu Freyſing auf dem Feld zwey Theil im großen Zechent, den dritten Theil hat ein Pfarrer: in Pointhen aber und Gärtten, wie auch bey denen Söldnern, Meſner, Ripel und Khueffer hat Pfarrer allen Zechent: wie auch den kleinen Zechent auch in denen Feldern ſambt dem Bluetzechent.

Parochus tenetur solvere pro cathedratico 24 kr., item Jägergelt juxta veterem matriculam 1 ß. dl., quod tamen nunc non

*) IV. 10.

**) IV. 11. — Vgl. §§. 391. 505. 684 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. S. 163. D.

***) IV. 12.

amplius solet præstari. Item solvit loco incorporationis Reverendissimo capitulo cathedrali 3 fl. 25 kr. 2 dl. & ad seminarium episcopale 2 florenos. Widumb⸗Steur non datur. — Domus parochialis cum horreo & stabulis sunt etiamnum honestæ structuræ*).

Communicantes in hac Parochia novissime 250 numerabantur.

3. Ecclesia parochialis in Margarethen-Riedt habet tres ecclesias filiales in Schwarzerſtorff, Seelſtetten und Peterswahl.

4. Ecclesia parochialis satis decore renovata, turris vero de novo ædificata fuit. Habet tria alteria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Margaritæ virg. mart. & s. Georgio martyri, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria s. Martini & Christi patientis.

Divina hic peraguntur ordinarie omni Dominica secunda & in omnibus festis B. M. V. Item in festis Apostolorum, excepto festo s. Andreæ. Item in festo s. Martini. Dedicatio celebratur Dominica post festum visitationis B. M. V., patrocinium in festis s. Margaritæ & s. Georgii. — Adest baptisterium cum oleis sacris**), item cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Turris continet duas campanas benedictas. Sacristia provisa est paramentis necessariis. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho loci & a Præfecto electorali Mospurgensi. Das völlige Vermögen diſes Pfarr⸗Gottshauſes mechte gegen 340 fl. beſtehen.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Schwarzerstorff.

5. Ista ecclesia ante 19 annos a potiori de novo ædificata fuit. Necdum est consecrata. Habet tria altaria, quæ etiam non sunt consecrata: Altare majus, erectum in honorem s. Michaelis Archangeli, altare B. M. V. & altare s. Laurentii martyris.

Divina hic fiunt ordinarie in dedicatione, quæ incidit in ipsam Dominicam ss. Trinitatis, qua hæc scribuntur, item in festo patrocinii***) s. Michaelis, in Dominica passionis et in festis ss. Corbiniani, Nicolai, Catharinæ & Innocentium martyrum. — Sacristia provisa est paramentis paucis. Adest cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ exigui curantur a Parocho loci & electorali Præfecto Mospurgensi. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet höchſtens in 200 fl. beſtehen.

Ecclesia filialis in Wahl seu in Peterswahl.

6. Hæc ecclesia ante 11 annos de novo ædificata, sed necdum consecrata fuit. Altaria juxta acta visitalia adfuerunt præter majus s. Petri Apostoli alia duo, ss. Trinitati & honori s. Andreæ Apostoli dedicata. Nunc altare majus solum erectum est, sed necdum

---

*) IV. 13. **) IV. 14. ***) IV. 15.

consecratum; reliqua altaria hactenus non fuerunt perfecta. Divina hic peraguntur ordinarie Dominica*) secunda, alternando nempe cum ecclesia parochiali Margarethen-Riedt. Item singulis diebus Veneris in ara majori celebranda est missa hebdomadalis. Dedicatio antehac celebrabatur Dominica ante festum s. Petri, quæ deinceps transferetur ad Dominicam post festum s. Galli. Patrocinium celebratur in festo ss. Apostolorum Petri & Pauli, quo die hæc ecclesia processionibus vicinarum Parochiarum visitatur. Item hic divina fiunt in festis Nativitatis & Circumcisionis Domini & in festo s. Andreæ. — Sacristia habet paramenta exigua. Adest cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa administratione Parochi loci & Præfecti electoralis in Mosburg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt wenig und wirdet diſer Zeit ſchwärlich 100 fl. erraichen**).

Ecclesia filialis s. Stephani in Siehlstätten.

7. Hæc etiam ecclesia ante 20 annos ferme de novo ædificata, necdum consecrata est. Habet altaria duo, etiam nondum consecrata: Altare majus, dedicatum honoribus s. Stephani protomartyris & altare s. Angeli custodis.

Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ antehac celebrabatur Dominica post festum s. Jacobi Apostoli. Item in festo patrocinii s. Stephani. Item in Dominica Lætare, feria II. Paschatis et Pentecostes ac in festo s. Bennonis. — Sacristia habet paramenta necessaria. In cœmeterio adsunt sepulturæ & ossuarium. Turris habet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa administratione Parochi loci & Præfecti electoralis in Mospurg***). Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mag diſer Zeit gegen 950 fl. austreffen.

---

§. 223.

Parochia s. Viti in Gamerstorff†).

1. Hæc Parochia est de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense, quæ collatio antehac de gratia Episcopi fuit indulta

*) IV. 16. **) IV. 17. ***) IV. 18.

†) IV. 19. — Vgl. §§. 386. 502. 684 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 160. — Ueber die Schlacht bey Gammelsdorf vom 9. Nov. 1313 ſehe man den Kalender für katholiſche Chriſten (Jahrg. 1845 S. 59—68), Lipowsky's

Vicario ejusdem generali. Modernus Parochus est R. D. Josephus Mair, ao. 1722 investitus, qui in hoc rurali capitulo est testis synodalis. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, decimis, quæ juxta acta visitalia in medietate omnium decimarum consistunt, et accidentiis stolæ, qui tamen integri redditus æstimantur vix ascendere ad 500 florenos. Condecimatores sunt monasterium Neocellense & ecclesia parochialis s. Jodoci Landishuti. Parochus juxta veterem matriculam tenetur, capitulo Mospurgensi (nunc Collegiatæ Landishutanæ) præstare 10 *ß*. dl., item Jägergelt ad Landshuet 1 ꝧ. dl.*). Hodie tamen Parochus aliud non solvit, nisi cathedraticum 24 kr. et ad episcopale seminarium 2 florenos. — Domus parochialis est ligneæ & parum utilis structuræ; horreum et stabula sunt adhuc commodi usus.

Communicantes hujus Parochiæ in novissima descriptione 287 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Gamerstorff habet unicam filialem ecclesiam, nempe in Catharinazell.

4. Ecclesia parochialis ante 15 annos fuit notabiliter ampliata, ita ut eidem chorus & in eo altare primarium fuerit adjunctus. Adsunt tria altaria: Altare majus, erectum in honorem s. Viti martyris, sed necdum consecratum, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria (itidem necdum consecrata) B. M. V.**) et s. Leonardi Abbatis.

Divina hic peraguntur omnibus diebus dominicis & festivis, exceptis illis, quibus sacra in ecclesia filiali fiunt. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Viti martyris. Item tenetur Parochus vi sententiæ interlocutoriæ de dato 30 Sept. 1709 ad missam hebdomadalem, de qua juxta veterem matriculam solvendi sunt Parocho 6 *ß*. dl. und zwar juxta acta ecclesiastica als eine ewig verſchaffte Gült aus dem Güetl beym Pacherhoff***), welches zu der Wochenmeß gehörig ſeyn ſolle. — Sacristia habet paramenta necessaria. Adest baptisterium cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa administratione Parochi loci & Præfecti electoralis Mospur-

---

Nationalgarde-Almanach (Jahrg. 1815 S. 166—177), Obernberg's Reiſen ꝛc. (III. 27—37), die bayerſchen Annalen (Jahrg. 1835 S. 37 ff.), Joſ. Popp's Seyfried Schweppermann (S. 30 u. 31), Hormayr's Archiv (Jahrg. 1828 S. 229) u. A. D.

*) IV. 20. **) IV. 21.

***) In der Originalhandſchrift des Verfaſſers ſteht Pfarrhof. D.

gensis. Das völlige Vermögen diſes Pfarrgottshauſes ſolle*) der Zeit ÿber 1100 fl. beſtehen.

Ecclesia filialis s. Catharinæ in Zell seu Catharinazell.

5. Ista ecclesia reparata habet duo altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Catharinæ virginis martyris, et altare s. Annæ.

Divina fiunt in hac ecclesia in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post nativitatem B. M. V. Item in festo s. Josephi, feria II. Paschatis & Pentecostes; item in festis ss. Joannis & Pauli martyrum, s. Annæ, die Lunæ post dedicationem, secunda die post commemorationem fidelium defunctorum, item in festo s. Catharinæ et Barbaræ et in Dominica prima post festum Circumcisionis Domini; et hic habentur etiam vigiliæ angariales et missæ de Requiem. Item communitas hujus loci prætendebat, missam hebdomadalem, de qua supra ad ecclesiam parochialem dictum est, in hac ecclesia celebrari debere, sed neque antiqua matricula nec sententia interlocutoria**) supra allegata specifice determinavit ecclesiam, in qua debeat celebrari hæc missa, adeoque sufficiet, si in alterutra ecclesia habeatur. — Sacristia habet paramenta exigua. Adest cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Turris continet campanas duas benedictas. Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa cura Parochi loci & electoralis Præfecti Mospurgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich der Zeit gegen 1800 fl. belauffen.

---

§. 224.

Parochia s. Joannis Baptistæ in Maurn***).

1. Hæc Parochia in veteri matricula dicitur esse de collatione Reverendissimi Episcopi Frisingensis; ex libro autem investiturarum constat, ejusdem liberam collationem solummodo pertinere ad Episcopum in mensibus alternis, cum Serenissimus Elector Bavariæ jus præsentandi ad eandem Parochiam pariter in mensibus alternis habeat. Modernus Parochus est R. D. Joannes Denk, ao. 1717 investitus. Dat pro primis fructibus 30 florenos.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, de-

*) IV. 22. **) IV. 23.

***) IV. 25. — Vgl. §§. 391. 503. 684 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 164. D.

cimis & accidentiis stolæ, qui proventus communiter per annum creduntur vix ascendere ad 700 florenos. In pago Maurn adsunt tres condecimatores, nempe capitulum Collegiatæ ss. Martini & Castuli Landishuti, Dominus Comes de Seyboltstorff & ecclesia parochialis in Maurn, ita ut Parochus ibidem decimis*) ferme omnibus careat. In pago Niderndorff ipsi rustici, nescitur quo jure, habent potissimas decimas, Parochus autem paucissimas. In cæteris hujus Parochiæ locis præfatum capitulum Collegiatæ Landishutanæ habet duas decimarum partes & Parochus solam tertiam, exceptis tribus villis, ubi Parochus solus est decimator. Antiqua matricula etiam indicat, Parochum gaudere aliquo proventu ex missis hebdomadalibus; ex actis tamen visitalibus de annis 1706 & 1711 habetur, Parochum habere obligationem hebdomadalem nullam. Item juxta veterem matriculam tenetur Parochus ad Jäger-Gelt 1 ℔. dl.; hodie vero is aliud non præstat, quam cathedraticum 24 kr. et ad episcopale seminarium 3 florenos. — Domus parochialis est de novo et eleganter ædificata. Horreum & stabula non patiuntur speciales defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 443 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Maurn habet duas**) ecclesias filiales, nempe in Scheckenhoffen & Willerstorff.

4. Ecclesia hæc parochialis plurimas alias rurales suo decore excedit, cujus turris ante 24 annos de novo ædificata fuit. Altaria in hac ecclesia adsunt sequentia: *Altare majus* est erectum in honorem s. Joannis Bapt., sed necdum consecratum est. In eo asservatur Sanctissimum. — *Altaria Salvatoris mundi, B^{mæ} Virginis & s. Erasmi Episc. mart.* — *Altare s. Sebastiani martyris* est situm in capella contigua & privilegiatum singulis diebus Mercurii pro *confraternitate* s. Sebastiani, quæ ao. 1644 instituta fuit et confirmata, non tamen habet proprium magistratum, sed regitur cumulative a Parocho & Domino hoffmarchiali in Maurn***). Adest etiam authentica particula de s. Cruce & de s. Sebastiano martyre. Item adest calix argenteus, in cujus fundo juxta veterem traditionem est particula de corpore s. Sebastiani, sicut etiam cælatura ostendit, ex quo calice vinum hac particula tactum hominibus, in festo ejusdem Sancti magno numero concurrentibus, devote potandum porrigitur.

Divina hic fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis & festivis, exceptis festis patronorum & dedicationum ecclesiarum filialium, et exceptis festis aliis, de quibus mox infra fit mentio apud easdem ecclesias filiales. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Michaelis, et in octavam hujus dedicationis incidit dedicatio ca-

---

*) IV. 26. **) IV. 27. ***) IV. 28.

pellæ s. Sebastiani. Patrocinium celebratur in festo s. Joannis Bapt. — Baptisterium cum oleis sacris hic habetur, item cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Præcipue in hac ecclesia conspicitur sepultura Nobilium de Seyboltstorff. Sacristia instructa est paramentis pulchris ac decoris. Turris continet campanas tres benedictas *). — Proventus hujus ecclesiæ cumulative administrat Parochus & Dominus hoffmarchialis in Maurn. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet ſich der Zeit auf 450 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Petri in Schekhenhoffen.

5. Ecclesia hæc est antiqui operis, habet duo altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Petri Apostoli & altare Bmæ Virginis, nondum consecratum.

Divina peraguntur in festo dedicationis, quæ incidit in Dominicam post festum s. Jacobi, et in festo patrocinii ss. Petri & Pauli; item in festo ss. Innocentium martyrum, s. Marci Evangelistæ, s. Bartholomæi, in octava Sanctorum omnium & sexies in Quadragesima **). Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho et Præfecto electorali in Mospurg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mag ſich der Zeit auf 650 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Jacobi Apostoli in Willerstorff.

6. Ista ecclesia est antiqui operis. Habet duo altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Jacobi Apostoli et altare s. Laurentii martyris, necdum consecratum.

Divina in hac ecclesia fiunt in dedicatione, quæ habetur Dominica post festum ***) s. Laurentii martyris, et in festo patrocinii s. Jacobi Apostoli; item in feria II. Paschatis & Pentecostes, in festo s. Laurentii et in die Nativitatis Domini ac sexies in Quadragesima. Tempore rogationum ista ecclesia visitatur processione. Adest cœmeterium cum sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet duas campanas benedictas. Proventus hujus ecclesiæ administrantur cumulative a Parocho loci et Præfecto electorali in Mospurg. Das ganze Vermögen diſes Gottshauſes wirdet der Zeit auf 530 fl. betreffen.

---

*) IV. 29. **) IV. 30. ***) IV. 31.

§. 225.

Parochia s. Jacobi Apostoli in Pruckhberg*).

1. Hæc Parochia est de præsentatione venerabilis capituli collegiatæ ecclesiæ ss. Martini & Castuli Landishuti, prout etiam antiqua matricula testatur, ubi verba *de pleno jure* reperiuntur esse deleta. — Modernus Parochus est R. D. Udalricus Weigl, ao. 1719 investitus. Dat pro primis fructibus 32 florenos.

2. Proventus parochiales consistunt in manso parochiali, decimis et accidentiis stolæ, qui proventus creduntur ascendere ad 700 florenos. Parochus debet habere Cooperatorem eique victum et salarium præstare. Adsunt tres condecimatores, nempe in pago Pruggberg, ubi in agris ad parochialem ecclesiam pertinentibus condecimat possessor arcis Pruggbergensis. In pago Pörndorff condecimat pro media parte das Churfürſtliche Caſtenamt zu Landshut. In pago Thuelbach condecimat pro duabus tertiis**) Collegiata s. Andreæ Frisingæ. In pago Engelstorff Parochus est decimator solus. Habetur etiam ex antiqua matricula, Parochum ex missis hebdomadalibus percipere aliquos redditus. Econtra tenetur Parochus præstare capitulo Collegiatæ ss. Martini & Castuli Landishutanæ annuam pensionem, quæ nunc consistit in 60 florenis. Item antiqua matricula Parochum obligat ad præstationem des Jägergelts 1 ℔. dl. et unius vituli ad granarium in Landshuett ad festum Paschatis et ad festum Nativitatis Domini; Vogtejæ 32 dl. Ad seminarium episcopale solvit Parochus 3 florenos, nec non pro cathedratico 24 kr. — Domus parochialis cum horreo & stabulis sunt defacto melioris fabricæ. Adest etiam commoda habitatio pro Cooperatore.

Communicantes hujus Parochiæ novissime numerati sunt 660.

3. Ecclesia parochialis in Pruckhberg habet, præter capellam prope arcem & capellam***) in cœmeterio, alias tres ecclesias filiales, nempe in Pirndorff, Engelstorff & Thuelbach.

4. Ecclesia parochialis in Pruckhberg antiqui est operis cum turri admodum humili & depressa. Habet tria altaria sequentia: Altare majus, in quo asservatur Sanctissimum, dedicatum s. Jacobo Apostolo majori, altare s. Joannis Baptistæ & altare s. Josephi.

Divina hic peraguntur omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio incidit in Dominicam secundam post festum s. Michaelis;

---

*) IV. 33. — Vgl. §§. 382. 501. 684 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 159). D.

) IV. 34. *) IV. 35.

patrocinium celebratur in festo s. Jacobi Apostoli. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis necessariis. Baptisterium etiam cum sacris oleis hic reperitur. Turris continet campanas tres benedictas*). In hac item ecclesia sunt sepulturæ Nobilium de Pruggberg, de Lungenhaimb et de Thumbern. — Proventus ecclesiæ sunt sub cumulativa administratione Parochi loci & Præfecti electoralis in Mospurg sub titulo der Herrſchaft Iſarregg. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mag ſich der Zeit gegen 800 fl. erſtreckhen.

In cœmeterio prope ecclesiam parochialem adest etiam *capella*, ubi unum est altare, nunc in honorem s. Nicolai Tolentini & s. Gertrudis virginis erectum & consecratum. Turricula hujus capellæ continet duas campanas benedictas.

Sacellum ss. Joannis Bapt. & Nicolai Episc. prope arcem Pruggbergensem.

5. Hoc sacellum est veteris structuræ. Dicitur necdum esse consecratum, etiamsi altaria sint consecrata. Adsunt tria altaria sequentia**): Altare majus, dedicatum honoribus ss. Joannis Baptistæ & Nicolai Episcopi, altare B. M. V. assumptæ & altare s. Floriani martyris.

Anno 1455 Paulus & Thomas die Juden zu Pruckhberg ex dispositione matris suæ fundaverunt missam quotidianam, in hoc sacello ad altare majus celebrandam, excepta una die vacante. Pro fundatione hujus Beneficii assignarunt duo prædia in Mürſchhoffen und ain Sölden alda. Item prædium in Waltenkhoffen. Item aine Hueb, genannt die Furhueb, aine Schwaig in der Au et alios census aus anderen Schwaigen und zweyen Äckhern. Proventus beneficiales hoc tempore se forsan extendent ad 150 florenos et ultra. Hactenus Beneficiati soliti sunt celebrare tres missas hebdomadales. Jus patronatus & præsentandi idoneam personam fundatores reservarunt seniori familiæ und allen ihren Nachkommen. Nunc jus***) patronatus exercent possessores arcis Pruckhberg. Modernus Beneficiatus est R. D. Udalricus Weigl, ao. 1720 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos et ad episcopale seminarium 40 kr. †).

Divina in hoc sacello præter missas beneficiales a quovis Parocho Pruggbergensi fiunt in festis patrocinii, nempe s. Joannis

---

*) IV. 36. **) IV. 37. ***) IV. 38.

†) Die Renten des Schloßbeneficiums in Bruckberg reichen zum Unterhalte eines eigenen Beneficiaten nicht mehr hin; dasſelbe wird daher jetzt von der Pfarr aus verſehen. — Die Kirche auf dem Pauliberg in Bruckberg iſt eine Filiale der Pfarrey Gündlkofen (vgl. §. 221. n. 8.) D.

Baptistæ & s. Nicolai Episcopi. — Habetur etiam hic propria sacristia cum paramentis necessariis. Turricula habet duas campanas benedictas. — Proventus hujus sacelli sunt sub cumulativa administratione Parochi & Domini arcis Pruggbergensis; quantum autem annuatim conficiant ignoratur, quia extractus ratiociniorum non exhibentur, prout exhiberi deberent.

Ecclesia filialis B^mæ Virginis in Pirndorff.

6. Hujus ecclesiæ est firma & bona fabrica. Habet quatuor altaria sequentia*): Altare majus, dedicatum honoribus B^mæ Virginis in cœlos assumptæ, in quo asservatur Sanctissimum et adest etiam oleum infirmorum; altaria s. Marci Evang. & s. Barbaræ virg. mart., et altare s. Crucis in medio ecclesiæ erectum.

Divina hic peraguntur ordinarie Dominica secunda. Item in festis omnibus principalioribus & B^mæ Virginis per annum. Item hic habetur missa sabbatina. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Bartholomæi Apostoli. Patrocinium celebratur in festo B^mæ Virginis assumptæ. Sacristia instructa est paramentis necessariis. Adest cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio**) incumbit Parocho loci & Præfecto electorali in Mospurg sub titulo der Herrſchaft Iſaregg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle der Zeit gegen 1850 fl. beſtehen.

Ecclesia filialis s. Laurentii mart. in Englstorff.

7. Ecclesia hæc parva unicum habet altare, honoribus s. Laurentii martyris dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Mariæ Magdalenæ; item in festo patrocinii s. Laurentii martyris ac etiam in festo s. Margaritæ virg. mart. Item singulis 14 diebus hic celebratur missa, et quidem a potiori diebus Veneris. Non habetur hic cœmeterium nec sacristia, licet adsint paramenta propria, sed modica. Ecclesia præsens conservatur a proventibus sacelli prope arcem in Pruckhberg.

*Ecclesia filialis s. Andreæ Apost. in Thuelbach***).*

8. Ecclesia hæc, a pago Thuelbach ferme quadrante horæ distans, est honestæ structuræ. Habet tria altaria sequentia: Altare majus, dedicatum honoribus s. Andreæ Apostoli, in quo solet asservari Sanctissimum, usque dum fruges maturescant & colligantur; altare ss. Stephani & Laurentii martyrum, et altare s. Floriani martyris & s. Antonii de Padua.

---

*) IV. 39. **) IV. 40.

***) IV. 41. — Ueber Thuelbach ſehe man Obernbergs Reiſen durch den Iſarkreis (III. 13 u. 47). D.

Divina hic fiunt ordinarie Dominica secunda et in festis Apostolorum, item in festis ss. Stephani & Corbiniani. Dedicatio celebratur in Dominica post festum ss. Apostolorum Petri & Pauli. Patrocinium celebratur in festo s. Andreæ Apostoli. Item hic habetur missa hebdomadalis semper feria secunda*). — Adest cœmeterium cum sepulturis. Sacristia noviter ecclesiæ adjuncta paramenta habet necessaria. Turris continet duas benedictas campanas. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho loci et Domino hoffmarchiali in Thuelbach, qui defacto est Comes de Seyboltstorff in Maurn. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 1070 fl. erſtreckhen.

---

§. 226.

Parochia s. Jacobi Apostoli & s. Christophori in Hergoltshausen**).

1. Hæc Parochia est de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense, quæ collatio antehac de gratia Episcopi fuit indulta Vicario ejusdem generali. Modernus Parochus est R. D. Andreas Seidl, ao. 1733 investitus. Dat pro primis fructibus 24 flor.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, decimis & accidentiis stolæ, qui integri fructus creduntur ascendere ad 1000 florenos. Parochus debet habere Cooperatorem, pro cujus sustentatione solvuntur Parocho ex redditibus hoffmarchiæ Hörgertshausen annuatim 50 floreni, et ex proventibus ecclesiæ filialis s. Albani itidem 50 floreni, ita tamen, ut Cooperator teneatur, quatuor missas hebdomadales celebrare, et quidem duas pro defunctis parochianis, duas autem pro defuncto illustrissimo Domino***) Joanne Georgio Libero Barone de Seyboltstorff (qui erat Vicedominus Landishutanus) ejusque familia applicare, prout habetur in instrumento confirmationis episcopalis de dato 11 Jul. 1686. Juxta acta visitalia de annis 1706 & 1711 Parochus in locis Areswand, Gründl & Alban integris decimis gaudet, alibi vero potissimum tertiam portionem percipit. Condecimatores adsunt plures, et quidem

---

*) IV. 42.

**) IV. 43. — Vgl. §§. 387. 504. 684 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 161 u. 162. D.

***) IV. 44.

in Hœrgertshausen hoffmarchiæ Dominus, illustrissimus Dominus Comes de Seyboltstorff. In Tenzel-Kirchen condecimat capitulum Collegiatæ Landishutanæ & Dominus Baro de Lösch. In Paumgartten condecimat capitulum Collegiatæ s. Viti Frisingæ und das Brueder-haus alda. Parochus hujus loci tenetur pro cathedratico solvere 12 kr., ad seminarium episcopale 3 fl., item Domino hoffmarchiali, qui defacto est Comes de Seyboltstorff, Vogtey-Gelt 3 fl. 42 kr. 2 dl. et 20 Mosburger Vierling Haaber*); item dem Bader und Schmidt jedem 8 Mosburger-Vierling Korn vor die Ehehaft, welches letztere aber vermuetlich keine Schuldigkeit ſeyn wirdet. Antiqua etiam matricula mentionem facit von einem Jägergelt ad Landshuet, quæ tamen præstatio hodie non solvitur, licet aliquando fuerit petita. — Domus parochialis cum horreo & stabulis defacto reparata est honestæ structuræ. Adest etiam habitatio competens pro Cooperatore.

Communicantes hujus Parochiæ novissime numerati sunt quingenti quadraginta tres.

3. Ecclesia parochialis in Hörgertshausen habet quinque ecclesias filiales, nempe in Tenzel-Kirchen, Paumgartten, Areswandt, s. Albani in Albigoner & Andorff.

4. Ecclesia parochialis in Hörgertshausen novæ est fabricæ et inter ecclesias rurales melioris notæ. Habet quinque altaria**):

Altare majus est dedicatum honoribns s. Jacobi majoris Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum. — *Altare s. Barbaræ* est necdum consecratum. Hic tamen instituta et ab Alexandro Papa VIII. indulgentiis ornata extat *confraternitas* s. Barbaræ virg. martyris, unde hoc altare privilegiatum est feria quarta pro defunctis ex eadem confraternitate, quæ non habet proprium magistratum, sed administratur cumulative a Parocho loci & Domino hoffmarchiali, nec constat de prima ejusdem dote. — *Altare s. Antonii de Padua.* Est pariter necdum consecratum. — *Altare Bmæ Virginis Oettinganæ* est situm in capella, ecclesiæ huic ex cornu Evangelii annexa. — *Altare Bmæ Virginis* est situm in capella, ecclesiæ huic ex cornu***) Epistolæ annexa, ubi instituta est *confraternitas* fidelium defunctorum, quæ incorporata est confraternitati animarum ecclesiæ Aulæ veteris Monachii; unde hæc ara privilegiata est singulis feriis sextis pro defunctis ex eadem confraternitate, quæ conformiter alteri s. Barbaræ administratur cumulative & pariter non constat de prima ejusdem dote.

Divina hic peraguntur ordinarie omnibus Dominicis & diebus festivis, exceptis Dominica quinta post Pascha & feria secunda sequenti et festo s. Sylvestri. Dedicatio celebratur Dominica post

---

*) IV. 45. **) IV. 46. ***) IV. 47.

festum s. Bartholomæi, patrocinium in festo s. Jacobi Apostoli. Item juxta acta visitalia de annis 1706 & 1711 Parochus habet obligationem dicendi missam hebdomadalem in hac ecclesia, die tamen ad libitum. — Baptisterium cum sacris oleis hic reperitur. Cœmeterium adest solis asseribus clausum cum sepulturis et ossuario. Sacristia instructa est paramentis competentibus. Turris habet duas campanas benedictas*). — Proventus hujus ecclesiæ subsunt cumulativæ administrationi Parochi loci & Domini hoffmarchialis ibidem, qui defacto est illustrissimus Dominus Comes de Seyboltstorff. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 1500 fl. belauffen.

Ecclesia filialis ss. Joannis Bapt. & Evang. in Tenzelkirchen.

5. Ista ecclesia est veteris structuræ. Habet tria altaria sequentia: Altare majus, dedicatum honoribus ss. Joan. Bapt. & Evang., in quo asservatur Sanctissimum & oleum infirmorum, altare s. Michaelis & altare s. Dionysii & s. Udalrici, necdum consecratum.

Divina hic peraguntur ordinarie Dominica**) secunda, alternando cum ecclesia s. Nicolai in Paumgartten. Item in festis ss. Joan. Bapt. & Evang. & s. Michaelis. Item vi recessus, inter Parochum & communitatem hujus loci ao. 1678 initi, et actorum visitalium de ao. 1706 hic celebratur missa hebdomadalis die ad libitum Parochi. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis. — Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia continet paramenta necessaria, turris vero duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho loci & electorali Præfecto Mosburgensi. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet yber 150 fl. nit ausmachen.

Ecclesia filialis s. Nicolai Episcopi in Paumgartten.

6. Hæc ecclesia est veteris structuræ. Habet tria altaria sequentia: Altare majus, dedicatum honoribus***) s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum et oleum infirmorum, altare s. Antonii Abbatis & altare nondum consecratum s. Valentini Episcopi.

Divina hic peraguntur ordinarie Dominica secunda, alternando cum ecclesia in Tenzel-Kirchen. Item in festis purificationis B. M. V., s. Valentini, Leonardi, Sebastiani, Antonii Abb. & s. Catharinæ. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Joannis Bapt. Patrocinium celebratur in festo s. Nicolai. Item vi recessus de ao. 1678 habenda est hic etiam missa hebdomadalis, die tamen ad libitum Parochi, uti constat ex actis visitalibus de ao. 1706. — Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia

*) IV. 48. **) IV. 49. ***) IV. 50.

habet paramenta necessaria & turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi loci et electoralis Præfecti*) Mosburgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 150 fl. belauffen.

Ecclesia filialis $B^{mæ}$ Virginis in Areswandt.

7. Hæc ecclesia pariter est veteris structuræ. Habet tria altaria sequentia: Altare majus, dedicatum honoribus $B^{mæ}$ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum & oleum infirmorum, et altaria s. Mariæ Magdalenæ & s. Sylvestri.

Divina hic fiunt in omnibus festis $B^{mæ}$ Virginis, excepta purificatione $B^{mæ}$ Virginis. Item in festis ss. Annæ, Magdalenæ, Bartholomæi, Oswaldi, Ottiliæ, Wolfgangi, Innocentium, Sylvestri. Dedicatio celebratur Dominica secunda ante festum nativitatis $B^{mæ}$ Virginis**). Item vi actorum visitalium de ao. 1706 hic habenda est missa hebdomadalis, die tamen ad libitum Parochi. — Cœmeterium hic adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ cumulative administrat Parochus loci et Præfectus electoralis Mosburgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet der Zeit gegen 570 fl. beſtehen.

Ecclesia filialis s. Albani, in Albigoner nuncupata.

8. Ista ecclesia inter rurales est eximiæ et satis decoræ structuræ. Habet tria altaria sequentia: Altare majus, dedicatum s. Albano Episcopo, hic plurimis beneficiis claro***), altare assumptionis & altare visitationis B. M. Virg.

Divina hic fiunt Dominica quinta post Pascha, quo semper die, tanquam festo principali, et sequentibus diebus celebrantur nundinæ. Item feria quinta post Pascha & Pentecosten. Feria sexta post Ascensionem Domini et in festo corporis Christi fit processio ad hanc ecclesiam. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Udalrici. Item hic juxta acta visitalia de ao. 1706 fit sacrum hebdomadale. — Cœmeterium & sepulturæ non adsunt. Sacristia instructa est paramentis competentibus. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur cumulative a Parocho & Domino hoffmarchiali in Hœrgertshausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich diſer Zeit in 10000 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Laurentii in Andorff†).

9. Ista ecclesia seu potius capella admodum exigui operis sita est in fundo rustici, des Mittermayr, welcher grundbar iſt dem Collegiat-

*) IV. 51. **) IV. 52. ***) IV. 53. †) IV. 54.

Stüft s. Viti ob Freyſing. Adest unicum altare s. Laurentii necdum consecratum, in cujus festo die divina fiunt cum concione & officio cantato. Dubium est, an hæc ipsa capella sit consecrata, licet dicant, in eodem festo s. Laurentii celebrari etiam dedicationem. Cœmeterium non adest nec sepultura. Rationes fiunt nullæ de proventibus hujus capellæ, sed colonus recipit recipienda & nemini de illis respondet, absque dubio tamen incumbet ei onus conservandæ hujus capellæ.

---

§. 227.

Parochia s. Petri Apostoli in Schweinerstorff*).

1. Hæc Parochia juxta veterem matriculam est de collatione Reverendissimi Domini Decani ecclesiæ cathedralis Frisingensis, cujus officio decanali est incorporata. Modernus Vicarius est R. D. Jacobus Lachermair, ao. 1700 ab illustrissimo Domino Decano cathedrali perpetuatus et pro admissione ad curam animarum præsentatus.

2. Proventus parochiales desumuntur ex manso parochiali, decimis & accidentiis stolæ, qui conjuncti creduntur ascendere ad 700 florenos. Condecimatores adsunt tres, et quidem in Schweinerstorff condecimat Dominus Baro Lösch, qui est Dominus in Haagstorff & Haslbach. In Altfalterbach condecimat Reverendissimum capitulum cathedrale Frisingense. In Apperstorff condecimat Dominus Comes de Lodron in Haag & colonus in Plönbach, qui subditus est monasterii Tegernseensis. Vicarius parochialis juxta veterem matriculam ob missam hebdomadalem percipit**) 9 *β*. dl. Econtra tenetur annuatim præstare vigore ejusdem matriculæ & sententiæ de dato 8 Febr. 1683 latæ octo florenos loco incorporationis Canonicis ad s. Paulum ad altare s. Georgii in ecclesia cathedrali & vi ejusdem sententiæ Reverendissimo Domino Decano ecclesiæ cathedralis Frisingensis loco absentiæ pariter octo florenos. Item solvit ad seminarium episcopale 3 flor., cathedraticum 24 kr. Item memorata matricula mentionem facit de Jägergelt ad Landshuet 1 ß. dl. — Domus parochialis cum stabulo aliqua reparatione indigeret; horreum vero non patitur defectum.

Communicantes in hac Parochia quadringenti sunt numerati.

---

*) IV. 55. — Vgl. §§. 396. 506. 684 u. die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 166).
**) IV. 56.

3. Ecclesia parochialis in Schweinerstorff habet tres ecclesias filiales, nempe in Apperſtorff, Altfalterbach & Inţkhoven. Antiqua matricula etiam quartam addit, nempe Innſperg.

4. Ecclesia parochialis ante 20 annos*) satis bene fuit reparata & postmodum etiam turris reædificata. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Petri Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virg. sine labe conceptæ & altare s. Georgii martyris.

Divina hic fiunt ordinarie singulis diebus dominicis per annum alternando cum ecclesia filiali in Apperstorff. Idem observatur in festis B^mæ^ Virginis & Apostolorum, quæ festa vero, si incidant in Dominicam, tunc divina fiunt in ea ecclesia, quam ordo Dominicæ tetigerit, nisi in altera incidat dies dedicationis aut patrocinii. Dedicatio ecclesiæ hujus parochialis celebratur Dominica prima Augusti juxta rubricas Breviarii Romani, patrocinium vero in festo ss. Petri & Pauli**). Circa divina hic loci & in Apperstorff celebranda habentur tres recessus de annis 1577, 1670 & 1687 & novissimus ao. 1732 confectus est. — Baptisterium cum sacris oleis hic habetur. Cœmeterium etiam adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis competentibus. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus ecclesiæ subsunt cumulativæ curæ Parochi loci & Præfecti electoralis Mosburgensis. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet ſich der Zeit wenig yber 200 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Georgii in Apperstorff.

5. Ecclesia hæc est nunc honestæ structuræ. Habet duo altaria sequentia: Altare majus, dedicatum honoribus s. Georgii martyris***), in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Catharinæ non consecratum.

Divina fiunt alternative cum ecclesia parochiali in Schweinerstorff, uti supra dictum est ad eandem ecclesiam. Item tenetur Vicarius parochialis hic hebdomadatim dicere sacrum, et quidem, si Dominica præcedente divina fiunt in Apperstorff, tenetur die Veneris ibidem celebrare missam; si vero Dominica præcedente fiant divina in Schweinerstorff, tunc sequenti die Lunæ debet celebrare missam in Apperstorff & aquam benedicere. Cæteroquin videatur citatus recessus de ao. 1732. Dedicatio celebratur Dominica post nativitatem B. M. V., patrocinium in festo s. Georgii. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia paramenta habet necessaria. Turris continet duas campanas benedictas †). — Proventus hujus ecclesiæ cumulative administrat Parochus loci

*) IV. 57. **) IV. 58. ***) IV. 59. †) IV. 60.

& Dominus hoffmarchialis in Haag, qui nunc est Dominus Comes de Lodron, qui hactenus extractus ratiociniorum non edidit.

Ecclesia filialis s. Joann. Bapt. in Altfalterbach.

6. Ecclesia hæc parva in planitie sita est absque cœmeterio et sepultura, habet unicum altare, in honorem s. Joann. Bapt. consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Ursulæ. Item in patrocinio s. Joann. Bapt. et juxta acta visitalia de 1706 in festis s. Leonardi, s. Martini & s. Joannis Evang. — Sacristia non adest nec paramenta propria, quæ huc deportantur ex ecclesia parochiali. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus ecclesiæ administrantur *) a Parocho loci & Præfecto electorali Mosburgensi, qui tamen ecclesiæ parochiali uniuntur, nec de illis fiunt specialia ratiocinia.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Intzkoffen.

7. Ecclesia hæc angusta & parva pariter est absque cœmeterio et sacristia. Habet unum altare, in honorem s. Jacobi majoris Apostoli consecratum. Adest etiam aliud quidem altare s. Ottiliæ, sed non servit pro sacro. Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ habetur Dominica post festum s. Michaelis. Item in festo patrocinii, s. Jacobi Apostoli majoris, et in festo s. Marci. Turris hujus ecclesiæ continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ subsunt pariter cumulativæ administrationi Vicarii **) parochialis loci & Præfecti electoralis Mosburgensis. Das völlige Vermögen wirdet ſich der Zeit wenig yber 200 fl. belauffen.

---

§. 228.

Parochia s. Joannis Baptistæ in Priell ***).

1. De hac Parochia nihil præter nomen continet matricula antiqua. Acta visitalia de ao. 1706 testantur, eandem Parochiam esse incorporatam Collegiatæ ss. Martini & Castuli Landishuti, a cujus capitulo solet præsentari Vicarius, qui ab Episcopo ad curam vel perpetuatur vel simpliciter admittitur. Hæc Parochia olim providebatur per sacerdotem curatum ex urbe Mosburgensi; sed ao. 1703 injunctum fuit capitulo prædictæ Collegiatæ, ut proprium Vicarium ad locum Priell exponat. — Modernus Vicarius est R. D. Casparus Prieller, ao. 1723 ad curam hujus Parochiæ admissus. Non dat primos fructus, sed solvit pro juribus cancellariæ 9 florenos.

---

*) IV. 61. **) IV. 62.

***) IV. 63. — Vgl. §§. 394. 508. 684 u. die tabellar. Diöceſanbeſchr. S. 165. D.

2. Proventus parochiales consistunt in*) congrua, quam capitulum Collegiatæ Landishutanæ suo Vicario assignat. Modernus Vicarius recipit suam congruam ex manso parochiali (einem halben Widumbhof) cum decimis minoribus; item ex thesauro capituli Landishutani recipit 200 florenos in parata pecunia cum accidentiis stolæ. Vicarius ad alia onera præstanda non tenetur, nisi ad episcopale seminarium 1 fl. & cathedraticum 24 kr. — Domus parochialis est noviter & bene ædificata; horreum tamen cum stabulis indigeret aliqua reparatione.

Communicantes hujus Parochiæ novissime trecenti quadraginta quinque numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Priell habet tres alias filiales ecclesias, nempe in Gelberſtorff, Eggenhauſen et Dürn=Seyboltſtorff.

4. Ecclesia parochialis ante septem annos funditus satis decore fuit ædificata. Habet sequentia altaria, quorum tamen nullum, sicut nec ipsa ecclesia, est consecratum**): Altare majus, erectum in honorem s. Joan. Bapt., in quo asservatur Sanctissimum, altare B^{mæ} Virg. & altare . . . . . .

Divina hic peraguntur ordinarie semper quarta Dominica, ita ut inter hanc parochialem & tres ecclesias filiales alternetur. Item hic divina fiunt in festis B^{mæ} Virginis & Apostolorum. Dedicatio alias celebrabatur Dominica II. post festum s. Michaelis; patrocinium celebratur in festo s. Joannis Baptistæ. Item juxta ultima acta visitalia Vicarius hic celebrat missam hebdomadalem. — Baptisterium cum sacris oleis hic habetur. Cœmeterium quoque adest cum ossuario & sepulturis, sed solis asseribus clausum. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ parochialis***) sicut & omnium filialium ecclesiarum administrantur a capitulo Collegiatæ Landishutanæ, quod tamen rationes non exhibet, unde earundem media defacto nesciuntur.

Ecclesia filialis s. Agathæ in Gelberstorff.

5. Ecclesia hæc est veteris & satis amplæ structuræ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Agathæ virg. martyris, altare B^{mæ} Virg. & altare s. Georgii martyris.

Divina hic fiunt ordinarie quarta Dominica, uti supra dictum. Item in festo Circumcisionis, s. Georgii, Catharinæ & Barbaræ. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Bartholomaei. Patrocinium vero habetur in festo s. Agathæ. Cœmeterium adest cum ossuario †) et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria.

---

*) IV. 64. **) IV. 65. ***) IV. 66. †) IV. 67.

Turris continet campanas duas benedictas. Proventuum administratio fit, prout supra ad ecclesiam parochialem dictum est.

Ecclesia filialis s. Stephani in Eggenhausen.

6. Hæc ecclesia est pariter antiqui operis et ante paucos annos reparata. Altaria adsunt duo: Altare majus, dedicatum honoribus s. Stephani, et altare s. Martini.

Divina hic peraguntur ordinarie Dominica quarta, nisi incidat festum, quod tangat ecclesiam parochialem & ecclesias filiales, uti supra dictum. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Matthæi, patrocinium vero in festo s. Stephani*). Item hic divina fieri solent in festo Epiphaniæ, feria II. Paschatis, in festo s. Marci et inventionis s. Crucis, quo die visitatur (tanquam etiam in festo patrocinii) hæc ecclesia a vicinis Parochiis. — Cœmeterium cum ossuario hic habetur. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio fit a capitulo Collegiatæ Landishutanæ, ut supra est dictum ad ecclesiam parochialem.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Dürn-Seyboltstorff.

7. Ecclesia hæc est parva et ruinosa, sine sacristia et sine turri. Altaria adsunt duo: Altare majus, dedicatum honoribus s. Udalrici, et altare B^mæ^ Virginis.

Divina hic peraguntur ordinarie quarta Dominica**); item feria III. Paschatis & Pentecostes et in festis s. Bennonis, Magdalenæ, Corbiniani, Nicolai Episcopi & ss. Innocentum. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi. Patrocinium celebratur in festo s. Udalrici. — Cœmeterium & ossuarium hic habetur. Paramenta adsunt præcise necessaria, item duæ campanulæ benedictæ, quæ pendent ex ligneo tabulato. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio dependet a capitulo Collegiatæ Landishutanæ, quod tamen harum ecclesiarum rationes non exhibet.

---

*) VI. 68. **) VI. 69.

§. 229.

Parochia s. Laurentii in Volkmanstorff*).

1. In actis ecclesiasticis adest copia instrumenti de dato 4 Jun. 1358, vi cujus Albertus II Episcopus Frisingensis assentiente capitulo cathedrali hanc Parochiam ad communem præbendam Canonicorum ecclesiæ Mosburgensis concessit, et sic modernæ Collegiatæ Landishutanæ esset incorporata; ex antiqua tamen matricula, ubi verba *de pleno jure* reperiuntur esse deleta, solum colligitur, eandem Parochiam esse de præsentatione capituli antedictæ ecclesiæ collegiatæ. Modernus Parochus est R. D. Christophorus Eixendorffer, ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Redditus parochiales proveniunt ex manso parochiali, decimis et accidentiis stolæ, qui tamen ultra 500 florenos creduntur parum ascendere. Parochus gaudet in sua Parochia integris decimis, exceptis locis sequentibus: Der Zechent des Seelmayrs und Ueberreütters iſt unter das Capitul zu Landshuet**) gehörig. Der Baur am Perg und Lohrer***) ſeynt mit dem Zechent von Thails Äckhern nacher Thuelbach unter die Pfarr Pruckhberg; des Moſlſchwaigers Zechent aber iſt dem Collegiat-Stüft s. Andreæ in Freyſing gehörig. Des Prumers Zechent von ſeinen Äckhern im Feldt und Point iſt dem Collegiat-Stüft zu Landshuet gehörig. Antiqua matricula notat etiam ex missis hebdomadalibus & anniversariis proventus 3 ℔. & 3 β. dl. Parochus tenetur capitulo Collegiatæ Landishutanæ annuatim solvere 12 florenos und 50 Pfundt Schmalz, ad seminarium episcopale 1 fl. 30 kr., cathedraticum 24 kr. Ex supradicta matricula habetur, Parochum pro incorporatione solvisse capitulo ecclesiæ Mosburgensis 9 fl. et Jägergelt 1 fl. — Domus parochialis, cum horreo & stabulis trans Isaram sita & ferme media hora ab ecclesia parochiali distans, est vilis et exiguæ structuræ †).

Communicantes hujus Parochiæ juxta novissimam descriptionem ducenti et quinquaginta numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Volkmanstorff non habet aliam ecclesiam filialem, bene vero adest capella in arce electorali Isaaregg ††).

---

*) IV. 71. — Vgl. §§. 399. 500. 684 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung S. 167. D.

**) IV. 72.

***) In der Originalhandſchrift des Verfaſſers ſteht — ſtatt Lohrer — Lehrer. D.

†) IV. 73. — Jetzt befindet ſich die Wohnung des Pfarrers am linken Ufer der Iſar, in Iſareck. D.

††) Seit dem Jahre 1805 gehört zur Pfarrey Volkmannsdorf die Filiale Wang,

4. Ecclesia parochialis, nunc notabiliter reparata, habet quatuor altaria sequentia: Altare majus, dedicatum honoribus s. Laurentii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Trinitatis et altare ss. 14 Auxiliatorum. In sacello etiam ecclesiæ annexo est altare B[mæ] Virginis auxiliatricis.

Divina fiunt in hac ecclesia ordinarie singulis diebus dominicis et festivis. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Aegidii, patrocinium vero celebratur in festo s. Laurentii*). — Baptisterium cum sacris oleis hic habetur. Cœmeterium cum sepulturis & ossuario adest, et quidem hic conspiciuntur variæ illustrium personarum sepulchrales lapides, præsertim Baronum Zeller de Leiberstorff. — Sacristia continet paramenta necessaria. Turris habet tres campanas benedictas. — Proventus ecclesiæ sunt sub cumulativa administratione Parochi loci & Præfecti electoralis Mosburgensis tanquam administratoris in Isaregg. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 750 fl. belauffen.

Capella s. Georgii in arce electorali Isaregg.

5. Capella hæc habet unum altare dedicatum honoribus s. Georgii martyris. Celebratur hic a Parocho missa hebdomadalis. Dedicatio capellæ celebratur in festo s. Catharinæ, patrocinium vero in festo s. Georgii.

---

§. 230.

Parochia s. Michaelis in Thondorff**).

1. Hæc Parochia juxta veterem matriculam fuit de præsentatione Abbatis in Ebersperg, nunc vero est de præsentatione collegii societatis Jesu Monachii, cui hæc Parochia dicitur authoritate Apostolica pleno jure attributa & unita & cujus Rector defacto solet

---

welche ehedem einen Theil des Vicariates Thonſtetten (vgl. §. 100 im I. Bd. S. 321) bildete. Es wird dortſelbſt jeden vierten Sonntag und an einigen anderen feſtgeſetzten Tagen Gottesdienſt gehalten. D.

*) IV. 74. — Ueber Iſaregg ſehe man v. Obernbergs Reiſen durch den Iſarkreis (III. 39 u. 40). D.

**) IV. 75. — Vgl. §§. 397. 499. 684 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 166. — Früher war Thondorf eine Patronatspfründe des Kloſters Tegernſee, welches dieſelbe dem Kloſter Ebersberg gegen Abtretung des Beneficiums zu Frauen-Neuharting in der Pfarrey Graſing überließ. D.

præsentare Vicarium ad nutum amovibilem, qui, si idoneus alias sit, ab Episcopo recipit admissionem ad curam animarum in hac Parochia exercendam. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Bartholomæus Blumlacher ex instituto clericorum in commune viventium.

2. Proventus Vicarii parochialis consistunt in eo, quod ipsi pro salario assignatur a collegio societatis Jesu Monacensi. Nunc Vicario dantur in pecunia 150 floreni, decimæ minores, 12 scaphæ varii frumenti ac ligna, quantis indiget. Item habet accidentia stolæ. Ex missis hebdomadalibus antiqua matricula assignat Parocho 1 ℔. dl. Cæteris fructibus gaudet*) prædictum collegium. Vicarius solvit ad episcopale seminarium 40 kr., cathedraticum 24 kr. Juxta prædictam matriculam tenebatur etiam nobilibus de Preysing in Cronwinkel solvere Vogtey 1 fl., quæ præstatio hodie cessat. — Domus parochialis cum pertinentiis lignea est & multum ruinosa ac reparatione indigens.

Communicantes in hac Parochia novissime 160 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Thondorff non habet aliam filialem ecclesiam. Est alias bonæ etiamnum fabricæ & habet tria altaria sequentia: Altare majus, dedicatum honoribus s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ Virg. et s. Barbaræ virg. mart.**) et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic fiunt singulis diebus dominicis & festivis. Dedicatio incidit in Dominicam I. Sept. Patrocinium celebratur in festo s. Michaelis. — Baptisterium cum oleis sacris hic habetur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis necessariis. Turris ecclesiæ continet campanas duas benedictas. — Proventus ecclesiæ sunt sub administratione collegii Monacensis societatis Jesu, cujus Rector repræsentat Parochum & Dominum hoffmarchialem hujus loci. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mag ſich diſer Zeit gegen 450 fl. belauffen.

---

*) IV. 76.

**) IV. 77. — Die Seiten 77 — 92 ſind in der Reinſchrift der Schmidtiſchen Matrikel für nachträgliche Zuſätze leer gelaſſen. D.

IX.

DECANATUS RURALIS

GÜNZELHOVIENSIS

SUB TITULO AC PATROCINIO

S. PHILIPPI APOSTOLI.

Parochiæ

Decanatus ruralis Günzelhoviensis*).

	Pag.	§.
Arnbach	129.	234.
Aufkirchen an der Mayſach	137.	235.
Ebertshausen	147.	236.
Egenburg	151.	237.
Egenhoffen	157.	238.
Einspach	165.	239.
Emering	183.	240.
Günzelhoffen	93.	231.
Grunertshoffen	117.	233.
Kottalting	195.	241.
Jesewang	207.	242.
Maisach	221.	243.
Malching	229.	244.
Mamendorff	105.	232.
Oberroth	233.	245.
Pfaffenhoven an der Glon	239.	246.
Prukh	245.	247.
Rottbach	259.	248.
Schwabhausen	265.	249.
Sulzemoos	269.	250.
Walkhertshoffen	283.	251.
Oberweickertshoffen	289.	252.
Welshoffen	295.	253.
Wenigmünchen	301.	254.

*) Dieſes Decanat heißt auch das Ruralcapitel an der Glon. Die Statuten deſſelben ſind im J. 1731 im Drucke erſchienen und im Jahre 1840 unter dem Titel: Statuta capituli ruralis ad Glonam neu aufgelegt worden. Bey der letzteren Auflage findet man einige hiſtoriſch-topographiſche Notizen über den ganzen Decanatsbezirk und die Reihenfolgen der Capitelvorſtände. D.

§. 231.

Parochia s. Margaritæ in Günzelhoffen*).

1. Hæc Parochia in omni mense de libera collatione Episcopi Frisingensis esse merito censetur, prout colligitur ex actis antiquioribus, protocollo de ao. 1585 fol. 2, B. et investiturarum libris. — Modernus Parochus est R. D. Martinus Hueber, ss. theol. Lic., Consiliarius ecclesiasticus actualis et hujus capituli ruralis Decanus, ao. 1716 investitus. Dat pro primis fructibus 80 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de illis habetur: *Item in fixis redditibus ex institutione 4 flor. etc. Item omnes majores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad 130 flor., minores ad 1 flor. etc., confessionalia ad 2 flor., panes primitiales et stolam ad 3 flor.* Condecimant**) in hac Parochia Parochi in Auffkirchen an der Mayſach, Egenhoffen et Oberweikhertshoffen. Anſonſt hat dieſer Pfarrer keine abſonderliche Gründt und Widumb-Güetter, auſſer was zu Hattenhoffen angelegen und diſer Zeit verſtüfftet iſt. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur 2000 florenos posse transcendere. Econtra in veteri matricula annotatur *Jägergelt Principi 3 flor., Vogtey dictæ parochiali 2 Schäffel siliginis.* Onera moderna Parochi sunt: Widumb-Steur 6 fl. 10 kr. 2 hl., Jägergelt 2 fl. 30 kr., Vogtey 10 kr., pensio pro aliquo Reverendissimo Domino Canonico cathedrali frisingensi 100 fl.; ludimagistro 4 Schäffel Korn, dem Bader 1 Mezen Korn, ad ecclesiam parochialem 26 kr. 6 hl., ad communitatem loci 22 kr., dem Vichhüetter 1 fl. 12 kr. und 1 Mezen Korn, cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 6 kr., ad seminarium episcopale 6 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis non patitur***) graves defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 684 numerati sunt.

---

*) IV. 93. — Vgl. §§. 385. 540. 686, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 118 u. 119, Buchingers geſchichtl. Nachrichten über das Landgericht Dachau im oberbayer. hiſtor. Archive (VI. 341 — 343), Weſtenrieder's Beyträge (IV. 379 — 383), v. Hefners römiſche Denkmale Oberbayerns, abgedr. in dem obenerwähnten Archive (VI. 198 — 208) u. Zarbl's Seelſorger (IV. Jahrg. I. Bd. S. 284). Bis zum Jahre 1264 gehörte die jetzige Pfarrey Egenhofen als Filiale zur Pfarrey Günzlhofen. D.

) IV. 94. *) IV. 95.

3. Ecclesia parochialis in Günzelhoffen habet alias tres filiales, nempe in Herrnzell, Hattenhofen, Hannshofen et capellam in arce Spielberg.

4. Ecclesia parochialis pulchre reparata altaria habet quatuor: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce et de ossibus s. Margaritæ virg. mart. Idem altare est privilegiatum diebus Lunæ pro defunctis ex *confraternitate* fidelium defunctorum, ao. 1677 authoritate episcopali hic introducta, quæ cum bonis ecclesiæ cumulative administratur et incorporata est Monacensi ad s. Laurentium in Altenhoff*). — *Altaria B^mæ^ Virginis, ss. Petri et Pauli et s. Bartholomæi.*

Divina peraguntur in hac ecclesia ordinarie in duabus Dominicis successive et tertia in Hattenhoffen juxta decretum Hermanni Episcopi Frisingensis sub dato 3 Oct. 1419. Item festa fere omnia per annum in hac ecclesia peraguntur, exceptis paucis, quæ infra ad ecclesias filiales notantur. Si in Dominicam tertiam incidat festum fori, divina itidem habentur in hac ecclesia parochiali, et proxima sequenti die dominica Hattenhovii supplentur. Idem observatur, quando dedicatio filialium ecclesiarum in Herrnzell et Hannshoffen in tertia Dominica incidit. Item vi decreti Hermanniani in quacunque die dominica, ubi tam in hac matrice ecclesia, quam in filiali Hattenhofen divina non celebrantur, eadem hebdomade per missam ibidem cum libera tamen applicatione legendam**) divina supplenda sunt. Item hic dicitur pro defunctis ex confraternitate missa hebdomadalis; similiter etiam pro familia Zwengeriana missa hebdomadalis. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in Dominica ante festum s. Galli, patrocinium vero in festo s. Margaritæ virg. mart. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis valde decentibus et decoris. Turris habet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Dominus hoffmarchialis in Günzelhoffen, qui est Dominus Baro de Imhoff. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung 4291 fl. 45 kr. 5 hl. betragen.

Ecclesia filialis s. Clementis in Herrnzell.

5. Ecclesia hæc decenter reparata habet unum altare, in honorem s. Clementis Pontificis martyris dedicatum***). Divina hic fiunt in dedicatione, Dominica ultima post Pentecosten. Item in festo patroni s. Clementis Pontif. mart. et ss. Joannis et Pauli martyrum. Item hic

---

*) IV. 96. **) IV. 97. ***) IV. 98.

dici solet missa hebdomadalis, de cujus tamen obligatione non satis constat. In actis tamen visitalibus de ao. 1706 notatur missa hic singulis tantum 14 diebus dicenda propter decimas in Loiterzhoffen. — Cœmeterium nullum adest, bene vero sacristia cum necessariis paramentis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et electoralis Præfecti in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes belauffet ſich diſer Zeit gegen 1200 fl.

Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Hattenhoffen.

6. Ecclesia hæc melioris inter rurales est notæ, habet tria altaria *): Altare majus, dedicatum in honorem s. Joann. Bapt., in quo asservatur Sanctissimum, altare Matris dolorosæ et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic peraguntur ordinarie in tertia Dominica. Item hic dicenda est missa infra hebdomadem, quando præcedente Dominica divina hic non sunt peracta, uti supra notatum est ad ecclesiam parochialem. Item hic celebrantur festa ss. Sebastiani, Blasii, Stephani, Innocentium martyrum nec non feria II. Paschatis et Pentecostes. Dedicatio hic celebratur in Dominica post festum s. Galli, patrocinium vero in festo s. Joannis Baptistæ. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia competenter instructa est paramentis. Turris habet campanas duas benedictas. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est **) penes Parochum et Præfectum electoralem in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich diſer Zeit yber 600 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Catharinæ in Hannshoffen.

7. Ecclesia hæc, post hostile incendium decenter reparata, altare habet unum, in honorem s. Catharinæ virginis martyris dedicatum. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Jacobi, et in festo patrocinii s. Catharinæ virg. mart. In festo s. Marci ista ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium adest nullum. Sacristia habet paramenta necessaria et turris campanas duas benedictas. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich diſer Zeit yber 80 fl. nit belauffen ***).

Capella filialis in arce Spillberg.

8. Hanc capellam nobilis Dominus Joannes Welser in Spillberg et Ober-Schwainbach, urbis Augustanæ Prætor, et Catharina ejus

---

*) IV. 99. **) IV. 100. ***) IV. 101.

conjux, nata Remboldin, ædificaverunt et in eadem ao. 1588 missam hebdomadalem cum dedicatione, anniversario nec non annuam eleemosynam fundaverunt. Successive ao. 1690 illustris Domina Maria Helena Baronissa de Lerchenfeldt fundationem auxit et Beneficium sex missarum hebdomadalium erexit et confirmationem episcopalem obtinuit. Præter domum habitationis et hortum ex redditibus capellæ conservandam, ligna etiam necessaria (12 Claſter Holz) ex prædiis et summis capitalibus Beneficiato, qui missis fundatis per se ipsum satisfacere debet, annui 245 floreni solvendi sunt. Jus patronatus reservatum fuit possessori hoffmarchiæ Spillberg. Modernus Beneficiatus est illustris Dominus Joannes Bapt. Josephus Baro de Lerchenfeldt*), ao. 1733 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.

Porro hæc capella habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem Jesu, Mariæ, Joseph, in quo subinde asservatur Sanctissimum; altare B^mæ Virg. Oettinganæ et altare s. Cajetani. — Dedicatio hujus capellæ incidit in Dominicam ante festum nativitatis B. M. V. — Cœmeterium nullum adest. Sacristia competentia habet paramenta et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus capellæ sunt sub cura Parochi et Domini hoffmarchialis **) in Spillberg, qui defacto est Dominus Baro de Lerchenfeldt. Das Vermögen diſer Schloß-Capellen iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

§. 232.

Parochia s. Jacobi in Mamendorff***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Joannes Michael Fastl, ss. theol. Dr., ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus 70 florenos. Est hujus capituli ruralis Camerarius.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et stola. — Antiqua matricula de illis ita habet: *Item in fixis red-*

*) IV. 102. **) IV. 103.

***) IV. 105. — Vgl. §§. 390. 534. 686, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 120 u. 121), Weſtenrieders Beſchreibung des Landgerichts Dachau (S. 117—125 oder deſſen Beyträge, Bd. IV. S. 357 — 367), Obernbergs Reiſen durch den Iſarkreis (III. 439 — 448) und das Archiv des hiſtor. Vereins von Oberbayern (III. 407 — 409, dann VI. 380 — 382 u. 390 — 394). D.

ditibus ex institutione 9 β dl., unum saccum siliginis et unum avenæ etc. Item omnes majores decimas communibus annis æstimat ad 91 flor., minores æstimat ad 2 flor. etc. In confessionalibus ad 3 flor. Panes primitiales et stolam æstimat ad 2 flor. Item neben dem pfarrlichen Widumb hat dieſe Pfarr auch einen kleinen Widumb ſambt einem*) Haus zu Mamendorf, auch einen Widumb und Haus zu Pfaffenhofen und Germers-Schwang, dann einen Widumb ohne Haus zu Perezhoffen. Condecimant in hac Parochia monasterium Weichenstephanense, Dominus hoffmarchialis in Spillberg et monasterium Fürstenfeldt. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis ad 2000 florenos creduntur ascendere. Econtra Parochus tenetur alere Cooperatorem et solvere: Widumb-Steur 3 fl. 16 kr. 2 hl. (anno 1736 petebatur etiam von den pfarrlichen Einkünften 5 fl. 39 kr. 5 hl.), Jägergelt 2 fl., Vogtey-Gelt 1 fl. 8 kr. 4 hl., Lamb-Gelt 40 kr., ad seminarium frising. 6 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr. — Domus parochialis eleganter ædificata cum pertinentiis non patitur notabiles defectus.

Communicantes hujus Parochiæ noviſſime 927 reperti sunt**).

3. Ecclesia parochialis in Mamendorff habet alias quinque ecclesias filiales, nempe s. Nicolai in Mamendorf in dem obern Dorf, Nanhoffen, Perezhoffen, Pfaffenhoffen und Gemersſchwang.

4. Ecclesia parochialis structuræ commendabilis habet quatuor altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Jacobi majoris Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum et coluntur particulæ de s. Cruce et de ossibus s. Jacobi Apostoli. — *Altaria s. Annæ et s. Viti.* — *Altare Matris dolorosæ* est situm in nova erecta capella et privilegiatum quavis feria sexta ratione *confraternitatis* de bona morte, ao. 1734 introductæ et authoritate ordinaria confirmatæ, quæ regitur per proprium magistratum***). Item hic statua Bmæ Virginis dolorosæ beneficiis clarescit.

Divina hic ordinarie fiunt duabus successive Dominicis et tertia in filiali ecclesia ad s. Nicolaum in pago superiori. Si vero in tertiam Dominicam incidat festum majus fori, verbi gratia Apostolorum, divina tunc celebrantur in matrice, et in filiali s. Nicolai proxima Dominica supplenter. Item hic celebrantur festa solennia Domini et purificationis Bmæ Virginis. Reliqua festa Bmæ habentur ad s. Nicolaum. Dedicationem hujus ecclesiæ parochialis celebrant in Dominica post nativitatem B. M. V., patrocinium vero in festo s. Jacobi majoris Apostoli. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia decenter ornata est paramentis et turris habet campanas benedictas

*) IV. 106. **) IV. 107. ***) IV. 108.

duas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et electoralis Præfecti in Dachau.*) Das Vermögen dieſes Pfarr=Gottshauſes belauffet ſich in letzter Rechnung auf 2135 fl. 37 kr. 1 hl.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Mamendorff.

5. Ecclesia hæc, in superiori pago Mamendorff sita, pulchræ structuræ, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula de ossibus s. Nicolai Episcopi, altare s. Francisci Seraphici et altare s. Antonii de Padua. — Res divina peragitur in tertia Dominica eo modo, uti supra notatum est ad ecclesiam parochialem; item in festis $B^{mæ}$ Virginis, excepto festo purificationis; item in feria II. Paschatis et Pentecostes**). Item in festo s. Martini, Stephani protomartyris et ss. Innocentium martyrum et in Nativitate Domini ad auroram. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Martini, patrocinium vero in festo s. Nicolai Episcopi. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet competentia paramenta et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 3373 fl. 58 kr. 6½ hl. betragen.

Ecclesia filialis $B^{mæ}$ Virginis in Nanhoffen.

6. Acta visitalia de ao. 1706 notant, in veteri arce hujus loci extitisse capellam; arce veteri vero diruta ædificatam fuisse hanc ecclesiam parvam, sed amœnam cum uno altari, in honorem $B^{mæ}$ Virginis dedicato***). Divina hic peragi solent in festis ss. Joannis Bapt., Petri et Pauli et s. Catharinæ virginis martyris. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Jacobi. Item hic dicuntur duæ missæ hebdomadales ex fundatione Dominorum de Ehelhaimb†), uti indicant citata acta visitalia, in quibus etiam habetur, dari pro his missis annuatim 18 florenos et ligna 12 Claſter. — Cœmeterium non adest. Sacristia necessaria habet paramenta et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Domini hoffmarchiæ Nanhoffen, qui defacto est nobilis Dominus de Ruffini. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 2736 fl. 16 kr. ausgemacht.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Perezhoffen.

7. Ecclesia hæc modicæ structuræ††) habet aram unam, in ho-

*) IV. 109. **) IV. 110. ***) IV. 111.

†) Nach der Originalhandſchrift des Verfaſſers: Echenhaimb vel Elsenhaimb. D.

††) IV. 112.

norem s. Michaelis consecratam. — Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis et in festo patrocinii s. Michaelis. — Non adest cœmeterium nec propria sacristia. Paramenta adsunt solum pro necessitate. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 627 fl. 14 kr. 5 hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Georgii in Pfaffenhofen.

8. Ecclesia hæc non satis ampla, belle tamen ornata, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum*), altare B^{mæ} Virginis et altare s. Andreæ. — Divina hic fiunt alternative in Dominicis cum ecclesia in Gemersschwang; item in omnibus festis B^{mæ} Virginis et Apostolorum hic divina peraguntur, nec non in festis ss. Josephi, Bennonis, Magdalenæ, Laurentii, Martini, Nicolai, Stephani protomartyris et s. Innocentium martyrum; item in feria II et III Paschatis et Pentecostes, in die commemorationem fidelium defunctorum subsequente. Dedicatio hujus ecclesiæ occurrit in Dominica ante festum s. Galli, patrocinium autem in festo s. Georgii. Item in hac ecclesia et illa in Gemersschwang alternative dicitur missa singulis septimanis cum libera applicatione, uti mox infra ad ecclesiam Germersschwang dicetur. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus et turris duabus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura**) Parochi et Domini hoffmarchiæ hujus loci. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 8208 fl. 15 kr. beloffen.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Germersschwang.

9. Ecclesia decore reædificata et consecratione indigens altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Trinitatis et altare ss. Sebastiani et Rochi. — Divina in Dominicis hic alternantur cum ecclesia filiali in Pfaffenhoffen. Item hic celebrantur festa Domini, et excepta benedictione fontis cæteræ functiones hic peraguntur sicut in matrice. Item hic peraguntur festa s. Sebastiani, Sanctorum omnium, commemorationis fidelium defunctorum, translationis***) s. Corbiniani et s. Joannis Evang. Dedicatio posthac celebrabitur in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium autem in ipso festo s. Michaelis Archangeli. Item hic singulis septimanis alternative cum ecclesia filiali in Pfaffenhofen dicitur missa

---

*) IV. 113. **) IV. 114. ***) IV. 115.

hebdomadalis, nempe in ea ecclesia, in qua proxima semper Dominica divina celebrabuntur. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis sufficientibus et turris duabus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Domini hoffmarchialis loci, qui est Dominus Abbas in Ettal. Diſes Gottshaus hat vor deſſen neuen Erbauung (ao. 1737) 1268 fl. 27 kr. 4 hl. im Vermögen gehabt.

---

§. 233.

Parochia s. Michaelis in Adelshoffen, dicta communiter Grunertshoffen*).

1. De hac Parochia in veteri matricula præter solum nomen Grainerzhoffen aliud nihil annotatum reperitur. Colligitur ex libris investiturarum (signanter de dato 15. Jan. 1602, 16. Jan. 1706 et etiam de dato 28. Jan. 1722), eandem Parochiam (quæ proprie vocari deberet Adelshoffen, non Grainerzhoffen) esse de alternativis inter Serenissimum Electorem Bavariæ et Ordinarium Frisingensem. — Modernus Parochus est R. D. Franciscus Lachemair, ss. theol. Lic., ao. 1722 investitus. Dat pro primis fructibus 34 florenos. Est in hoc rurali capitulo testis synodalis.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, ex decimis et stola**). Condecimat autem pro tertia parte in Luthenwang Dominus Baro de Füll in Grunertshoffen. Item ibidem multa ex parte condecimant Parochus in Hochdorf et Parochus in Stainbach, uterque Diœcesis Augustanæ. Similiter in Grunertshoffen quoad 13 jugera condecimat Parochus in Burg, Diœcesis Augustanæ. In Nassenhausen pro tertia parte condecimat monasterium Schäfftlariense. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur melioribus annis ad 1000 florenos et ultra posse ascendere. Item ſeynt zu diſer Pfarr 3 Widen-Güetter, als in Luthenwang, Adelshoffen und Naſſenhauſen, dann eine abſonderliche Sölden in Luthenwang gehörig. Item iſt in Luthenwang ein Sölden-Häußl anhero gehörig, von Herrn Ziernheld, Pfarrern der Orthen, zu 3 geſtüften Meſſen circa festum ss. Trinitatis gewidmet. — Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem, qui habitat in Adelshoffen, de quo infra. Item solvit Widumb-Steur 6 fl. 20 kr. 4 hl.***),

---

*) IV. 117. — Vgl. §§. 385. 546. 686 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. S. 118. D.

) IV. 118. *) IV. 119.

Vogtey nach Grunertshoffen 2 Schäffel Korn et 25 kr., uti notatur in actis visitalibus de ao. 1706. Item ibidem notatur, Parochum ad missam matutinalem in Fürstenfeldt 6 scaphas siliginis solvere, cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 6 kr., ad seminarium episcopale 4 flor. — Domus parochialis sita iñ Grunertshoffen cum pertinentiis est honesta habitatio.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 585 numerati sunt.

3. Ecclesia in Adelshoffen, quæ vera parochialis est, habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Grunertshoffen, Luthenwang et Nassenhausen, item capellam s. Annæ prope Adelshoffen et capellam in arce ibidem.

4. Ecclesia parochialis in Adelshoffen amœnæ structuræ est et habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis*) Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Viti martyris et altare s. Antonii de Padua.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominicis alternative cum ecclesia filiali in Nassenhausen. Item hic peraguntur festa B^{mæ} Virginis et Apostolorum. Item hic celebrantur festa alia omnia, exceptis feriis secundis Paschatis et Pentecostes, commemorationis fidelium defunctorum, ss. Martini, Stephani, Nicolai et Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Udalrici, patrocinium vero in festo s. Michaelis Archangeli. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium etiam hic adest cum ossuario et sepulturis, et quidem in hac ecclesia conspiciuntur sepulturæ Nobilium de Adelshoffen. Sacristia competenter instructa est paramentis et turris campanis benedictis duabus**). In hoc loco habitat Cooperator, qui salarium suum a Parocho præter aliquas decimas et accidentia stolæ percipit. Domum Cooperatoris conservare incumbit Parocho. Cooperator in hac ecclesia dicit ex consuetudine missam hebdomadalem cum libera applicatione. Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Dominum hoffmarchialem hujus loci, qui est illustrissimus Dominus Comes Fugger. Das Vermögen diſes Gottshauſes, welches die rechte Pfarrkirche iſt, hat in letzter Rechnung 1200 fl. 55 kr. 1½ hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Laurentii in Grunertshoffen.

5. Ecclesia hæc satis formosa altaria habet tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Laurentii martyris. In eo asservatur Sanctissimum, et in utroque***) latere tabernaculi expositæ venerationi sunt insignes reliquiæ de ossibus s. Xysti martyris. Item hic coluntur particulæ de ossibus s. Laurentii martyris et aliorum Sanc-

*) IV. 120. **) IV. 121. ***) IV. 122.

torum. Idem altare feriis sextis privilegiatum est ratione *confraternitatis* fidelium defunctorum, ao. 1723 authoritate ordinaria hic introductæ, quæ administratur a Parocho et duobus aliis tutoribus. — *Altaria ss. Trinitatis et s. Sylvestri.*

Res divina in hac ecclesia in Dominicis ordinarie alternative celebratur cum ecclesia in Luthenwang. Item in Dominica Paschatis, Pentecostes et ss. Trinitatis, in festis ss. Apostolorum, item in aliis festis, quæ ad ecclesiam Luthenwang non notantur. Dedicatio hujus ecclesiæ occurrit in Dominica ante festum s. Matthæi. Patrocinium celebratur in festo s. Laurentii martyris. Missa hebdomadalis etiam solet*) hic dici cum libera applicatione. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic habetur. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho et Domino hoffmarchiali in Grunertshoffen, qui est Dominus Baro de Füll. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Martini in Nassenhausen.

6. Ecclesia hæc antiquioris structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum**), altare B^mæ^ Virginis et altare s. Francisci Seraphici.

Divina hic ordinarie peraguntur in Dominicis alternative cum ecclesia in Adelshoffen; item in Dominica Paschatis, Pentecostes, ss. Trinitatis etc. Dedicatio occurrit in Dominica ante nativitatem B. M. V., patrocinium autem in festo s. Martini Episcopi. Missa etiam hebdomadalis solet hic dici cum libera applicatione. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta sufficientia et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Domini hoffmarchiæ Adelshoffen. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1823 fl. 13 kr. 4 hl. betroffen.

Ecclesia B^{mæ} Virginis in Luthenwang.

7. Ecclesia hæc honestioris fabricæ altaria habet tria***): Altare majus, in quo asservatur Sanctissimum, dedicatum in honorem B^{mæ} Virginis, quæ hic beneficiis claret, et altaria s. Nicolai Episcopi et s. Sebastiani martyris.

Divina hic ordinarie fiunt alternative cum ecclesia in Grunertshoffen. Item hic peraguntur omnia festa B^{mæ} Virginis; item festa Circumcisionis, ss. Sebastiani, Georgii, Marci, Joannis et Pauli,

*) IV. 123. **) IV. 124. ***) IV. 125.

Nicolai, Stephani, Innocentium martyrum et feria II. Paschatis et Pentecostes etiam in hac ecclesia peraguntur. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Michaelis, patrocinium in festo assumptionis B. M. V. Missa hebdomadalis solet etiam dici cum libera applicatione. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia et turris campanas tres benedictas*). — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho et electorali Præfecto in Landtsperg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung auf 1653 fl. 37 kr. 3¾ hl. betroffen.

Capella s. Annæ ad pagum Adelshoffen.

8. Hæc capella, in colle sita, in qua conspicitur sepultura Dominorum comitum Fugger in Adelshoffen, altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Annæ, et altare B^mæ^ Virginis.

Præter dedicationem et patrocinium s. Annæ in hac capella missæ et litaniæ pro singulis diebus Sabbati in honorem B^mæ^ Virginis fundatæ peraguntur. Paramenta huc pro necessitate ex ecclesia matrice solent deportari. In turri sunt campanæ duæ benedictæ**). Proventus hujus capellæ curant Parochus et Dominus hoffmarchiæ Adelshoffen. Das Vermögen dieſer Capellen hat in letzter Rechnung 1666 fl. 37 kr. 3½ hl. entworffen.

Capella s. Annæ in arce Adelshoffen.

9. Capella hæc consecrata in arce Adelshoffen habet unum altare, in honorem s. Annæ dedicatum. Dedicatio hujus capellæ celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis et alias divina peraguntur ad libitum Domini arcis hic habitantis, qui hanc capellam, quæ bene dotata est, conservat et necessariis paramentis providet.

---

§. 234.

Parochia s. Nicolai in Arnbach***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Ordinarii Frisingensis. — Modernus Parochus est illustris Dominus Joannes Franciscus Baro de Paumgarthen, ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos.

*) IV. 126. **) IV. 127.

***) III. 129. — Vgl. §§. 380. 539. 686, die tabellar. Diöceſanbeſchr. S. 113 und das Archiv des hiſtoriſchen Vereins von Oberbayern (VI. 35. 36). D.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de his ita legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione prædiorum dotalium habet dicta parochialis 15 flor. 60 dl., 3 Schæffel siliginis et 2 avenæ etc. Certa prata annuum redditum valoris 8 flor. etc. Item omnes majores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad 60 flor. etc. In confessionalibus ad 2 flor. Panes primitiales æstimat ad 2 flor.* Item iſt zu diſer Pfarr bey der Filial Weyarn ein Widumb, doch ohne Hofſtatt gehörig. Item zu Arnbach ein Juchart-Güetl gleichfalls zu diſer *) Pfarr gehörig. Item alda ein Widumb mit Haus und Stadl, eben dahin gehörig; Alles diſes außer des Ordinari-Widumbs, auf welchem der Pfarrer ſelbſt hauſet. Condecimator alius non adest, quam monasterium in Roth & Parochus in Nider-Roth. Integri proventus hujus Parochiæ censentur melioribus annis 1200 florenos facile conficere. Econtra tenetur Parochus solvere: Widumb-Steur 6 fl. 10 kr., Jäger-Gelt 1 fl. 24 kr. 4 hl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr., ad seminarium episcopale 4 fl. — Domus parochialis noviter & eleganter exstructa necdum absoluta est; aliæ fabricæ non patiuntur magnos defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 270 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Arnbach habet alias duas filiales, nempe in Weyarn & in Edenholzhausen, item capellam in arce Arnbach **).

4. Ecclesia parochialis renovata & nova consecratione indigens habet altaria tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum & coluntur particulæ de ossibus ss. Pancratii, Sebastiani & Floriani martyrum. — *Altaria s. Crucis & B^{mæ} Virginis desponsatæ.*

Divina fiunt ordinarie in hac ecclesia parochiali omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis illis, qui infra notantur ad ecclesias filiales. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam ante festum ss. Simonis & Judæ. Patrocinium celebratur in festo s. Nicolai Episcopi. — Item hic legitur missa menstrua juxta derectum Viti Adami Episcopi Frisingensis de dato 29 Mart. 1642 pro incerto fundatore, qui propterea legavit pratum. Item dici solet missa menstrua pro Conrado Auer ***). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. In hac etiam ecclesia conspicitur sepultura illustrium Dominorum de Geebek. Sacristia provisa est paramentis necessariis. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus & Dominus hoffmarchiæ Arnbach. Das Vermögen diſes Pfarr-Gotteshauſes iſt nit wüßlich aus Abgang deſſen Rechnungs-Extracten.

*) IV. 130. **) IV. 131. ***) IV. 132.

Ecclesia filialis s. Petri in Edenholzhausen.

5. Ecclesia hæc magna reparatione indigens altare habet unum, in honorem s. Petri Apostoli dedicatum. Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post octavam Corporis Christi et in festo patrocinii ss. Apostolorum Petri & Pauli. Item hic celebratur *) diebus Veneris pro incerto fundatore missa hebdomadalis, pro qua Parochus recipit fructus ex prato duorum jugerum. Notatur etiam in actis visitalibus de ao. 1705, in hac ecclesia die 2 Jan. divina peragi. — Cœmeterium non adest, nec sacristia propria. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt in lezter Rechnung auf 363 fl. beloſſen.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Weyarn.

6. Hæc ecclesia ruinosæ structuræ altaria tria habet: *Altare majus* est dedicatum in honorem Bmæ Virginis, cujus statua hic claret beneficiis et visitatur publicis processionibus a multis vicinis parochianis. In eodem altari asservatur Sanctissimum **). — *Altaria s. Viti martyris & s. Martini Episcopi.*

Divina hic peraguntur in dedicatione, Dominica ante festum s. Laurentii. Item feria sexta post Ascensionem Domini, feria II. Paschatis, in festo s. Viti martyris, in festo s. Bartholomæi Apostoli, in festo nativitatis B. M. V., in festo s. Martini, Andreæ Apostoli, conceptionis B. M. V. Item in festo Nativitatis Domini (secunda missa) et in festo Innocentium martyrum. Item in festo annunciationis Bmæ Virginis, et die sequenti beneviso solet hic celebrari anniversarius a Reverendissimo ac Celsissimo Domino Vito Adamo Episcopo Frisingensi nato de Geebek fundatus. Item diebus sabbatinis hic celebratur missa cum libera applicatione. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia necessariis instructa est paramentis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura ***) Parochi & electoralis Præfecti in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in lezter Rechnung 452 fl. 5 kr. 3 hl. betroffen.

Capella in arce Arnbach.

7. Hæc capella veteris structuræ, non consecrata, habet unum altare pariter non consecratum, in honorem tamen ss. Trinitatis erectum. Die Lunæ post festum ss. Trinitatis & feria III. subsequente ex fundatione Reverendissimi & Celsissimi Principis & Episcopi Frisingensis Viti Adami hic dicenda est missa.

---

*) IV. 133. **) IV. 134. ***) IV. 135.

§. 235.

Parochia s. Georgii in Aufkirchen an der Maysach *).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est illustris Dominus Jos. Max. Baro de Lampfrizhaimb, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 60 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et accidentiis stolæ. Legitur de illis in veteri matricula: *Item in fixis redditibus & institutione prædiorum 12 flor. Item omnes majores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad 90 florenos, minores ad 6 flor. etc. In confessionalibus, stola & panibus primitialibus 2 flor.* Item iſt zu diſer Pfarr gehörig ein Widumbs-hoff zu Schwainbach, auch ein Widumbguet zu Ramershoffen und eine Sölden **) zu Geiſenhoffen, nitt weniger ein Widenhoff zu Eurnſtetten. Condecimat in pago Englertshoffen Dominus Baro Lerchenfeldt in Spillberg & Baro Füll in Camerberg. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis censentur ad 1500 florenos posse ascendere. Econtra tenetur Parochus solvere: Widumb-Steur 3 fl. 52 kr. 3 hl., Jäger-Gelt 2 fl. (in veteri matricula legitur: *Item Vogtey 4* Schäffel *avenæ & 1 ß. dl., duo* Schäffel *Principi & duo* Adels-häuſern), ad seminarium episcopale 5 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis non patitur notabiles defectus, illa nempe, quæ nunc habitatur; antiqua enim lignea non est amplius apta ad habitationem sacerdotalem.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 592 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Aufkirchen habet alias quatuor ecclesias filiales, nempe in Schwainbach, Ramerzhoffen, Englertshoffen & Stephansberg***).

4. Ecclesia parochialis satis decoræ fabricæ habet quatuor altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare Resurrectionis Domini, altare s. Nicolai Episcopi & altare in capella Jesu, Mariæ, Joseph. Hoc *(ultimum)* altare privilegiatum est singulis diebus Lunæ pro

---

*) IV. 137. — Vgl. §§. 380. 529. 686 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 113 und 114. D.

) IV. 138. *) IV. 139.

defunctis ex *confraternitate* Jesu, Mariæ, Joseph, ao. 1667 authoritate ordinaria hic introducta, quæ defacto regitur a solo Parocho.

Divina hic ordinarie peraguntur in omnibus diebus dominicis et festivis, exceptis illis, quæ infra ad ecclesias filiales notantur. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum nativitatis B. M. V., patrocinium autem celebratur in festo s. Georgii martyris *). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia & turris tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat laut letzter Rechnung 1166 fl. 29 kr. betragen.

Ecclesia filialis B^{mæ} Virginis in Schwainbach.

5. Ecclesia hæc reparata habet nunc quatuor altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem B^{mæ} Virginis, cujus statua claret beneficiis. In eo asservatur Sanctissimum **). — *Altaria s. Annæ & ss. Dionysii & Barbaræ.* — *Altare s. Antonii de Padua* necdum est consecratum.

Divina hic peraguntur juxta acta visitalia de ao. 1706 in quatuor festivitatibus B^{mæ} Virginis, nempe annunciationis, visitationis, assumptionis & nativitatis B. M. V. Item feria II. Paschæ, feria II. & V. Pentecostes, in qua ultima feria ad hanc ecclesiam & cultum B^{mæ} Virginis fiunt Parochiarum vicinarum plures processiones. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum assumptionis B. M. V. Item hic dicitur missa hebdomadalis diebus Sabbati cum libera intentione. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia et turris tres campanas benedictas ***). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Dachau. Das völlige Vermögen hat in letzter Rechnung 1570 fl. 50 kr. betroffen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Ramerzhoffen.

6. Ecclesia hæc exiguæ structuræ habet altare unum, s. Cruci dedicatum. Divina hic solent fieri in festo s. Marci, ubi hæc

---

*) IV. 140.

**) IV. 141. — Ueber Schweinbach ſehe man Buchinger's hiſtoriſche Nachrichten ꝛc. im Archiv des hiſtoriſchen Vereins von Oberbayern (VII. 122—124). — Wegen der von dem Prieſter Peter Loderbank zu München i. J. 1737 nach Unterſchweinbach gemachten Meſſenſtiftung iſt der Pfarrer von Aufkirchen zur Haltung eines Hülfsprieſters verpflichtet. Anfangs wurden dieſe geſtifteten Meſſen in der Kirche des Prieſterhauſes zum hl. Joh. v. Nepomuk in München geleſen. Sieh die tabellar. Diöceſanbeſchr. S. 239. Nro. 77. D.

***) IV. 142.

ecclesia processionibus visitatur, et in festo s. Martini Episcopi. Item in festo exaltationis s. Crucis, ubi pariter hæc ecclesia visitatur processionibus. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis. Item diebus Veneris hic dicitur missa hebdomadalis cum libera intentione, quod juxta acta visitalia de ao. 1706 intelligendum erit, ui infra spatium 14 dierum missa diebus Veneris legatur. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta satis honesta & turris duas benedictas campanas *). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 456 fl. 8 kr. 3½ hl. ausgemachet.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Englertshoffen.

7. Ecclesia hæc exiguæ & ruinosæ structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Udalrici Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^{mæ} Virginis & altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic peraguntur in dedicatione (Dominica post festum s. Martini) et in festo patrocinii s. Udalrici Episcopi, et in festo ss. Joannis & Pauli, Ursulæ & ss. Innocentium martyrum. Item hic **) dicitur missa menstrua pro incerto fundatore, pro qua ex redditibus ecclesiæ dantur . . . . . . — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet competentia paramenta et turris campanas benedictas duas. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho & Præfecto electorali in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 511 fl. 16 kr. 1 hl. entworffen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Stephansberg.

8. Ecclesia hæc pariter restauratione indigens altare habet unum, in honorem s. Stephani protomartyris dedicatum. Dedicatio hic celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis Archangeli, patrocinium in festo s. Stephani protomartyris. Item divina hic fiunt in feria III. Paschatis & Pentecostes. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet ***) paramenta honesta et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung betroffen 395 fl. 19 kr. ¾ hl.

---

*) IV. 143. **) IV. 144. ***) IV. 145.

§. 236.

Parochia s. Benedicti in Ebertshausen*).

1. Hæc Parochia fuit antehac ex concessione Episcopi de libera collatione Vicarii ejusdem generalis, nunc vero Episcopus eam confert in omni mense. — Modernus Parochus est R. D. Franciscus Lipp, ao. 1711 investitus. Nihil dedit pro primis fructibus, dabuntur tamen imposterum a successoribus Parochis.

2. Proventus tenues hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis & stola exigua. In veteri matricula de his legitur: *Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 18 flor., minores ad 1 flor., confessionalia 6 β. dl. Panes primitiales æstimat ad 1 flor.* Parochus recipit unam tertiam decimarum, reliquas duas partes colligit Reverendissimum capitulum cathedrale Frisingense**); in locis tamen Lukha, Angerbaur, Hilpertsriedt prætendit Parochus integras decimas, etsi contradicat altefatum***) capitulum. Integri proventus hujus Parochiæ 300 florenos parum excedent. Econtra Parochus tenetur solvere: Widumſteur 3 fl. 54 kr., Vogtey 4 Mezen 1 V. Haabern, Jägergelt 18 kr., ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr. — Domus parochialis recenter restaurata cum pertinentiis non habet magnos defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 115 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Ebertshausen non habet aliam ecclesiam filialem †).

4. Ecclesia parochialis angustæ, lucidæ tamen structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Benedicti Abbatis, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ Virgines & altare s. Georgii martyris.

Divina hic fiunt in omnibus diebus dominicis ††) ac festivis. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis, patrocinium vero celebratur in festo s. Benedicti Abbatis. Baptisterium hic

*) IV. 147. — Vgl. §§. 383. 538. 686 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung S. 115. D.

**) Regiſtrator Wiſhen hat hier am Rande der Matrikel bemerkt: Tam juxta acta, quam juxta relationem Parochi is gaudet duabus partibus decimarum majorum in Ebertshausen.

***) IV. 148.

†) Im Jahre 1841 iſt der Filialbezirk Widenzhauſen von der Pfarrey Einſpach getrennt und der Pfarrey Ebertshauſen zugewieſen worden. D.

††) IV. 149.

habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia competenter instructa est paramentis & turris habet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 370 fl. 45 kr. erſtreckhet.

---

§. 237.

Parochia s. Stephani in Egenburg *).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Joannes Carolus Felix Machaus, ao. 1730 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis & stolæ accidentiis. Antiqua matricula de his sequentia tradit: *Item omnes decimas majores frumentorum æstimat ad 80 florenos, minores ad 5 flor. etc., confessionalia ad 1 fl., item panes primitiales ad 1 ℔. dl.* Condecimator nullus adest, nisi Parochi in Ober-Weickertshoffen & Egenhoffen, qui solum ex aliquibus novalibus fundis decimas percipiunt. Integri proventus hujus Parochiæ censentur melioribus annis 800 florenos excedere**). Parochus tenetur solvere: Widumb-Steur 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr., ad seminarium episcopale 4 fl. In veteri matricula legitur: *Item Domino Casparo Wünzerer Vogtey 6 flor.* Item in actis visitalibus de ao. 1706 reperitur notatum, Parochum de suo manso quinque jugerum debere solvere monasterio Ettallensi 4 scaphas siliginis & 4 scaphas avenæ; hac tamen de re videantur acta & recessus de dato 17. Oct. 1609. — Domus parochialis cum pertinentiis non patitur graves defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 292 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Egenburg habet unam ecclesiam filialem in Osterholzen.

4. Ecclesia parochialis decoræ formæ altaria habet tria**): *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris.

---

*) IV. 151. — Vgl. §§. 383. 524. 686. u. die tabellar. Diöceſanbeſchr. S. 115. — Im Jahre 1842 wurde der Weiler Miesberg aus der Pfarrey Mehring, Bisthums Augsburg, nach Egenburg umgepfarrt. D.

) IV. 152. *) IV. 153.

In eo asservatur Sanctissimum. Item hic colitur particula de s. Cruce et de ossibus s. Stephani protomartyris. — *Altaria Bmæ Virginis & s. Ottiliæ virginis.*

Divina peraguntur in hac ecclesia in omnibus Dominicis et diebus festivis, exceptis iis, quæ infra ad capellam Osterholzen notantur. Item hic dicuntur quatuor missæ angariales pro certa intentione. Dedicatio celebratur in Dominica ante nativitatem B. M. V., patrocinium vero in festo s. Stephani protomartyris. Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet decentia paramenta et turris campanas duas benedictas*). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & electoralis Præfecti in Fridtberg. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung 8143 fl. 8 kr. 6 hl. betragen.

Ecclesia filialis s. Annæ in Osterholzen.

5. Ecclesia hæc seu potius capella, in campo sita & restaurata, nova indigens consecratione, altare habet unum, in honorem s. Annæ erectum. Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ antehac semper fuit celebrata in Dominica ante festum s. Michaelis Archangeli, et in festo patrocinii s. Annæ et in festo visitationis Bmæ Virginis. — Cœmeterium non adest, nec propria sacristia, licet adsint paramenta decentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ**). — Curam proventuum hujus ecclesiæ seu capellæ gerit Parochus cum vitrico. Das Vermögen diſer Capellen iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

§. 238.

Parochia s. Leodegarii in Egenhoffen***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis†). Modernus Parochus est R. D. Josephus Fridericus

*) IV. 154. **) IV. 155.

***) IV. 157. — Vgl. §§. 383. 528. 686, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 116.) und das Archiv des hiſtoriſchen Vereins v. Oberbayern (VI. 265—268. VII. 140. 141.) D.

†) Hier hat Regiſtrator Wishey am Rande beygefügt: „In dem Inveſtiturbuche iſt unter dem 24. Jul. 1789 bemerkt, daß die Pfarr Egenhofen in Zukunft de præsentatione Dni Baronis de Ruffini ſey.“ Die Ruffiniſche Familie hat

Machaus, ss. theol. Dr., ao. 1718 investitus. Dat pro primis fructibus 32 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur de manso, decimis et stolæ accidentiis. Legitur de his in veteri matricula: *Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 45 flor., minores ad 2 flor., ex confessionalibus 1 flor., ex panibus primitialibus & stola similiter 1 flor.* Condecimatorem alium non habet Parochus, nisi in aliquo agro ratione decimarum Hernzellensium Parochum in Aufkirchen an der Mayſach, et in districtu Osterholzen tertiam partem novalium percipit Parochus in Egenburg*). Item adest zu Poigern ein Widumb mit 2 Juchart und 2 Tagwerkh Anger. Integri proventus hujus Parochiæ censentur melioribus annis 700 florenos excedere posse. Econtra tenetur Parochus solvere: Widumbſteur....., Jägergelt....., ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 6 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis non habet graves defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 230 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Egenhoffen habet aliam filialem, nempe in Poigern, et capellam in arce Weicharn.

4. Ecclesia parochialis, inter rurales melioris notæ, habet tria altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Leodegarii Episcopi martyris. In eo asservatur**) Sanctissimum & coluntur particulæ authenticæ de s. Cruce et de ossibus s. Leodegarii et s. Viti martyrum. — *Altaria ss. Trinitatis & B^mæ^ Virg.* — *Altare sepulchri Domini* in capella ecclesiæ parochiali annexa.

Divina fiunt ordinarie in hac ecclesia in omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis illis, quæ infra ad filialem et capellam arcis notantur. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Udalrici Episcopi, patrocinium vero in festo s. Leodegarii Episcopi martyris (die 2 Octobris). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia***) habet paramenta decentia et turris tres campanas benedictas. In hac ecclesia cæteroquin conspicitur sepultura nobilium de Pukh, qui olim Domini erant hoffmarchiæ Egenhoffen. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Dominus hoffmarchiæ Egenhoffen, qui de-

---

nämlich ihr Patronatsrecht auf die Pfarr Mittelſtätten, Biſthums Augsburg, an den Landesherrn und dieſer ſein Monatrecht auf Egenhofen an Freiherrn von Ruffini abgetreten, zugleich aber den Biſchof von Freyſing durch Verzichtleiſtung auf das landesherrliche Monatrecht bey der Pfarrey Getting entſchädiget. (Vgl. oben §. 178.) D.

*) IV. 158. **) IV. 159. ***) IV. 160.

facto est Dominus de Ruffini. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung ſich gegen 1300 fl. herausgeworffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Poigern.

5. Ecclesia hæc, post hostile incendium reparata, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi*), altare ss. Joan. et Pauli & altare ss. Andreæ & Barbaræ.

Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica ante festum s. Michaelis) et in festo patrocinii s. Nicolai Episcopi. Item in festo s. Marci. Item in feria sexta post Ascensionem Domini, ad libitum tamen Parochi. — Cœmeterium adest nullum. Sacristia tenet paramenta sufficientia et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1409 fl. 44 kr. 4½ hl. entworffen**).

Capella filialis in arce Weicharn.

6. In hac arce sita est capella noviter restaurata, nondum consecrata, cum uno altari, in honorem Matris dolorosæ erecto. Divina in hac capella fiunt in festis nativitatis, præsentationis et visitationis B. M. V. et in dedicatione, quæ antehac semper celebrata fuit in Dominica ante festum s. Galli. In hac capella cæteroquin ex dispositione Domini Joannis Baptistæ Ruffini, tanquam Domini arcis, per suum Capellanum legitur missa quotidie ad intentionem præfati Domini, qui et *Capellano* præbet victum et salarium. Confirmatio episcopalis desuper nondum accessit***). Sacristia hujus capellæ competenter instructa est paramentis et turris duabus campanis benedictis.

---

§. 239.

Parochia s. Margaritæ in Einspach †).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Franciscus Salesius Schwaiger, ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 80 florenos.

*) IV. 161. **) IV. 162. ***) IV. 163.

†) IV. 165. — Vgl. §§. 383. 536. 686, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 116 u. 117), v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkreis (III. 364) und das oberbayerſche Archiv (VI. 34. 268. 372—375. VII. 133). D.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt in manso, decimis et stola. De his antiqua matricula ita habet: *Item ex institutione prædiorum fixos redditus 6 Schäffel siliginis et 5 avenæ ac 20 dl. Wisgelt etc. Item ex missis hebdomadalibus habet 2 Schäffel siliginis & 2 avenæ etc. Item omnes majores decimas in dicta Parochia provenientes communibus annis æstimat ad 110, et minores æstimat ad 5 flor. etc. Item oblationes & confessionalia, similiter panes primitiales cum stola æstimat ad 20 flor.* Item adsunt drey Widumb-Güetter*), als nemblich ain ſtüftbahres halb Juchart-Güetl zu Einſpach, ain grundt- und ſtüftbahrer Hoff zu Iberakher und ain halbes Höfel zu Widenzhauſen. — Integri proventus hujus Parochiæ censentur melioribus annis ascendere ad 2000 florenos. Condecimatores adsunt multi in hac Parochia, nempe das Churfürſtliche Caſtenambt Dachau, das Cloſter Fürſtenfeldt, Herr Graf Hund zu Lautterbach, Herr von Ruffini, Herr Baron Geebekh zu Sulzemos, Herr Pfarrer zu Sulzemos, die Pfarrkirchen und Bruederſchaft s. Sebastiani zu Einſpach, Herr Pfarrer zu Creizholzhauſen, das Pfarrgottshaus Lochhauſen, der Baur zu Hopfenau, Baur zu Loderhoff, Baur zu Pökhelhoff, der Baur zu Heydhoff. Parochus tenetur alere Cooperatorem. In veteri matricula fit mentio de duobus Cooperatoribus. Item debet solvere zum hochen Thumbſtüft Freyſing 100 fl. zu Unterhaltung der Choraliſten daſelbſt; Steur nach Prukh 5 fl. 30 kr., Jäger-Gelt 3 fl., Widenſtüft nach Fürſtenfeldt 1 fl. 8 kr. 2 dl. (addit hic antiqua matricula 2 Schäffel siliginis) Ehehaft**) dem Schmidt Korn 5 Viertl, dem Bader 3 Viertl, ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr. In actis visitalibus de ao. 1706 fit etiam hæc nota: *Vogtey monasteriis Ettallensi & Campo Principum 6 scaphas; item Comiti de Weickhertshoffen avenæ scapham unam.* — Domus parochialis noviter et eleganter ædificata cum pertinentiis non patitur notabiles defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 914 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Einspach habet alias octo filiales ecclesias, nempe in Iberakher & capellam B^mæ^ Virginis prope Iberakher, ecclesiam s. Cruoris in pago Einspach, Widenzhausen, Palsweis, Lauterbach & capellam arcis in Lauterbach, et Anshoffen.

4. Ecclesia parochialis valde decora altaria habet quatuor: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris***). In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce & de ossibus s. Margaritæ virginis martyris. — *Altaria trium Regum & s. Catharinæ.* — *Altare s. Leonardi* in sacello contiguo.

Divina hic fiunt ordinarie in duabus successive Dominicis et tertia in Lauterbach. Item in festis primariis Domini & in festis

*) IV. 166. **) IV. 167. ***) IV. 168.

ss. Apostolorum aliorumque Sanctorum, item in festo purificationis B. M. V. et s. Catharinæ virginis martyris. Dedicatio celebratur Dominica II. post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Margaritæ virginis martyris. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario*) et sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia & turris tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Dachau. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mit Einſchluß des heiligen Blueths-Gottshauſes hat in letzter Rechnung 3198 fl. 50 kr. 1½ hl. betroffen.

Ecclesia filialis ad s. Cruorem in Einspach.

5. Ecclesia hæc valde decora & miraculosa origine celebris, ubi sacra hostia a communicante ex ore extracta & in terram delapsa puteum scaturire fecit; unde fons in medio ecclesiæ situs beneficus est, et salubres præsertim contra fluxum sanguinis ex naribus aquas continet. Adsunt tria altaria**): *Altare majus* est dedicatum in honorem ss. Cruoris Domini Jesu Christi, ubi statua sanctissimi Salvatoris beneficiis claret & publicis processionibus visitatur. — *Altare B^mæ^ Virginis.* — *Altare s. Sebastiani martyris* est privilegiatum diebus Lunæ pro defunctis ex *confraternitate* s. Sebastiani, quæ ao. 1656 authoritate ordinaria hic instituta regitur per proprium magistratum. In eodem altari colitur particula de ossibus s. Sebastiani martyris.

Divina hic celebrantur in dedicatione, (Dominica III. post Pentecosten) et in festo lanceæ & clavorum Domini. Item hic ex fundatione Joannis Kayser, Parochi quondam in Einspach, de ao. 1560 in ara majori dicenda est missa hebdomadalis de s. Cruce, in quadragesima autem de passione Domini***). Darumben genüeſſet ein Pfarrer ein Wismath, die mittere Seelacha genannt: mues aber hiervon dem Gottshaus 5 fl. jährlich raichen. — Cœmeterium non adest. In sacristia habentur paramenta necessaria & in turri campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sub ratiociniis & administratione ecclesiæ parochialis continentur.

Ecclesia filialis s. Bartholomæi in Iberakher.

6. Ecclesia hæc communis inter rurales structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Bartholomæi Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum†), altare s. Annæ & altare s. Franc. Seraphici.

Divina hic fiunt in Dominicis alternative cum duabus aliis filialibus Palsweis & Widenzhausen, item in Nativitate Domini. Festa

*) IV. 169. **) IV. 170. ***) IV. 171. †) IV. 172.

Apostolorum & aliorum Sanctorum celebrantur alternative in hac ecclesia & in filiali Palsweis, exceptis illis, quæ notantur ad filiales ecclesias Lauterbach & Widenzhausen. Dedicatio incidit in Dominicam post festum nativitatis B. M. V., patrocinium autem celebratur in festo s. Bartholomæi Apostoli. Item hic dici solet missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta sufficientia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes*) hat in letzter Rechnung 1345 fl. betragen.

Capella Bmæ Virginis prope Iberakher.

7. Hanc capellam antea ruinosam, in campo & fundo communitatis prope Iberakher sitam, cum consensu episcopali de dato 10. Maji 1700 pulchre restauravit & ampliavit ac etiam dotavit Wolfgangus Aichmühler molitor ibidem. Adest in eadem capella unum altare, in honorem Bmæ Virginis Eremitanæ dedicatum. Dedicatio hujus capellæ incidit in diem 8. Maji. In eadem capella ex fundatione supradicti Wolfgangi Aichmühler legenda & ad præscriptam intentionem & diebus determinatis applicanda est missa hebdomadalis. Capella hæc provisa est paramentis sufficientibus. In turri sunt**) campanæ duæ benedictæ. Proventus hujus capellæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Dachau. Das Vermögen dieſer Capellen hat ſich in letzter Rechnung auf 2017 fl. 4 kr. ½ hl. beworffen.

*Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Widenzhausen***).*

8. Ecclesia hæc pulchræ admodum formæ altaria habet tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem Bmæ Virginis. In eo asservatur Sanctissimum. Traditio est, statuam Bmæ Virginis in hac ara collocatam ex ligno ejusdem arboris, quo statua in Duntenhausen, sculptam esse. — *Altaria s. Catharinæ & s. Floriani martyris.*

Res divina in Dominicis alternatur cum †) ecclesiis filialibus in Palsweis & Iberakher. Item hic celebrantur festa Bmæ Virginis, excepto festo purificationis. Item hic divina fiunt in festo Nativitatis Domini, feria II. Paschatis & Pentecostes & in festo ss. Trinitatis et Dominica post Nativitatem Domini. Item in festis s. Catharinæ, Floriani martyris, ss. Blasii, Stephani & Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica II. post festum s. Galli. Item hic solet dici missa hebdomadalis cum libera

---

*) IV. 173. **) IV. 174.

***) Der Filialbezirk Widenzhauſen iſt im Jahre 1841 der Pfarrey Ebertshauſen zugetheilt worden. D.

†) IV. 175.

applicatione. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia continet paramenta decentia et in turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt in letzter Rechnung auf 6704 fl. 9 kr. 3½ hl. beloffen.

Ecclesia filialis s. Urbani in Palsweis.

9. Ecclesia hæc antiqui operis tria continet altaria*): Altare majus, dedicatum in honorem s. Urbani martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ Virginis & altare s. Andreæ Apostoli.

Divina hic fiunt alternative in Dominicis cum ecclesiis filialibus Iberakher & Widenzhausen. Item hic celebrantur festa primaria Domini & festum purificationis B^mæ Virginis. Festa Apostolorum & aliorum Sanctorum celebrantur alternative in hac ecclesia et in filiali Iberakher, exceptis illis, quæ notantur ad filiales Lauterbach & Widenzhausen. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum nativitatis B^mæ Virginis, patrocinium in festo s. Urbani Pontificis martyris. Item hic dicenda est missa hebdomadalis ad intentionem incertorum fundatorum, pro qua Parochus recipit ex prædio aliquo in Orthoffen zwey Schäffel Korn, 2 Schäffl Haaber, 50 Ayr und 4 Hüendl**). — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia & turris duas benedictas campanas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Domini hoffmarchialis in Eisoltsriedt, qui defacto est Dominus de Ruffini. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 1422 fl. 41 kr. 4 hl. herausgeworffen.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Lauterbach.

10. Ecclesia hæc honestioris structuræ altaria habet quatuor: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Jacobi majoris Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum***). — *Altaria B^mæ Virginis et ss. Innocentium martyrum.* — *Altare B^mæ Virginis sine labe conceptæ* est in sacello contiguo, in quo conspicitur sepultura illustrissimæ familiæ Hundianæ.

Divina hic fiunt ordinarie in tertia Dominica. Item hic celebrantur festa ss. Trinitatis, Nativitatis Domini, B^mæ Virginis, excepto festo purificationis; item ss. Blasii, Joannis & Pauli, feria II. Paschatis & Pentecostes, Dominica post Nativitatem Domini, Stephani & Innocentium martyrum. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis et patrocinium celebratur in festo s. Jacobi majoris Apostoli †). Item solet dici hic missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario & se-

---

*) IV. 176. **) IV. 177. ***) IV. 178. †) IV. 179.

pulturis. Sacristia competenter provisa est paramentis et turris duabus Campanis benedictis. — Proventus administrat Parochus et Dominus hoffmarchiæ Lauterbach, qui est defacto illustrissimus Dominus Comes de Hund. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 3693 fl. 50 kr. 1½ hl. ausgeworffen.

Capella filialis in arce Lauterbach.

11. In hac capella adest altare unum, in summum honorem Jesu, Mariæ, Joseph consecratum. Divina fiunt in dedicatione (Dominica*) post festum s. Martini), item in festis s. Josephi et s. Annæ. Item hic dicitur singulis mensibus missa in honorem B^mæ^ Virginis ex fundatione illustrissimæ Dominæ Catharinæ Barbaræ Baronissæ de Thurn et Au, natæ Baronissæ de Rhuestorff. Habetur in actis, qualiter illustris Dominus Joannes Christophorus de Hund in hac capella fundaverit 21 missas per annum cum aliis functionibus celebrandas, pro quibus assignati fuerunt Parocho 12 fl. et æditiuo 1 fl. 12 kr. Confirmatio desuper expedita fuit sub dato 26. Aug. 1666. — Paramenta adsunt decentia et in turri campanæ duæ benedictæ. Capellam conservat Dominus arcis**).

Capella filialis s. Udalrici in Anshoffen.

12. Capella hæc veteris structuræ, in fundo***) rustici situata, habet altare unum, in honorem s. Udalrici Episcopi consecratum. Divina fiunt hic in dedicatione, quæ cum festo s. Udalrici Episcopi Patroni concurrit. Cœmeterium et sacristia non adsunt, paramenta vero pro necessitate. Ratiocinia particularia non fiunt.

---

§. 240.

Parochia ss. Joannis Baptistæ et Evangelistæ in Emering†).

1. Hæc Parochia est de præsentatione Abbatis et conventus ord. Cisterc. in Fürstenfeldt, et quidem ex permutatione juris pa-

---

*) IV. 180.

**) In Lauterbach beſteht jetzt auch eine Filiale des Mutterhauſes der armen Schulſchweſtern v. München. D.

***) IV. 181.

†) IV. 183. — Vgl. §§. 383. 531. 686, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 117 u. 118), Weſtenrieder's Beſchreibung des Landgerichts Dachau (S. 143, in deſſen Beyträgen IV. 383), das oberbayer. Archiv (VI. 274. 340. VII. 99. III. 397 — 406) u. v. Obernberg's Reiſen (III. 444). D.

tronatus ad Parochiam Welshoffen cum decimis majoribus et minoribus ibidem, prout constat ex instrumento de ao. 1474. — Modernus Parochus est R. D. Josephus Ehrentreich, ao. 1692 investitus, sacerdos jubilæus. Dat pro primis fructibus 15 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula legitur: *Item in fixis reddítibus ex institutione 2 florenos 3 β dl. etc. Item omnes majores decimas frumentorum vendit pro 28 flor., minores decimas æstimat ad 6 flor. etc. In confessionalibus ad 2 ℔ dl. In panibus primitialibus et stola similiter ad 2 ℔ dl.* Juxta acta visitalia Parochus gaudet decimis in Emering nullis*), in Grasslfing et in Esting integris, ita etiam in Rokhenstain, in Olching autem tertia earundem parte. Recipit etiam Parochus ex monasterio Fürstenfeldt pro sua sustentatione subsidia frumentorum, lignorum et victus. Condecimant monasteria Fürstenfeldt et Polling et Dominus de Steinheil. Integri proventus hujus Parochiæ censentur ascendere ad 500 florenos et ultra. Econtra Parochus tenetur alere Cooperatorem, ad cujus tamen sustentationem 52 florenis concurrit communitas in Olching et Esting. Item solvit Widumb=Steur 5 fl. 53 kr., Jägergelt 1 fl. (in veteri matricula mentio fit de Vogtey Principi 1 ℔ dl.), ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 6 kr. — Domus parochialis ruinosa est, et horreum incendio consumptum necdum restauratum est.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 753 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Emering habet quatuor ecclesias filiales, nempe in Olching**), Esting, Gegenpointh, Rokhenstain et capellam in arce Esting et capellam auf der Schwaig Graßlfing.

4. Ecclesia parochialis veteris et communis inter rurales structuræ est et habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis Bapt. et Evang., in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Crucis et altare s. Annæ.

Divina a tempore, quo Cooperatura hic instituta est, nunc fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur Dominica ante nativitatem B^mæ^ Virginis, patrocinium vero in festo s. Joannis Baptistæ. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario***) et sepulturis. Sacristia habet sufficientia paramenta et turris campanas tres benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Pfarr=Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 1072 fl. 33 kr. 2½ hl. erſtreckhet.

---

*) IV. 184. **) IV. 185. ***) IV. 186.

Ecclesia filialis ss. Petri et Pauli in Olching.

5. Ecclesia pariter veteris et communis structuræ habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Apostolorum, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Annæ et altare s. Andreæ.

Divina hic Cooperator in Dominicis ac*) festivis diebus ordinarie, exceptis dedicationibus ac patrociniis aliarum ecclesiarum, peragit alternative cum ecclesia filiali Esting. Dedicatio incidit in Dominicam post festum nativitatis s. Joann. Bapt., patrocinium autem in festum ss. Petri et Pauli. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria et turris duas campanas benedictas. Asservatur etiam hic aqua baptismalis cum sacris oleis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1501 fl. 42 kr. 3 hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Esting.

6. Ecclesia hæc structuræ communis tria habet altaria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Michaelis et altare ss. 14 Auxiliatorum.

Divina hic peragit Cooperator ordinarie in Dominicis et diebus festivis alternative cum ecclesia filiali Olching, exceptis dedicationibus et patrociniis aliarum ecclesiarum. — Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Galli, patrocinium autem in festo s. Stephani protomartyris. — Aqua baptismalis asservatur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia necessaria habet paramenta et turris campanas duas benedictas***). — Proventus hujus ecclesiæ administrant Parochus et Dominus loci hoffmarchialis, qui est Abbas Ettalensis. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1325 fl. 30 kr. 5 hl. ausgemacht.

Capella filialis in arce Esting.

7. In arce Esting extat capella cum uno altari, in honorem Bmæ Virginis dedicato. Dedicatio hujus capellæ incidit in Dominicam Quadragesimæ Lætare. Item hic per annum in certis diebus dicenda sunt 12 missæ ex antiquissima fundatione et stipendium pro illis solvit Dominus arcis.

Ad hanc capellam R. D. Georgius Hechenthaller, Consiliarius electoralis et Capellanus aulicus senior in sua ultima dispositione †) de dato 2. Sept. 1737 ex bonis suis relinquendis ordinavit Beneficium missarum, diebus dominicis et festivis et alias infra heb-

---

*) IV. 187. **) IV. 188. ***) IV. 189. †) IV. 190.

domadem dicendarum, quæ tamen fundatio necdum ad suum finem deducta est, brevi autem tempore deduci speratur.

Capella hæc alias paramentis sufficientibus est provisa et turris duabus campanis benedictis. Capella conservatur a Domino arcis, qui defacto sunt hæredes Domini Nicolai Senser, Consiliarii electoralis cameræ.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Gegenpointh).*

8. Ecclesia hæc exiguæ structuræ altare habet unum, in honorem s. Nicolai Episcopi dedicatum. Res divina hic solet peragi in**) dedicatione, Dominica post festum s. Martini. Patrocinium celebratur in festo s. Nicolai Episcopi. Cœmeterium non adest nec sacristia, paramenta sumuntur ex ecclesia parochiali. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus et Præfectus electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in lezter Rechnung auf 861 fl. 10 kr. 6 hl. erſtrecket.

Ecclesia filialis s. Georgii in Rokhenstain.

9. Ecclesia modica cum uno altari, in honorem s. Georgii dedicato. Divina hic solent peragi in dedicatione (Dominica ante festum s. Udalrici), item in festis ss. Georgii, Josephi, Bartholomæ et Margaritæ***). Cœmeterium non adest. Sacristia necessaria habet paramenta et turris campanas benedictas duas. Conservationem hujus ecclesiæ et tenues ejusdem proventus curat villicus in Rokhenstain.

Capella auf der Churfürstlichen Schwaig Grasslfing.

10. Adest in hac capella (nondum consecrata, sed tantum benedicta) altare unum, in honorem B^mæ Virginis erectum. Adest Capellanus, a Serenissimo Electore salariatus, qui solet divina facere ferme quotidie in hac capella †). Capella, quæ non habet sacristiam ††), sed tamen paramenta necessaria, conservatur ex proventibus electoralibus der Schwaig Graßlfing.

---

*) Vgl. das oberbayerſche Archiv (V. 143, VI. 336. 337. u. VIII. 143). Die Kirche in Geggenpoint, wo ehedem auch ein Schloß ſtand, iſt zu Anfang des laufenden Jahrhunderts demolirt worden. D.

) IV. 191. *) IV. 192.

†) Dieſe auf keiner Stiftung beruhende Caplaneyſtelle iſt gänzlich eingegangen. Die vormaligen landesherrlichen Schwaigen Roggenſtein und Graſſelfing gehören jezt zum Militärfohlenhofe in Fürſtenfeld. D.

††) IV. 193.

§. 241.

Parochia Bmæ Virginis in Hofen, alias Kottalting nuncupata *).

1. Hæc Parochia est de præsentatione Abbatis & conventus ord. Cisterc. in Fürstenfeldt. — Modernus Parochus est R. D. Michael Plökel, ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis & stola. Legitur de his in veteri matricula: *Item habet prædium dotale, quod si locaret, ex illo habere possit ad 4 flor. Item majores decimas sibi deponenti cedentes æstimat ad 20 flor., reliquas decimas dictus Abbas & conventus tollit, valoris 100 flor., minores tollit deponens, valoris 3 flor. etc. Confessionalia, panes primitiales & stolam æstimat ad 3 flor.* Ex quo cum **) appareat, monasterium Fürstenfeldense potiores decimas colligere, censetur hæc Parochia melioribus etiam annis parum ultra 400 florenos importare posse. Econtra tenetur Parochus solvere Widumb=Steur 3 florenos (in veteri matricula etiam legitur: Jäger=Gelt Principi 1 flor.), ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 6 kr. — Domus parochialis, quæ est in Kottalting, cum pertinentiis magna reparatione indiget.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 587 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Hofen habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Kottalting, Kottgeisering, Maurn & capellam in Capellberg.

4. Ecclesia parochialis, in colle solitario sita & communis structuræ, habet tria altaria ***): Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis in cœlum assumptæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Crucis & altare . . . . . .

Divina in hac ecclesia matrice peraguntur ordinarie in duabus Dominicis sibi succedentibus, tertia vero in Kottgeisering et quarta in Kottalting. Item in hac ecclesia divina fiunt in omnibus festis per annum, exceptis dedicationibus & patrociniis ecclesiarum filialium & quibusdam festis infra notatis. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum ss. Petri & Pauli, patrocinium

*) IV. 195. — Vgl. §§. 388. 533. 686. und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 119 u. 120). — Im Bezirke der Pfarrey Kothalting oder Unteralting befindet ſich das zum Bisthum Augsburg gehörige Franciscanerhoſpitium und die vielbeſuchte Wallfahrtskirche Grafrath. D.

) IV. 196. *) IV. 197.

vero celebratur in festo assumptionis B. M. V. Item hic diebus Sabbati solet dici missa.

Habetur ex actis, qualiter sub ao. 1487 Capellania in ecclesia Beatæ Mariæ in Hofen ad altare s. Crucis confirmata, et illa *) missa fundata fuerit ex eleemosynis & rebus ecclesiæ ejusdem, et quod dicta ecclesia eandem missam debeat providere omnibus necessariis. Fundatio hujus Beneficii non reperitur, nisi quod ex informatione Sebastiani Abbatis in Fürstenfeldt de dato 19 Jan. 1617 habeatur, Beneficiatum teneri ad celebrationem missæ alle Mittwoch und Freytag, dann alle Sonn- und gebottene Feyrtäg; ad hoc Beneficium præter summam capitalem 1890 florenorum pertinere prædium aliquod in Epfenhausen & Geisering, auch ein Wismath zu Jeſewang. Moderni redditus hujus Beneficii, quod etiam habet domum beneficialem, important annuatim ad 150 florenos. Hæc Primissaria fuit olim collata proprio sacerdoti, nunc vero ab ao. 1635 reperitur, semper hoc Beneficium ad præsentationem Abbatis & conventus in Fürstenfeldt collatum fuisse Parochis hujus loci, & hoc sine dubio ad sublevamen tenuium reddituum parochialium. Dat proinde Parochus ratione hujus Beneficii pro primis fructibus 10 florenos **).

Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus & Dominus loci hoffmarchialis, qui est Abbas Fürstenfeldensis. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung 3442 fl. 16 kr. 2 dl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Mauritii in Kottalting.

5. Ecclesia hæc, modicæ quidem, sed melioris notæ, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Mauritii & sociorum martyrum, in quo asservatur Sanctissimum, altare Jesu, Mariæ, Joseph & altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic peraguntur ordinarie quarta ***) Dominica, item, uti habent acta visitalia de ao. 1706, in festis s. Josephi & s. Sebastiani, nec non feria III. Paschatis & Pentecostes. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Aqua baptismalis etiam hic asservatur cum sacris oleis. Sacristia tenet paramenta sufficientia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Domini hoffmarchialis hujus loci, qui est illustrissimus Dominus Comes de Törring in Seefeldt. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 3750 fl. betragen.

---

*) IV. 198. **) IV. 199. ***) IV. 200.

Ecclesia filialis s. Valentini in Kottgeisering).*

6 Ecclesia hæc honestæ structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Valentini Episcopi martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Annæ & altare s. Antonii de Padua. — Divina hic fiunt in tertia ordinarie Dominica. Dedicatio hic celebratur in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Valentini martyris. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione.

Ad hanc ecclesiam Joannes**) Völk, Secretarius cæsareus regiminis Oenipontani, intendit hoc tempore fundare Beneficium quatuor missarum hebdomadalium & aliarum obligationum, assignata summa capitali 6000 florenorum. Ipsa etiam communitas hujus loci parata est concurrere tam pro exstruenda habitatione Beneficiati, quam pro paramentis etc. Jus patronatus fundator reservat sibi, dum vivit, post suum autem discessum magistratui civico Landtspergensi, ita tamen, ut clericus aus der Völckiſchen, Reichelmairiſchen und Schmidtiſchen Freundtſchaft, oder in deren Abgang ein anderer tauglicher Geiſtlicher aus der Gemeind Kottgeiſering præsentetur. Hæc tamen fundatio hucusque pendet sub episcopali confirmatione***).

Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis, item sacristia instructa necessariis paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ †). — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus et Præfectus electoralis in Landtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 1750 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Georgii in Maurn.

7. Ecclesia hæc modica & pauper altare habet unum, in honorem s. Georgii erectum. Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica II post festum s. Jacobi), item in patrocinii festo s. Georgii et in feria quarta Pentecostes, uti notant acta visitalia de ao. 1706. — Cœmeterium & sacristia non adsunt, paramenta solent ex parochiali ecclesia apportari. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ modici ††) non habent speciale ratiocinium, iſt alſo diſes Gottshauſes Vermögen nit wüßlich.

Capella filialis s. Nicolai in capella in Capellberg.

8. In hoc loco, ubi nunc est hæc capella modicæ & vilioris structuræ, dicitur olim sitam fuisse magnificam arcem s. Comitis Ratho-

---

*) IV. 201. **) IV. 202.

***) Die biſchöfliche Beſtätigung dieſer Beneficialſtiftung durch den Fürſtbiſchof Joh. Theodor iſt am 12. Dec. 1742 erfolgt. Mittels Urkunde vom 29. Nov. 1754 hat Joh. Völk den Fond ſeines Beneficiums vermehrt und auch hierzu unter dem 10. März 1755 die biſchöfliche Confirmation erhalten. D.

†) IV. 203. ††) IV. 204.

nis & ejus familiæ *). Divina hic peragi solent in festis ss. Joannis Baptistæ, Viti, Martini, Catharinæ & Nicolai Episcopi. Cœmeterium & sacristia non adsunt; paramenta huc portantur ex ecclesia parochiali. — Proventus hujus capellæ continentur sub ratiociniis ecclesiæ parochialis in Hofen.

---

§. 242.

Parochia s. Michaelis in Jesewang **).

1. Gotefridus Episcopus Frisingensis ao. 1314 cum consensu capituli cathedralis hanc Parochiam monasterio Campi Principum seu Fürstenfeldt hoc modo donavit, ut omnes fructus et redditus prælibatæ Parochiæ ad usum et utilitatem monasterii et fratrum inibi Deo famulantium cedant, et Vicarius perpetuus cum debita ejus sustentatione constituatur, et pro altefato Episcopo donatore a conventu dicti monasterii solenne anniversarium celebretur, nec non ab Abbate et memorato conventu ad capellam s. Catharinæ in atrio ecclesiæ cathedralis Frisingensis annuatim octo libræ denariorum monacensium solvantur, addito hoc memorabili puncto, ut Reverendissimum capitulum cathedrale a præstatione, quam facere debet ad dictam capellam ratione donationis Parochiæ s. Georgii in civitate Frisingensi, in tantum relevatum esse debeat **), in quantum solutio octo librarum ab Abbate et conventu Campi Principum facienda se extendit. Hodie ista Parochia vigore compositionis inter Reverendissimum Ordinarium Frisingensem, accedente consensu Reverendissimi capituli cathedralis, et inter Abbatem et conventum monasterii Campi Principum initæ et de dato 18. Aug. 1704 ratihabitæ, pleno jure unita et regularisata fuit, ita ut defacto provideatur a Vicario regulari, qui sisti seu præsentari debet Episcopo pro approbatione et admissione ad curam. Modernus Vicarius pa-

---

*) Die hier erwähnte Capelle iſt jetzt die Kirche des Dorfes Wildenroth. Vgl. J. N. Buchinger's Nachrichten über die Grafſchaft und das Landgericht Dachau und P. A. Stoß's Abhandlung über die Herren von Hegnenberg, Wildenrott und Haldenberg (im oberbayer. Archiv VII. Bd. S. 150 — 151 u. VIII. Bd. S. 198 — 223). D.

**) IV. 207. — Vgl. §§. 387. 526. 686, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 119) und das oberbayer. Archiv (III. 9 — 21. u. IV. 283 — 288). — Jeſewang iſt jetzt eine organiſirte Pfarrey mit einem Pfarrer und einem Cooperator. D.

***) IV. 208.

rochialis est R. Robertus Hainrich, in memorato monasterio Professus. Dantur pro primis fructibus 25 floreni cum juribus cancellariæ, quoties fit mutatio Vicarii.

2. Proventus hujus Parochiæ desumuntur ex manso, decimis et stola. Notandum, quod vigore supradictæ compositionis Parochus in Mamendorff debuerit*) cedere huic Parochiæ medietatem decimarum majorum, quas colligit in pago Aich, quia illi Aichenses, qui antea erant de Parochia Mamendorff, nunc sunt facti de Parochia Jesewang. Cœteroquin de proventibus hujus Parochiæ in veteri matricula legitur: *In missis hebdomadalibus 18 β dl. Ex fixis redditibus et institutione nihil habet, sed tollit et imbursat D. Abbas et conventus præfati. Item omnes majores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad 40 flor., minores decimas ad 3 flor. Alias decimas in Puech et Aich provenientes, et quas dictus D. Abbas et conventus tollit, æstimat ad 100 flor. In confessionalibus 10 β dl. Panes primitiales ad 2 flor.* In pago Jesewang nullus adest condecimator, in Aich autem condecimat monasterium Fürstenfeldt et monasterium Weichenstephan, Parochus in Mamendorff et Dominus hoffmarchiæ Spillberg; et in Babenriedt condecimant iidem, excepto Domino hoffmarchiæ prædictæ. Integri**) proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur 700 florenos facile attingere. Econtra Vicarius parochialis tenetur, secum habere alios duos sacerdotes regulares, unum Cooperatorem, alterum Provisorem, qui providet ecclesiam filialem Aich. Item debet solvere, Widumbſteur 5 fl. 34 kr. 2 hl., ad capitulum cathedrale Frisingense 4 fl. 4 β, Jäger=Gelt 1 fl. 42 kr. 6 hl., Ackher=Steur zu der Gemainde Jeſewang 4 kr., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis Frisingensis 6 kr., ad seminarium episcopale 3 fl. Item iſt zu diſer Pfarr gehörig ein Widumbhäuſel im Dorff Jeſewang, davon Steur verraichet wirdet 5 fl. 34 kr. 4 hl. Item iſt verhandten ein Anger, davon gehet die Stüfft zu dem Gottshaus Pfaffenhoffen Mamendorffer=Pfarr. — Domus parochialis commoda cum pertinentiis non patitur notabiles defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 981 inventi sunt.

3. Ecclesia***) parochialis in Jesewang habet alias quinque ecclesias filiales, nempe s. Wilibaldi prope Jesewang, in Babenriedt, Puech †), Aich et Pettkirchen.

4. Ecclesia parochialis inter rurales melioris structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Ar-

---

*) IV. 209. **) IV. 210. ***) IV. 211.

†) Buch iſt jetzt eine Filiale der Pfarrey Fürſtenfeldbruck. D.

changeli, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce, altare s. Josephi et altare s. Catharinæ virginis martyris.

Divina in hac ecclesia ordinarie peraguntur in duabus Dominicis continuis et tertia in Babenriedt. Item hic peraguntur festa Domini, purificationis B^mæ^ Virginis et Apostolorum. Dedicatio celebratur in Dominica post festum assumptionis B^mæ^ Virginis, patrocinium in festo s. Michaelis Archangeli*). — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia et in turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et electoralis Præfecti in Landtsperg. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung 898 fl. 53 kr. 4¼ hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Wilibaldi prope Jesewang.

5. Ecclesia hæc solitaria in campo sita est cum altari, in honorem s. Wilibaldi Episcopi dedicato, sine cœmeterio et sacristia. Res divina celebratur in dedicatione et in feria II. Paschatis et Pentecostes ac in festo ss. Simonis et Judæ**). Ecclesia ipsa providetur necessariis paramentis ab Abbate monasterii Fürstenfeldt, qui hujus ecclesiæ exiguos proventus administrat.

Ecclesia filialis ss. Joann. Bapt. et Ev. in Babenriedt.

6. Ecclesia hæc, communis inter rurales structuræ, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis Baptistæ et Evangelistæ, in quo asservatur Sanctissimum et coluntur notabiles particulæ de ossibus s. Abundantiæ virginis martyris; altare s. Joann. Bapt. et altare ss. Sylvestri et Nicolai.

Divina***) hic peraguntur ordinarie in tertia Dominica et in festis ss. Marci, Joannis Bapt. et Evang. tanquam patronorum, Nicolai et Sylvestri. Dedicatio incidit in Dominicam post festum ss. Trinitatis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia sufficientibus paramentis est provisa, et turris habet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Landtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1332 fl. 18 kr. 1½ hl. betragen.

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis in Puech.

7. Ecclesia hæc, inter rurales melioris fabricæ, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum †), altare beatæ Aedignæ et altare.......

In hac ecclesia colitur corpus beatæ Aedignæ virginis, cujus ossa divisim in duabus aris (majori et ex parte Evangelii) expo-

---

*) IV. 212. **) IV. 213. ***) IV. 214. †) IV. 215.

sita sunt. Traditio est, hanc virginem, ex regio Francorum genere ortam, ad hanc ecclesiam sub arbore, quæ adhuc extat, vixisse; unde hæc ecclesia visitatur processionibus et ipsa Beata clarescit multis beneficiis*). — Divina hic ordinarie per unum ex Religiosis ex monasterio Fürstenfeldt solent peragi in Dominica tertia et festo s. Sebastiani, Dominica in Albis et feria II. rogationum. Item advertunt acta visitalia de ao. 1706, a festo Pentecostes usque ad nativitatem B. V. M. singulis Dominicis ac festis fieri concionem vel catechesim. Dedicatio celebratur Dominica post festum Rosarii. Item hic dicitur**) missa hebdomadalis cum libera applicatione, et vi compositionis initæ cum communitate in Aich etiam hic celebrantur festa Bmæ Virginis (excepta purificatione) et Apostolorum. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet decentia paramenta et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis et Abbas in Fürstenfeldt tanquam Dominus hoffmarchialis. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in lezter Rechnung 1701 fl. 46 kr. $\frac{4}{5}$ hl. ausgemacht.

Ecclesia filialis s. Petri in Aich.

8. Ecclesia noviter restaurata, necdum cum altaribus suis consecrata, habet altaria tria***): Altare majus, erectum in honorem s. Petri Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare Bmæ Virginis et altare s. Ottiliæ virginis.

Divina hic per proprium Provisorem regularem juxta compositionem de dato 15 Maji 1704 et authoritate ordinaria die 18 Aug. ejusdem anni confirmatam celebranda sunt ordinarie in tertia Dominica et in festis per annum, in dicta compositione expressis. Dedicatio hactenus fuit celebrata in Dominica post festum s. Ursulæ, patrocinium vero in festo ss. Petri et Pauli. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia competenter provisa est paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ†). — Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis et Præfectus electoralis in Landtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in leʒter Rechnung auf 1573 fl. 43 kr. 1½ hl. herausgeworfen.

*) Vgl. Raderi Bavaria Sancta (Tom. II. p. 249), im deutſchen Auszuge (Straubing 1840. 8.) S. 207, Cramer Frisinga sacra (p. 203 — 207), (v. Obernberg's) Legende der Heiligen in Baiern (Münch. 1818. 8. S. 228); Fr. Ser. Häglſperger's Chryſoſtomus (Jahrg. 1838. II. 201. ff.), K. A. Röckl's Beſchreibung von Fürſtenfeld (S. 9) und Kalender für kath. Chriſten (1846. S. 82 — 86). D.

) IV. 216. *) IV. 217. †) IV. 218.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Pettkirchen).*

9. Ecclesia hæc habetur pro incorporata monasterio in Fürstenfeldt. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis; altare......, et altare........

Divina hic fiunt in festis Bmæ Virginis excepta purificatione. Dedicatio celebratur Dominica quinta post Pascha**). Item solent divina hic peragi in festo inventionis s. Crucis, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1706. — Cœmeterium et sacristia propria non adest. Paramenta solent huc deferri ex monasterio prædicto, a quo etiam conservatur hæc ecclesia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ.

---

§. 243.

Parochia s. Viti in Maysach***).

1. De hac Parochia in veteri matricula nihil nisi nomen Maysach reperitur. Est autem hæc Parochia incorporata Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi, a quo Episcopo Vicarius parochialis pro approbatione & admissione ad curam sistitur. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Joannes Georgius Münchner, ss. theol. Lic., ao. 1724 admissus. Non dat primos fructus, bene vero præstat jura cancellariæ. Vicarii solent recipere investituram a Reverendissimo Domino Decano cathedrali.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, ex aliquibus decimis & stolæ accidentiis. Item ſeynt zu diſer Pfarr gehörig 3 grundtbahre Juchart Ackher zu Fraunberg. Integri proventus hujus Vicarii parochialis melioribus annis censentur †) 700 florenos posse excedere. Condecimant in hac Parochia supradictum Reverendissimum capitulum cathedrale & monasterium Weichenstephan. Vicarius parochialis tenetur altefato capitulo cathedrali solvere pro absentia 24 fl., Widumb-Steur (juxta acta visitalia de ao. 1706) 8 fl., Jäger-Gelt 1 fl., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr. — Domus parochialis noviter ædificata cum horreo non patitur defectus notabiles.

---

*) Wird auch Bergkirchen oder Pörkirchen genannt. D.

**) IV. 219.

***) IV. 221. — Vgl. §§. 390. 545. 686, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 121) und das oberbayer. Archiv (Bd. VI. S. 375. 376 u. 378). D.

†) IV. 222.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 610 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Maysach habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Diepoltshoffen, Fraunberg & Lindach.

4. Ecclesia parochialis, melioris inter rurales formæ, tria habet altaria: Altare majus, in quo asservatur Sanctissimum, dedicatum in honorem s. Viti martyris*), altare Bmæ Virginis & altare s. Catharinæ virginis martyris.

Divina hic peraguntur ordinarie in omnibus Dominicis extra dedicationes ecclesiarum filialium, item in festis Bmæ Virginis, exceptis illis, quæ infra ad filialem Fraunberg notata sunt. Item hic divina fiunt in omnibus festis per annum, exceptis illis, quæ infra ad ecclesias filiales exprimuntur. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo s. Viti martyris. In hac ecclesia ao. 1728 restaurata fuit *confraternitas* fidelium defunctorum sub titulo s. Viti, quæ regitur per proprium magistratum. Altare majus est privilegiatum diebus Lunæ ratione confraternitatis, quæ ao. 1730 sub dato 8 Mart. obtinuit licentiam et confirmationem, daß bey ermelter Bruderſchaft 52 Wochen-, 12 Monath-, 4 Quatember-**) Meſſen nebſt dreyen Haubt-Gottsdienſten in festis Epiphaniæ, ss. Laurentii & Viti martyrum können gehalten werden. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia competenter provisa est paramentis. In turri sunt quatuor benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Domini hoffmarchialis hujus loci, qui est Dominus Abbas Ettalensis. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 1497 fl. 23 kr. 4¾ hl. gezeiget.

Ecclesia filialis s. Leonardi in Diepoltshoffen.

5. Ecclesia hæc vilioris fabricæ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Leonardi Abbatis***), altare s. Agnetis & altare s. Magdalenæ.

Res divina hic peragitur in dedicatione, Dominica post festum s. Laurentii. Patrocinium celebratur in festo s. Leonardi Abbatis. Item divina fiunt in festo s. Wolfgangi, ss. Magdalenæ & Agnetis. — Cœmeterium non adest nec sacristia propria, adsunt tamen paramenta pro necessitate. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis & Præfectus electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat bey letzter Rechnung ſich auf 239 fl. 3 kr. 3½ hl. gezeiget.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Fraunberg.

6. Ecclesia hæc, communis inter rurales†) structuræ, altaria

*) IV. 223. **) IV. 224. ***) IV. 225. †) IV. 226.

habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, altare s. Georgii martyris & altare s. Antonii de Padua.

Divina hic peraguntur in festis annunciationis, assumptionis, visitationis & nativitatis Bmæ Mariæ Virginis, item in feria II. Paschatis & in festo ss. Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Laurentii. Acta visitalia de ao. 1706 in hac etiam ecclesia notant missam hebdomadalem sabbatinam. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia & turris duas campanas benedictas. Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis & Præfectus electoralis in Dachau. Das Vermögen diſer *) Kirche entwürffet ſich in letzter Rechnung auf 336 fl. 21 kr. 2 hl.

Ecclesia filialis s. Ruperti in Lindach.

7. Ecclesia modicæ structuræ habet altare unum, in honorem s. Ruperti consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione **) & in festo patrocinii s. Ruperti. Cœmeterium & sacristia propria non adsunt. Turris continet campanas duas benedictas. Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis & Dominus hoffmarchiæ Maysach, qui est Abbas Ettalensis. Das Vermögen diſes Gottshauſes betriffet in letzter Rechnung 1201 fl. 32 kr. 5½ hl.

---

§. 244.

Parochia s. Margaritæ in Malching ***).

1. Hæc Parochia, uti innuitur in veteri matricula, est incorporata monasterio ordinis Canonicorum regularium in Bernriedt Augustanæ Diœcesis. Debet autem Vicarius iste parochialis præsentari a suo Præposito & capitulo pro admissione & approbatione ad curam †). Modernus Vicarius est R. D. Josephus Steidel,

---

*) IV. 227.

**) Nach der in der Pfarrbeſchreibung vom Jahre 1817 enthaltenen Angabe fällt das Kirchweihfeſt auf den dritten Sonntag im October. D.

***) IV. 229. — Vgl. §§. 390. 532. 686, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 120) und das oberbayer. Archiv (VI. 378). D.

†) In Folge des im erſten Bande dieſer Matrikelausgabe (S. 33 in der Note) erwähnten Tauſches wird die Pfarrey Malching ſeit dem Jahre 1837 von den Erzbiſchöfen von München und Freyſing frey verliehen. Die Pfarrey iſt nicht organiſirt. D.

ao. 1734 admissus. Solvit pro juribus cancellariæ 10 florenos et semper novus Præpositus in Bernriedt debet præstare pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Vicarii consistunt in illis, quæ Præpositus monasterii prædicti, quod habet hic decimas & subditos, eidem pro necessaria sustentatione relinquit, ubi notandum, daß die Pfarr Malching keinen Widenhoff habe, ſondern die wenige Güter, welche bey dem Pfarr-Hoff ſeynt, aintweders Kirchen-Güter, von welchen eine*) jährliche Stüft gegeben würdet, oder andere von dem Cloſter Bernriedt herzu gekaufte, oder von der Gemaind dem Pfarr-Hoff zugelegte Stücker ſeyen. In veteri matricula de redditibus parochialibus sequentia tantum leguntur: *Omnes decimas majores frumentorum tollit Præpositus dicti monasterii, minores decimæ attinent deponenti, quas æstimat ad 2 fl. Confessionalia, stolam cum panibus primitialibus æstimat ad 1 fl.* — Vicarius solvit ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr. — Vicarius residet in ædibus, sumptibus monasterii decenter exstructis & notabilem defectum non patientibus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 109 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Malching non habet aliam ecclesiam filialem.

4. Ecclesia parochialis honestioris structuræ habet tria altaria**): Altare majus, in quo asservatur Sanctissimum, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris, altare B^mæ^ Virginis auxiliatricis & altare s. Sebastiani martyris. — Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in Dominica post festum s. Galli, patrocinium autem in festo s. Margaritæ. Divina autem alias hic habentur in omnibus diebus dominicis ac festivis. Item hic solet dici missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. — Sacristia competenter est provisa paramentis & in turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Domini Præpositi in Bernriedt, qui est simul Dominus hoffmarchialis in Malching***). Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes würdet ſich diſer Zeit gegen 500 fl. erſtreckhen.

---

*) IV. 230. **) IV. 231. ***) IV. 232.

§. 245.

Parochia ss. Petri & Pauli in Oberroth*).

1. Hanc Parochiam Otto II. Episcopus Frisingensis ao. 1190 capitulo Collegiatæ s. Andreæ in monte Frisingensi donavit, eamque donationem Philippus Episcopus Frisingensis ao. 1513 recognovit; nec non antiqua matricula innuit, eandem Parochiam esse de collatione & plena dispositione capituli prædictæ Collegiatæ, quod Episcopo præsentat Vicarium perpetuum. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Joannes Adamus Daller, ao. 1734 investitus. Dat pro juribus cancellariæ 10 florenos. Primos fructus præstat supradicto capitulo. Quid autem post electionem & confirmationem cujuscunque Decani supradictæ Collegiatæ ratione primorum fructuum observatur, videatur in primo **) volumine hujus matriculæ fol. 203 (§. 16 n. 21).

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur & manso, ex decimis & stolæ accidentiis. In veteri matricula ad hanc rem legitur: *Item omnes majores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad 41 flor., minores ad 2 ℔. dl. etc., confessionalia ad 9 ℔ dl. Panes primitiales æstimat 12 β. dl.* Condecimator nullus adest, licet capitulum Collegiatæ s. Andreæ decimas majores & minores in Armetshoffen sibi reservet absentiæ loco. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur melioribus annis ad 800 florenos attingere, etiam seclusis decimis in Armetshoffen. Econtra Vicarius parochialis tenetur solvere ad seminarium episcopale 3 fl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr., cathedraticum 12 kr. In veteri etiam matricula habetur: *Item Vogtey Principi 12 β. dl.* Notandum, daß vigore decreti de dato 31 Oct. 1736 ein in der Pfarr Oberroth entlegenes ***) und dem geweſten Pfarr-Vicario Martino Walther zugehörig geweſtes aignes Güetl dem Pfarr-Widumb incorporirt worden ſeye, daß ein Pfarr-Vicarius hierfür die von ihme Walther geſtüfte Wochen-Meß leſen und die übrige onera abführen ſolle. — Domus parochialis cum pertinentiis defectus notabiles non patitur.

Communicantes hujus Parochiæ 175 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Oberroth habet unam filialem ecclesiam in Armetshoffen.

4. Ecclesia parochialis, melioris inter rurales formæ, habet altaria quatuor: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Apostolorum

*) IV. 233. — Vgl. §§. 392. 543. 686, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 121) und das oberbayer. Archiv (VI. 400). D.

) IV. 234. *) IV. 235.

Petri & Pauli, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Ignatii Lojolæ, situm in capella annexa*), altare s. Bernardini Senensis et altare s. Georgii.

Divina hic peraguntur ordinarie in omnibus Dominicis ac festivis diebus. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Jacobi, patrocinium vero in festo ss. Petri & Pauli. Item hic dicenda est missa hebdomadalis ex fundatione Domini Martini Walther, olim Vicarii hujus loci, authoritate ordinaria ao. 1734 confirmata. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & electoralis Præfectus in Dachau. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1270 fl. 13 kr. 1 hl. ausgemacht.

*Ecclesia filialis s. Gabini in Armetshoffen***).*

5. Ecclesia hæc modica, sine cœmeterio & sine sacristia & paramentis propriis, in fundo alicujus villici sita, altare habet unum, in honorem s. Gabini Episcopi martyris dedicatum. Divina hic solum fiunt in dedicatione (Dominica post festum s. Jacobi) et in festo s. Sebastiani. Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis & electoralis Præfectus in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung mehrers nit als 1 fl. 21 kr. 1 hl. betroffen.

---

§. 246.

Parochia s. Michaelis in Pfaffenhoffen an der Glon***).

1. Hæc Parochia est de præsentatione Abbatis & conventus ord. s. Benedicti ad ss. Udalricum & Afram Augustæ Vindelicorum. Modernus Parochus est R. D. Mathias Barthel, ao. 1727 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et accidentiis stolæ. In veteri matricula hac de re legitur: *Item in fixis redditibus & institutione prædii dotalis* in Wagenhoffen 5 Schäffel *siliginis & totidem avenæ, ac 6 β. dl.* Wiſengelt (iſt diſer Zeit ein halber Hoff). *Insuper ex prædio* in Niderumbach *5 β. dl.*, 5 Mezen

---

*) IV. 236. **) IV. 237.

***) IV. 239. — Vgl. §§. 393. 527. 686 u. die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 122). D.

siliginis & 5 avenæ (iſt diſer Zeit ein Viertl-Güetl). *Item omnes majores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad 50 flor., minores ad 3 flor. etc. In confessionalibus*) 1 flor., panibus primitialibus & stola circiter 2 flor.* Condecimat in hac Parochia Beneficiatus in Odelzhausen, qui in Niderumbach percipit duas tertias. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur 1000 florenos excedere. Econtra tenetur Parochus præstare Widumb-Steur 4 fl. 51 kr., drey Mezen Vogtey-Haaber (in veteri matricula legitur: *Item non solvit Jägergelt, sed celebrat in Fridtberg unam missam)*, ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 6 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis non patiuntur notabiles defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 324 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Pfaffenhoffen habet unam ecclesiam filialem in Nieder- seu Unterumbach & capellam in Weittenriedt.

4. Ecclesia parochialis noviter reædificata habet tria altaria**): Altare majus, in quo asservatur Sanctissimum, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli; altare B^{mæ} Virginis & altare s. Sebast. mart.

Divina hic peraguntur ordinarie per tres Dominicas continuas et quarta in Unterumbach. Item hic divina fiunt in diebus per annum festivis, exceptis illis, qui in ecclesia filiali peraguntur. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Bartholomæi & patrocinium in festo s. Michaelis Archangeli. — Baptisterium hic habetur cum oleis sacris, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia competenter provisa est paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Fridtberg***). Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung 2618 fl. 31 kr. 1 hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Martini in Unterumbach.

5. Ecclesia hæc, post hostile incendium reparata, tria altaria habet: Altare majus, in quo asservatur Sanctissimum, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi; altare B^{mæ} Virginis (non est consecratum) & altare ss. Innocentium martyrum.

Divina hic peraguntur in quarta Dominica, item in feria II. Paschatis & Pentecostes, Dominica post octavam corporis Christi et in festo ss. Innoc. martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Matthæi, patrocinium autem in festo s. Martini †) Episcopi. Item in Quadragesima dicenda est hic missa hebdomadalis, cum libera tamen applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia necessariis instructa est paramentis & turris duabus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ

---

*) IV. 240. **) IV. 241. ***) IV. 242. †) IV. 243.

sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Fridtberg. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich diſer Zeit gegen 2200 fl. bezeigen.

Capella filialis in Weittenriedt.

6. Hanc capellam cum licentia episcopali de dato 3 Maji 1734 Josephus Strixner, colonus in Weittenriedt, in suo fundo ædificavit & dotavit. Adest in eadem capella nunc benedicta altare unum, in honorem Jesu, Mariæ, Joseph & s. Petri Apostoli erectum. Adsunt etiam propria paramenta.

---

§. 247.

Parochia s. Stephani in Pfæffing seu Prukh*).

1. Hæc Parochia, quæ juxta veterem matriculam est de præsentatione Abbatis monasterii Fürstenfeldt, hodie providetur ex eodem monasterio per Vicarium regularem, cui adjungitur alius Religiosus tanquam Cooperator, in eodem monasterio Professus. Modernus Vicarius est R. P. Fridericus Fridl. Ad mutationem cujuslibet Abbatis in Fürstenfeldt ratione hujus Parochiæ & duorum Beneficiorum in Prukh solvuntur pro primis fructibus 30 floreni et pro juribus cancellariæ 10 fl.

2. De proventibus hujus Parochiæ, quos defacto recipit monasterium, in antiqua matricula, cujus tempore eadem Parochia adhuc providebatur per plebanum seu**) sacerdotem sæcularem, sequentia leguntur: *Item in fixis redditibus ex monasterio Fürstenfeldt 8 Schäffel siliginis, 8 Haabern, 1 Khorn, 1 hordei etc. Abbas prædictus colligit & tollit omnes majores decimas, valoris commu-*

---

*) IV. 245. — Vgl. §§. 381. 530. 686, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (144 u. 145), Weſtenrieder's Beſchreibung des Landgerichts Dachau (S. 114 ff.) und deſſen Beyträge 2c. (IV. 354 ff.), das oberbayer. Archiv (VI. 44 — 47. VII. 142 — 144), v. Obernberg's Reiſen 2c. (III. 427 ff. u. 446. 447). — Die Pfarrey Bruck wurde nach der Aufhebung des Kloſters Fürſtenfeld für einen Pfarrer und drey Cooperatoren, deren einer in Schöngeiſing exponirt iſt, auf Koſten des landesherrlichen Aerars organiſirt und anfangs die Kloſterkirche, ſpäter aber die Marktskirche zur Pfarrkirche beſtimmt. Die Kloſterkirche beſteht jetzt, wie bereits im erſten Bande (S. 200) bemerkt wurde, als eine königl. Landhofkirche mit einem eigenen Hofprieſter fort. Der Filialbezirk Buch wurde von der Pfarrey Jeſewang getrennt und mit der Pfarrey Bruck (Fürſtenfeldbruck) vereiniget. D.

**) IV. 246.

nibus annis 200 flor., minores decimæ attinent deponenti, olim valoris 10 flor., nunc vix 2 flor. In confessionalibus habet circiter 4 ℔., in stola & panibus primitialibus ad 3 flor. Notandum tamen, daß auſſer dem pfärrlichen Widumb und denen ad fundata Beneficia jährlichen Gülten nichts zur Pfarr Grundbahres gehörig ſeye. Condecimator nullus est in hac Parochia. Vicarius debet solvere cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 6 kr., ad seminarium episcopale 4 fl. In veteri matricula legitur *Jägergelt Principi 1 fl.* — Habitat Vicarius cum suo adjuncto Cooperatore in monasterio.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1324 numerati sunt.

3. Ecclesia in Pfæffing, quæ proprie*) parochialis est, habet alias quinque filiales, nempe in dem Markh Prukh, Schöngeising, Biburg, s. Leonardi in Prukh & s. Viti in Zell.

4. Ecclesia parochialis, honestæ structuræ, altaria habet quatuor: Altare majus, in honorem s. Stephani protomartyris dedicatum, in quo asservatur Sanctissimum; altare Christi crucifixi, altare Matris dolorosæ & altare B^mæ^ Virginis.

Divina peraguntur ordinarie in tertia Dominica & in omnibus festis Domini & in festo s. Laurentii. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Laurentii & patrocinium in festo s. Stephani protomartyris. Item hic solet dici missa hebdomadalis cum applicatione libera, quando nempe nullum occurrit festum fori aut patrocinium**). Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta sufficientia et turris campanas duas benedictas. Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Abbatis in Fürstenfeldt tanquam Parochi & loci Domini hoffmarchialis. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat letzthin 3184 fl. 15 kr. 4 hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Magdalenæ in oppido Prukh.

5. Ecclesia hæc magnificæ structuræ habet septem altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Mariæ Magdalenæ, in quo asservatur Sanctissimum***), altare ss. Trinitatis, altare s. Crucis, altare B^mæ^ Virginis, cujus statua hic claret plurimis beneficiis et publicis colitur processionibus, et altaria ss. 14 Auxiliatorum, s. Antonii de Padua ac s. Erasmi Episcopi martyris.

Anno 1425 Joannes Faist, Pfleger zu Grünewaldt, et Elisabetha ejus uxor fundaverunt in hac ecclesia ad altare s. Barbaræ Beneficium primæ et quotidianæ missæ, una in hebdomade die excepta. Pro fundo dederunt aliqua prædia sita in Præfectura Aibling & Landtsperg. Jus præsentandi ad hanc Primissariam suc-

*) IV. 247. **) IV. 248. ***) IV. 249.

cessive devenit ad Serenissimam domum Bavaricam, a qua fuit perpetuo cessum Abbati in Fürstenfeldt cum onere tamen*) restaurandæ domus beneficialis. De onere celebrandarum missarum mox dicetur infra. Proventus moderni hujus missæ 75 florenos parum excedent, et sic hoc Beneficium defacto providetur per Religiosos præfati monasterii.

Anno 1495 Winhardus Kürnbach, Decanus & Parochus in Günzelhoffen, cum aliis benefactoribus fundavit ad aram $B^{mæ}$ Virginis Beneficium missæ perpetuæ, una per hebdomadem die excepta, præter alias functiones in fundatione expressas. Assignata sunt pro fundo varia prædia & census in variis locis. Jus præsentandi competit Abbati & conventui in Fürstenfeldt. Proventus hujus Beneficii moderno tempore 60 florenos parum excedent.

Cum ergo proventus horum duorum Beneficiorum etiam conjuncti justam congruam non conficiant, hinc sub dato 8 Aug. 1672 permissum fuit, ut ratione dictorum Beneficiorum quinque missæ**) hebdomadales, inter quas veniunt missæ matutinales in diebus dominicis ac festivis, ad intentionem fundatorum celebrentur, et hactenus utrumque Beneficium fuit provisum per Regulares ex monasterio Fürstenfeldt***).

Divina in hac ecclesia peraguntur quotidie. Item singulis feriis sextis cantatur missa dē Passione Domini in ara $B^{mæ}$ Virginis. Dedicatio celebratur in Dominica tertia post festum s. Michaelis, patrocinium autem in festo s. Mariæ Magdalenæ. Item ad hanc ecclesiam ao. 1732 Josephus Saurle, mercatór in Prukh, fundavit annuas 26 missas, ad suam intentionem applicandas, et assignavit pro fundo 15 Krautſtückh und ain Juchart aigen Ackher. Adest *confraternitas* ss. Rosarii, quæ altare $B^{mæ}$ Virginis habet privilegiatum pro defunctis ejusdem confraternitatis, quæ quidem habet †) proprium magistratum, est tamen sub cura Abbatis in Fürstenfeldt, tanquam Domini oppidi Prukh. — Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est decentibus paramentis et

---

*) IV. 250. **) IV. 251.

***) Die Beneficien der Früh- und Spät-Meſſe in Bruck konnten ſeit der Säculariſation des Kloſters Fürſtenfeld nicht mehr beſetzt werden, da ihre Dotationsfonde mit dem Kloſter-Vermögen inkamerirt und bisher weder zurückgegeben, noch durch ein Staats-Paſſiv-Reichniß ſurrogirt worden ſind. Im Jahre 1845 hat die Wittwe Thereſia Stadlberger in die Marktspfarrkirche zu Bruck ein neues Frühmeß-Beneficium geſtiftet (ſ. Schematismus der Erzd. München v. J. 1846 S. 154) und es liegen überdieß Mittel vor, welche auch die Aufbeſſerung der alten Beneficial-Stiftungen für den Fall der Reſuſcitirung derſelben möglich machen würden. D.

†) IV. 252.

turris tribus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Abbatis in Fürstenfeldt tanquam Parochi principalis & Domini oppidi Prukh. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat letzthin 5671 fl. 5 kr. 1 hl. betroffen.

Ecclesia filialis ss. Joannis Bapt. & Evang. in Schœngeising).*

6. Ecclesia hæc, inter rurales melioris notæ, habet altaria tria**): Altare majus est dedicatum in honorem ss. Joann. Baptistæ & Evangelistæ. In medio tamen aræ residet statua Bmæ Virginis. Ibidem asservatur Sanctissimum. — Altaria s. Annæ & s. Joann. Bapt.

Divina hic peraguntur ordinarie in tertia Dominica, item in festis Domini & Bmæ Virginis. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis, patrocinium vero ad festum ss. Joannis Bapt. et Evang. Item hic solet dici missa hebdomadalis cum libera applicatione, quando non occurrit festum fori aut patrocinium. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia & turris campanas duas benedictas***). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Abbatis in Fürstenfeldt, tanquam Parochi & Domini hujus loci. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1823 fl. 22 kr. 2 hl. betragen.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Biburg.

7. Ecclesia hæc, inter rurales communis, habet tria altaria: Altare majus, in honorem Bmæ Virginis dedicatum, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Catharinæ virg. mart. et altare (nondum consecratum) ss. Joachimi & Annæ†).

Res divinæ peraguntur in festis Bmæ Virginis & ss. Apostolorum. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi Apostoli. Item hic solet dici missa hebdomadalis, quando non occurrit festum fori aut patrocinium. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem administratione, sicut aliæ ecclesiæ hujus Parochiæ. Das Vermögen diſes Gottshauſes wird diſer Zeit gegen 2700 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Leonardi in oppido Prukh.

8. Ista ecclesia prætenditur pleno jure††) esse incorporata monasterio Fürstenfeldt. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Leonardi Abbatis, altare Bmæ Virginis & altare.....

Juxta acta visitalia de ao. 1711 divina in hac ecclesia per-

---

*) Schöngeiſing iſt jetzt eine organiſirte Expoſitur, zu welcher auch die im Jahre 1837 von der Pfarrey Gilching getrennte Filiale Holzhauſen gehört. Vgl. §. 130. n. 5. (Bd. I. S. 417). D.

) IV. 253. *) IV. 254. †) IV. 255. ††) IV. 256.

aguntur in dedicatione & in festo patrocinii, et duo sacra hebdomadalia celebrantur, nec non in Adventu cantantur missæ de Rorate. Proventus hujus ecclesiæ administrat Abbas in Fürstenfeldt.

Ecclesia filialis s. Viti in Zell).*

9. Hanc ecclesiam tanquam filialem ecclesiæ parochialis Pfæffing cum sepultura notat antiqua matricula**).

---

§. 248.

Parochia s. Michaelis in Rottbach ***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Bened. Ant. Soldner, ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 60 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, ex decimis et stola. Antiqua matricula de his habet ita: *Item in fixis redditibus ex prædiolo in Deissenhoffen 2 Schäffel siliginis, 2 avenæ, et 1 ℔. dl. Wiesgelt. Item in missis hebdomadalibus pro salario 1 fl. Item majores decimas frumentorum in Rottbach 20 flor. et in Oberlaithbach 20 flor. Item decimas majores in Nidernlaithbach valoris 7 flor. et in Deissenhoffen similiter 7 flor. valoris, ac in Bermoss 5 β. dl. valoris. Minores decimas pariter ipse deponens colligit, quas æstimat ad 6 flor. In confessionalibus†) habuit ad 3 ℔. dl. Panes primitiales & stolam æstimat ad 2 flor.* etc. Item adest ein Widumb-Güetl zu Deiſſenhoffen. — Condecimator adest nullus, nisi colonus in Stephansberg, qui ex certis agris colligit tertiam partem. Integri proventus hujus Parochiæ censentur ascendere ad 1200 florenos. Econtra tenetur Parochus solvere Widumbſteur 5 fl. 52 kr. 6 hl. (in matricula veteri habetur: *Item non solvit Jägergelt, neque Vogtey, quia illorum loco Princeps prædium in Nidernlaithbach pro piscina in totum devastavit),* cathe-

---

*) IV. 257.

**) In Zell, einer zum Expoſiturbezirke Schöngeiſing gehörigen Einöde, beſteht auch jetzt noch eine St. Veits-Capelle, in welcher am Sonntage vor St. Gallus das Kirchweihfeſt gefeyert wird. D.

***) IV. 259. — Vgl. §§. 394. 535. 686, die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 122) und das oberbayer. Archiv (VI. 371. VII. 110). D.

†) IV. 260.

draticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr., ad seminarium episcopale 4 fl. — Domus parochialis decens est et cum pertinentiis defectus notabiles non patitur.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 235 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Rottbach habet unam filialem ecclesiam in Unterlappach.

4. Ecclesia parochialis, modicæ, sed tamen amœnæ structuræ, habet tria altaria*): Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula de s. Cruce, et altaria B^{mæ} Virginis ac s. Annæ.

Divina in Dominicis alternantur inter ecclesiam matricem et filialem in Unterlappach, festa autem celebrantur ordinarie in hac ecclesia matrice. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Bartholomæi, patrocinium autem in festo s. Michaelis Archangeli. Item diebus Veneris ex fundatione Joannis Hochreitter, Decani ruralis et Parochi hujus loci, dicitur missa hebdomadalis. Item diebus Sabbati ex antiquissima fundatione Conradi Weber de Rottbach (de ao. 1381) pariter dicitur missa hebdomadalis. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia decenter instructa est paramentis**) et turris campanis duabus benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 914 fl. 25 kr. 2½ hl. beloffen.

Ecclesia filialis ss. Sylvestri & Blasii in Unterlappach.

5. Ecclesia hæc amœnæ formæ tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Sylvestri & Blasii, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Sylvestri & altare s. Annæ.

Divina in Dominicis alternantur cum ecclesia parochiali. Item divina hic fiunt***) in festis ss. Petri & Pauli, Blasii & Sylvestri. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Matthæi. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet sufficientia paramenta. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho & Præfecto electorali in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat letzthin ſich gezeigt auf 863 fl. 29 kr. 3½ hl.

---

*) IV. 261. **) IV. 262. ***) IV. 263.

§. 249.

Parochia s. Michaelis in Schwabhausen*).

1. Hæc Parochia est una de illis, quas antehac ex concessione Episcopi libere conferebat Vicarius ejusdem generalis; nunc autem est de libera collatione Episcopi in omni mense. Modernus Parochus est R. D. Jos. Hirner, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 15 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sunt de manso, decimis, quas solus capit Parochus, et de stolæ accidentiis. In veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus nihil præter prædium dotale, in quo residet. Item pro una missa hebdomadali 1 fl. etc. Item omnes majores decimas frumentorum vendidit ac æstimat communibus annis ad 24 flor., minores ad 1 flor. In confessionalibus circiter 1 flor. Panes primitiales & stolam æstimat ad 1 florenum.* Censentur integri fructus hujus Parochiæ 400 florenos parum excedere. Econtra tenetur Parochus solvere annuatim dem Cloſter Inderſtorff Herbſt-May-Steur und Eiſengelt**) 1 fl. 34 kr. 2 hl., Jäger-Gelt 30 kr., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr., ad seminarium episcopale 1 fl. — Domus parochialis lignea & non commoda egeret restauratione.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 120 reperti sunt***).

3. Ecclesia parochialis in Schwabhausen habet nullam aliam ecclesiam filialem †).

4. Ecclesia parochialis honestæ structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis & altare s. Stephani protomartyris.

Divina hic peraguntur singulis diebus dominicis et festivis. Dedicatio & patrocinium in festo s. Michaelis coincidunt ††). Item

---

*) IV. 265. — Vgl. §§. 395. 541. 686, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 123), Weſtenrieders Beſchreib. des Landgerichts Dachau (S. 41. 42), deſſen Beyträge (IV. 281. 282) und das oberbayer. Archiv (VII. 113. 122. 129). D.

**) IV. 266.

***) Jetzt zählt die Pfarrey Schwabhauſen in Verbindung mit Rumelzhauſen 302 Seelen und der Pfarrer bedarf zur Abhaltung der Gottesdienſte eines Coadjutors. D.

†) Seit dem Jahre 1814 iſt die ehemalige Pfarrkirche von Rumelzhauſen (§. 219) eine Filiale von Schwabhauſen. D.

††) IV. 267.

dicitur missa hebdomadalis cum applicatione ad intentionem fundatoris. Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria et turris duas campanas benedictas. Proventus hujus Parochiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat ſich letzthin auf 622 fl. 11 kr. erſtrekhet.

---

§. 250.

Parochia s. Joannis Bapt. in Sulzemos*).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Jos. Grueber, ao. 1735 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, ex decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula hac de re legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 9 Schäffel siliginis, 8 avenæ, 1 Fesen, 1 hordei & 29 β. & 20 dl. Item ex missis hebdomadalibus 1 Schäffel siliginis, 1 Mezen avenæ & 13 pullos. Item omnes majores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad 74 flor., minores ad 2 ℔. dl. In confessionalibus 2 ℔. dl. Item panes primitiales æstimat ad 5 flor.* Adsunt in hac Parochia novem condecimatores, nempe Collegiata s. Andreæ in monte Frisingensi**), Collegiata in Habach, monasterium Fürstenfeldt, Dominus hoffmarchiæ Odelzhausen, Beneficiatus ibidem, Beneficiatus der Wildprechtiſchen Meeß bey U. L. Frauen zu München, collegium soc. Jesu Augustæ Vindelicorum, Parochus in Odelshausen Augustanæ Diœcesis, Parochus in Oberroth & ecclesia U. L. Herrn Ruhe bey Fridtberg. — Zu diſer Pfarr ſeynt hingegen 7 Widengüetl in folgenten Orthen grundtbahr gehörig, als in Odelzhauſen, Diettenhauſen, Mieggerſpach, Habersriedt, Höffa, Oberumbach, Sulzemos, von welchen ein Pfarrer jährliche Gülten genüeßet. Integri tamen proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur ad 1200 flor. facile ascendere.

---

*) IV. 269. — Vgl. §§. 395. 537. 686 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 123 u. 124), das oberb. Archiv (VII. 129—131) und Obernberg's Reiſen (III. 363 ff.) — In dieſer Pfarrey lag das zu Anfang dieſes Jahrhunderts aufgehobene Auguſtinerkloſter Taxa (S. §. 54 Bd. I. S. 216 u. 217). D.

**) IV. 270.

Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem*) & solvere Widumb-Steur 6 fl. 44 kr. 4 hl., Jägergelt 2 fl., Vogtey in das Schloß Sulzemos 4 Schäffel Korn (addit hic antiqua matricula agnum paschalem); in das Schloß Odelzhauſen 4 Schäffel Korn, 1 Schäffel Haaber; cathedraticum 4 fl. (?), ad fabricam ecclesiæ cathedr. 6 kr.**), ad seminarium episcopale 4 fl. — Domus parochialis noviter structa cum pertinentiis non patitur notabiles defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 750 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Sulzemos habet quinque ecclesias filiales, nempe in Odelzhausen, Essenbach, Mieggerspach, Machtenstain, Oberumbach & capellam in arce Odelzhausen, ac capellas in Dietenhausen & Hadersriedt***).

4. Ecclesia parochialis, inter rurales melioris notæ, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. trium Regum & altare ss. 14 Auxiliatorum.

Divina hic ordinarie peraguntur in omnibus diebus dominicis ac festivis, excepta †) Dominica ante festum ss. Simonis & Judæ, et excepto festo conceptionis B. V. Mariæ, ubi divina peragit Parochus in filiali Machtenstain. Dedicatio celebratur Dominica II. post festum s. Jacobi & patrocinium in festo s. Joannis Baptistæ. Item hic quavis die Mercurii dicitur missa pro Domino Joanne Wilhelmo Hund de Lauterbach, pro qua, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1705, recipit Parochus annuos 10 florenos. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis decentibus & turris campanis duabus benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Domini hoffmarchialis in Sulzemos, qui est Dominus Baro de Gebek. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat letzthin auf die 4299 fl. 57 kr. 5 hl. ausgemacht.

Ecclesia filialis s. Benedicti in Odelzhausen ††).

5. Ecclesia hæc, inter rurales nobilioris notæ, tria habet altaria:

---

*) Der Cooperator von Sulzemoos iſt jetzt in Odelzhauſen exponirt. D.

**) IV. 271.

***) Im Jahre 1848 iſt auch auf jenem Platze, wo früher das Kloſter Taxa ſtand, durch freywillige Beyträge der Bewohner dortiger Gegend wieder eine Capelle erbaut worden. S. Ferd. Haſſenmaier's Rede bey der Grundſteinlegung zu einer neuen Capelle in Taxa. 1848. 8. D.

†) IV. 272.

††) IV. 273. — In Odelzhauſen befindet ſich jetzt neben dem Beneficiaten auch der Cooperator von Sulzemoos als Expoſitus. In die Kirche dortſelbſt wurde nach der Demolirung der Kloſterkirche von Taxa das in derſelben verehrte Bild

Altare majus, dedicatum in honorem s. Benedicti Abbatis, in quo asservatur Sanctissimum, altare Bmæ Virginis & altare s. Lantperti Episcopi.

Anno 1406 nobilis Georgius Ausenkhoffer zu Odelzhauſen in hac ecclesia ad aram s. Lantperti fundavit Beneficium missæ primæ et quotidianæ, una per hebdomadem die excepta, quam variis prædiis & rebus in fundatione expressis dotavit, et aliis etiam obligationibus inibi contentis et una missa in ecclesia Mieggerspach dicenda oneravit. Confirmavit hoc Beneficium eodem anno Bertholdus Episcopus Frisingensis, qui se tunc in litteris confirmationis Archiepiscopum Salisburgensem*) & Administratorem Frisingensem nominavit, qua de re plura videri poterunt in historia Frisingensi. Interea hoc tempore præscriptus in prima fundatione missarum numerus minime observatur. Adest etiam domus beneficialis valde commoda, et integri proventus hujus Beneficii 300 florenos facile excedere censentur. Jus patronatus & præsentandi sacerdotem alio Beneficio non provisum est penes Dominum hoffmarchiæ Odelzhausen. Modernus Beneficiatus est R. D. Josephus Pek, ao. 1710 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos et ad seminarium episcopale 1 fl.

Cœteroquin in hoc altari colitur caput s. Felicis martyris. Divina præter missas beneficiales in hac ecclesia celebrantur ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis, excepta Dominica dedicationis ecclesiæ parochialis et exceptis illis diebus, quibus divina in ecclesiis filialibus infra notandis**) peragi solent. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam ante festum s. Jacobi, patrocinium vero ad festum s. Benedicti Abbatis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis, et etiam baptisterium cum sacris oleis. Sacristia tenet paramenta decentia & turris campanas duas benedictas. Item in hac ecclesia conspiciuntur sepulturæ nobilium familiarum Auer, Leonroth, Hund, Ausenhoffer, de Beccaria. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Domini hoffmarchialis in Odelzhausen, qui defacto est Dominus Comes de Minuzi. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich letzthin auf 882 fl. 30 kr. 3½ hl. erſtreckhet.

Capella filialis in castro Odelzhausen.

6. In hoc castro sita est capella, decenter***) paramentis instructa, cum uno altari, honoribus Bmæ Virginis erecto. Dedicatio hujus capellæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi.

---

der Mutter Gottes überſetzt. Vgl. Paul Neumayr's Handbüchlein für geiſtliche Bruderſchaften, insbeſondere für die Scapulierbruderſchaft in Odelzhauſen. München. 1842. 8. D.

*) IV. 274. **) IV. 275. ***) IV. 276.

Ecclesia filialis s. Joannis Evang. in Essenbach.

7. Ecclesia hæc modicæ, sed reparatæ structuræ habet altare unum, in honorem s. Joannis Evangelistæ dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, Dominica post festum ss. Joannis & Pauli, et in festo die horum Sanctorum utpote patronorum & in festo ss. Innocent. martyrum. Item hic dicitur quovis mense missa cum libera applicatione. — Nec adest cœmeterium nec sacristia. Paramenta adsunt pro necessitate. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus & Præfectus electoralis in Dachau*). Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich letzthin auf 187 fl. 31 kr. gezeigt.

Divina hic fiunt ordinarie in diebus dominicis alternative cum ecclesia filiali Dattendorff. Item in festis Nativitatis Domini, Circumcisionis, feria tertia Paschatis & Pentecostes, ss. Joannis Bapt. et Evang., Josephi, Annæ, Catharinæ, Ursulæ, Sebastiani, Leonardi, Rochi & in omnibus festis Bmæ Virginis. Item hic dicuntur duæ missæ hebdomadales cum libera applicatione diebus Mercurii et Sabbati. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum nativitatis Bmæ Virginis, patrocinium in festo assumptionis B. M. V. — Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in †) Schwaben. Das völlige Vermögen dieſes Gotteshauſes zeiget ſich dieſer Zeit gegen 6800 fl.

---

*) IV. 361. **) IV. 362. ***) IV. 363. †) IV. 364.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Dattendorff.

6. Ecclesia hæc firmæ structuræ est & duo habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Achatii.

Divina hic fiunt alternative in Dominicis cum ecclesia in Lampferting; item in festis Nativitatis Domini ad auroram, Epiphaniæ, Dominica Resurrectionis & Ascensione Domini, Pentecostes & feria secunda Paschatis; item in festis Apostolorum, Laurentii, omnium Sanctorum & in commemoratione fidelium defunctorum. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Laurentii, patrocinium *) vero ad festum s. Nicolai Episcopi. Item hic dicitur missa hebdomadalis die Veneris cum libera applicatione. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Cura proventuum eadem est, quæ ecclesiæ parochialis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes betriffet dermalen gegen 1800 fl.

Capella filialis s. Chunigundis prope Echmaring.

7. Ecclesia hæc exigua altare habet unum, in honorem s. Chunigundis virginis dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam in Albis **) et in festo patrocinii s. Chunigundis (die 3 Martii). Item tempore maturescentium segetum usque ad finem messis diebus Veneris legitur missa contra tempestates. Item quandoque sacra votiva hic peraguntur. — Cœmeterium nullum adest nec sacristia propria, paramenta enim ex parochiali ecclesia sumuntur. In turri sunt duæ campanulæ benedictæ. — Proventus hujus capellæ sunt uniti proventibus ecclesiæ parochialis & sub eadem administratione.

Capella filialis s. Francisci in Esterndorff.

8. Capella exigua, am Mühlberg nuncupata, cum uno altari in honorem s. Francisci Seraphici dedicato, non habet cœmeterium. Divina fiunt hic in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi ***), et in festo stigmatum s. Francisci, nec non in festo s. Leonardi Abbatis. — Sacristia tenet paramenta pauca et turris campanulas duas benedictas. — Proventus hujus capellæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti electoralis in Schwaben. Das Vermögen diſer Capellen betriffet diſer Zeit yber 1400 fl.

*) IV. 365. **) IV. 366. ***) IV. 367.

§. 260.

Parochia s. Joannis Baptistæ in Glon *).

1. Hæc Parochia est de præsentatione Reverendissimi capituli cathedralis Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Franciscus Udalricus Wagner, ao. 1739 investitus. Dat pro primis fructibus 36 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis majoribus & minoribus & stolæ accidentiis. In veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex institutionibus habet circiter 24 flor., in missis hebdomadalibus circiter 8 flor., confessionalia pro parte sua 3 flor., panes primitiales 6 flor.* Condecimatores adsunt multi, et quidem in Glon & in pluribus aliis locis condecimat Dominus in Zinnenberg & etiam ecclesia parochialis. In Frauen-Reith condecimat Collegiata $B^{mæ}$ Virginis Monachii, ecclesia filialis in Frauen-Reith & Beneficiatus in Altenburg. In Mattenhoffen & Adling condecimat Dominus Baro de Widmann **). In Peurn condecimat monasterium Weichenstephan, in Haslbach et Wösterndorff aliquis ex Beneficiatis ad s. Petrum Monachii. Parochus juxta acta visitalia gaudet tertia decimarum parte per totam Parochiam, integris autem ex agris arcis Zinnenberg. Es iſt auch ein Widen-Güetl in Glon vorhanden, ſo zur Pfarr gehörig. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur ascendere posse ultra 800 florenos. Econtra Parochus tenetur alere duos Cooperatores, quorum unum habet penes se, alter vero expositus est in Peurn, de quo videatur infra. De his in veteri matricula ita legitur: *Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in suis obventionibus 24 flor. Item habet similiter duos Capellanos, quibus dat tabulam, uni 16 & alteri 15 flor., pro quibus vitrici sibi solvunt 48 ℔. dl.* Item præstat Parochus Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi annuam pensionem 35 florenorum (qua de re in veteri matricula legitur: *Item dicta ecclesia est incorporata capitulo***) Frisingensi pro 18 ducatis),* Widumb-Steur 7 fl. 55 kr. 3 hl., Jäger-Gelt 2 fl., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frisingensis..... — Domus parochialis cum pertinentiis honestioris est structuræ nec patitur magnos defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1092 numerati sunt.

---

*) IV. 369. — Vgl. §§. 386 u. 650 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 295—297). D.

) IV. 370. *) IV. 371.

3. Ecclesia parochialis in Glon habet octo ecclesias filiales, nempe in Peurn, Frauenreith, Haslbach, Adling, Doblberg, Stainhausen, Georgenberg & capellam in arce Zinnenberg.

4. Ecclesia parochialis, inter rurales melioris structuræ, altaria habet quatuor: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ. In eo asservatur Sanctissimum & coluntur multæ quamvis minutæ pretiosæ tamen variorum Sanctorum reliquiæ*). — *Altare B^mæ^ Virginis,* cujus statua hic beneficiis claret. — *Altaria s. Andreæ Apostoli & s. Sebastiani martyris.* — *Confraternitas* fidelium defunctorum in hac ecclesia celebris est & satis bene dotata & numerosa. Altare majus pro defunctis ex eadem confraternitate diebus Lunæ privilegiatum est. Ipsa administratur a proprio magistratu.

Divina in hac ecclesia fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis & festivis, exceptis patrociniis & dedicationibus ecclesiarum filialium. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Udalrici, patrocinium autem in festo s. Joannis Baptistæ. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta decora. Turris continet quatuor campanas benedictas. In hac etiam ecclesia conspiciuntur**) sepulturæ illustrissimorum Comitum Fugger in Zinnenberg & Baronum de Pienzenau. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho & Præfecto electorali in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes betrüffet diſer Zeit gegen 3400 fl.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Peurn.

5. In hoc loco expositus est alter Cooperator Parochi in Glon, quem Parochus præsentat Episcopo pro admissione ad curam dependenter ab illo. Modernus Curatus est R. D. Antonius Dorner ex instituto clericorum in commune viventium, ao. 1728 admissus. Dat pro juribus cancellariæ 6 florenos & ad seminarium episcopale 1 fl. Curatus pro sua sustentatione***) gaudet prædiolo quodam in Peurn, cujus tamen fundus pertinet ad ecclesiam ibidem, cui solvit Curatus jährliche Stüfft 5 fl. 30 kr. 2 dl., Steur 1 fl. 8 kr. 4 hl. Item propter Cooperaturam recipit a Parocho annuos 52 florenos cum determinata sibi stola. Item ab ecclesia in Peurn recipit 42 florenos.

Ecclesia ipsa decentis est structuræ & habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi majoris Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Wolfgangi Episcopi & altare s. Antonii de Padua.

Divina hic fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Dionysii, patroci-

*) IV. 372. **) IV. 373. ***) IV. 374.

nium vero in festo s. Jacobi majoris Apostoli. Notant acta visitalia de ao. 1707, a rusticis loci prætendi*) etiam missam hebdomadalem. — Aqua baptismalis cum sacris oleis asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia. In turri campanæ sunt duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes betraget diſer Zeit gegen 1300 fl.

Ecclesia filialis $\mathit{B}^{\mathit{mæ}}$ *Virginis in Frauenreith.*

6. Ecclesia hæc pulchre ornata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem $\mathrm{B}^{\mathrm{mæ}}$ Virginis, cujus statua hic plurimis beneficiis claret, quæ etiam processionibus publicis coli solet**), et altaria s. Stephani protomartyris & s. Annæ.

Divina ordinarie fiunt omnibus diebus dominicis & festivis, exceptis Dominica palmarum, Cœna Domini & festo Corporis Christi, et s. Joannis Bapt. & dedicationibus ecclesiarum in Peuern & Haslbach. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum nativitatis B. M. V. Item hic dicitur missa hebdomadalis diebus sabbatinis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta satis decora & turris tres benedictas campanas. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes bewürffet ſich diſer Zeit auf 1200 fl.

Ecclesia filialis s. Colomanni in Haslbach.

7. Ecclesia hæc modicæ structuræ est, habens***) tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Colomanni martyris, in quo colitur particula s. Crucis, altare $\mathrm{B}^{\mathrm{mæ}}$ Virginis & altare s. Quirini martyris. — Divina hic peragi solent in dedicatione (Dominica post festum s. Dionysii) et in festo patrocinii, s. Colomanni martyris. Item in festo inventionis s. Crucis & s. Magdalenæ. Item hic infra 14 dies dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium nullum adest. Sacristia provisa est paramentis paucis et necessariis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem cura sicut ecclesiæ prædictæ hujus Parochiæ. Das Vermögen diſes Gottshauſes betriffet diſer Zeit gegen 2400 fl.

Ecclesia filialis s. Lamberti in Adling †).

8. Ecclesia hæc pariter exiguæ & ruinosæ est structuræ. Adest altare unum, in honorem s. Lamberti dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam secundam post festum nativitatis B. M. V., et in festo s. Lamberti. Intra 14 dies legitur hic una missa hebdomadalis cum libera applicatione. In

---

*) IV. 375. **) IV. 376. ***) IV. 377. †) IV. 378.

die Pentecoſtes iſta eccleſia viſitatur proceſſione.—Cœmeterium adeſt nullum. Sacriſtia tenet paramenta pauca & vilia. In turri ſunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus eccleſiæ cura eſt pariter penes Parochum & Præfectum electoralem in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes belauffet ſich diſer Zeit gegen 1100 fl.

Eccleſia filialis s. Petri in Dobelberg).*

9. Eccleſia valde parva, habens unum altare, in honorem s. Petri Apoſtoli conſecratum. Dedicatio hujus eccleſiæ coincidit in ipſum feſtum patrocinii, nempe ss. Petri & Pauli Apoſtolorum. Item hic dicuntur ſacra quatuor angarialia. Cœmeterium non adeſt neque ſacriſtia, paramenta tamen adſunt propria. In turri ſunt campanæ benedictæ duæ. Proventus hujus eccleſiæ ſunt pariter ſub adminiſtratione Parochi & Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes betraget dermalen gegen 180 fl.

*Eccleſia filialis s. Udalrici in Sonnenhauſen**).*

10. Eccleſia hæc iterum exiguæ & vetuſtæ ſtructuræ aram habet unam, in honorem s. Udalrici Epiſcopi dedicatam. Divina hic fiunt in feſto s. Udalrici Epiſcopi tanquam patroni, ubi etiam dedicatio coincidit. Item in feſto ss. Philippi & Jacobi. Cœmeterium nullum adeſt. In ſacriſtia non ſunt paramenta, quippe quæ ex capella arcis Zinnenberg huc deferri ſolent. In turri ſunt duæ campanulæ benedictæ. Proventus ordinarios hæc eccleſia non habet et ſic neque ratiocinia particularia.

*Eccleſia filialis s. Nicolai in Stainhauſen***).*

11. Hæc quoque eccleſia parva & vetuſta eſt, habens unum altare in honorem s. Nicolai Epiſcopi dedicatum. Solent hic divina peragi in feſto s. Nicolai patroni, ubi etiam dedicatio coincidit, item in feſto s. Catharinæ & ss. Innocentium martyrum. Cœmeterium adeſt nullum. In ſacriſtia ſunt paramenta vix neceſſaria, in turri duæ campanulæ benedictæ. Proventus hujus eccleſia curat Parochus & Præfectus electoralis in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit yber 160 fl. nit ausmachen.

Eccleſia filialis s. Georgii in Georgenberg.

12. Eccleſia hæc parva, noviter reædificata †), habet altare unum, in honorem s. Georgii martyris conſecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur in Dominica poſt feſtum s. Ægidii, item in feſto s. Georgii tanquam patroni & in feſto s. Stephani protomartyris. Item hic dicuntur quatuor miſſæ angariales. Cœmeterium non adeſt neque ſacriſtia propria; paramenta ex parochiali eccleſia huc deportantur. In turri ſunt duæ campanæ benedictæ. Proventus hujus eccleſiæ ſunt ſub cura Parochi et

*) IV. 379. **) IV. 380. ***) IV. 381. †) IV. 382.

Præfecti electoralis in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes belauffet ſich diſer Zeit gegen 500 fl.

Capella filialis s. Annæ in Zinnenberg.

13. Capella in castro illustrissimi Domini Comitis Fugger de Zinnenberg, valde decora & ornata, altare habet unum, in*) honorem s. Annæ dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum assumptionis B. M. V. et in festo patrocinii s. Annæ. Sacristia hujus capellæ ornata est decoris paramentis. In turri etiam habentur campanæ duæ benedictæ.

---

§. 261.

Parochia s. Martini in Stainkirchen, dicta alias Holzen**).

1. Ecclesiam s. Laurentii in Holzen antiqua matricula agnoscit pro parochiali; acta visitalia de ao. 1707 cum communi voce populi ecclesiam s. Martini in Stainkirchen tanquam parochialem præferunt, quia in ecclesia s. Laurentii in Holzen nec baptisterium, nec ipsum semper Sanctissimum, bene vero in ecclesia s. Martini in Stainkirchen reperitur & asservatur. Porro Parochia ista Holzen in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis et de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. Modernus Parochus est R. D. Josephus Wolfgangus Mair, jur. utr. Lic., ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos***).

2. De proventibus hujus Parochiæ, qui consistunt in manso, decimis majoribus & minoribus & stola, in veteri matricula ita scribitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 34 flor., in anniversariis fundatis 11 flor. inclusis missis hebdomadalibus; confessionalia ad 4 flor., panes primitiales ad 2 flor.* Item adsunt quinque Widumb-Güettl, nempe in Haus negſt Jacob-Neuharting, Stainkirchen, Obſtätt, Niclasreith und Sixtenreith. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur ascendere ad 1200 florenos. Condecimatores adsunt quadraginta octo, ita ut Parochus subinde integras, subinde tertiam & etiam mediam decimarum partem, et ex aliquibus villis omnino nullas percipiat decimas. Item tenetur alere Cooperatorem & solvere annuatim Widumb-Steur 11 fl. 45 kr. 1 hl.,

---

*) IV. 383.

**) IV. 385. — Vgl. §§. 386. 648. 694 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 300 u. 301. D.

***) IV. 386.

Jäger-Gelt 2 fl. 17 kr., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 15 kr., ad seminarium episcopale 4 fl. — Domus parochialis ampla et*) noviter ædificata cum pertinentiis non habet magnos defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1009 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Stainkirchen seu Holzen habet alias ecclesias septem filiales, nempe Holzen, Assling, Niclasreith, Dorffen, Jacob-Neuharting, Lorenzenberg & Loitherstorff.

4. Ecclesia in Stainkirchen, quæ (uti dictum) communiter parochialis dicitur, paucis abhinc annis notabiliter reparata, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis et altare ....

Divina hic ordinarie fiunt duabus Dominicis & tertia in Assling. Item in festis**) solennioribus Domini, Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, Corporis Christi, et in festis B^mæ^ Virginis & ss. Apostolorum. Dedicatio celebratur in ipsto festo patrocinii s. Martini Episcopi. Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 950 fl. belauffen.

Ecclesia s. Laurentii in Holzen.

5. Hæc ecclesia, quæ juxta antiquam matriculam (uti supra dictum est) reipsa parochialis est, magna reparatione indiget***). Altaria adsunt tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Laurentii martyris. In eo ordinarie non asservatur Sanctissimum, nisi per octavam Corporis Christi et in dedicatione. — *Altare ss. 14 Auxiliatorum.* — *Altare iterum s. Laurentii martyris.*

Divina hic fieri solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam quintam post Pentecosten, et in festo patrocinii s. Laurentii. Item in feria quarta rogationum & feria sexta ante Pentecosten, infra octavam etiam Corporis Christi & omnium Sanctorum in uno die. Item in festo conversionis s. Pauli & in festis ss. Josephi, Corbiniani, Innocentium martyrum & Sylvestri. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium solis asseribus clausum adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta exigua†) et turris continet campanas duas, quarum tamen una non est benedicta. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit yber 150 fl. nit austreffen.

---

*) IV. 387. **) IV. 388. ***) IV. 389. †) IV. 390.

Ecclesia filialis s. Georgii in Assling.

6. Ecclesia hæc antiquæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare Resurrectionis Domini & altare B^mæ^ Virginis, in quo imago B^mæ^ Virginis multis clara est beneficiis & antiquitus etiam publicis processionibus visitari solita*). Idem altare diebus Sabbati privilegiatum est pro defunctis ex confraternitate ss. Scapularis hic instituta & ao. 1732 authoritate ordinaria confirmata, quæ regitur per proprium magistratum.

Divina hic fiunt ordinarie tertia Dominica. Item in festo invent. s. Crucis, feria secunda rogationum ista ecclesia visitatur processione. Item divina hic fiunt in Dominica infra octavam Corporis Christi et in una die infra octavam prædictam & omnium Sanctorum, et in Nativitate Domini. Dedicatio incidit in Dominicam tertiam post Pascha, patrocinium vero celebratur in festo s. Georgii martyris. Item hic dicitur missa hebdomadalis diebus Sabbati ad intentionem fundatorum. Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis necessariis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ**). Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus in Schwaben. Das völlige Vermögen ſolle diſer Zeit ſich yber 2000 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Ursulæ in Niclasreith.

7. Ecclesia hæc veteris structuræ altaria continet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Ursulæ virginis martyris, in quo tempore æstivo Sanctissimum asservari solet, altare ss. Trinitatis et altare B^mæ^ Virginis.

Divina fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis, et in festo patrocinii s. Ursulæ. Item in festis ss. Viti & Nicolai Episcopi, et in Dominica quinta post Pascha, et in una die infra octavam Corporis Christi & omnium Sanctorum***). Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta solum necessaria & turris duas campanas benedictas. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Schwaben. Das Vermögen diſes Gotts-hauſes ſolle diſer Zeit gegen 1700 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Aegidii in Dorffen.

8. Ecclesia structuræ inter rurales communis altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Aegidii Abbatis, in quo asservatur Sanctissimum, altaria B^mæ^ Virginis & s. Quirini martyris.

---

*) IV. 391. **) IV. 392. ***) IV. 393.

Divina hic ordinarie peraguntur*) in duabus Dominicis & tertia in Jacob-Neuharting. Item in festis principalioribus Domini et in festis B[mæ] Virginis, in festo omnium Sanctorum & in commemoratione omnium fidelium defunctorum. Item hic diebus Veneris dicitur missa hebdomadalis. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur Dominica post festum s. Bartholomæi, patrocinium autem in festo s. Aegidii Abbatis. — Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. In sacristia habentur paramenta necessaria et in turri duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes betraget diſer Zeit yber 1500 fl.

*Ecclesia filialis s. Jacobi in Neuharting**).*

9. Ecclesiæ hujus structura communis est notæ. In ea sunt altaria duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi majoris Apostoli, in quo æstivo tempore asservatur Sanctissimum, et altare s. Viti martyris.

Divina hic ordinarie peraguntur in tertia Dominica & in festo s. Viti martyris. Item singulis diebus Veneris in Quadragesima dicitur hic missa. Dedicatio coincidit cum festo patrocinii s. Jacobi Apostoli. — Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ***). — Proventuum hujus ecclesiæ administratio & penes Parochum et Dominum hoffmarchialem in Wildenholzen, qui est Dominus Baro de Pienzenau. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Laurentii in Lorenzenberg.

10. Ecclesia hæc, non satis ampla pro capiendo populo, tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Laurentii martyris, altare Epiphaniæ Domini & altare B[mæ] Virginis assumptæ.

Divina hic fiunt in festis ss. Apostolorum, excepto s. Andreæ et Jacobi †) majoris. Item feria sexta infra octavam Ascensionis et semel infra octavam Corporis Christi & Sanctorum omnium et in festo s. Catharinæ. Dedicatio coincidit cum festo patrocinii s. Laurentii martyris. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis necessariis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Dominus hoffmarchiæ Öllkhoffen, qui defacto est Dominus Comes Merowisky. Das Vermögen iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

*) IV. 394. **) IV. 395. ***) IV. 396. †) IV. 397.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Loitherstorff.

11. Ecclesia exiguæ structuræ unum habet altare, in honorem s. Andreæ Apostoli consecratum*). Divina hic fiunt in feria secunda Paschatis & Pentecostes & in festo s. Joannis Evangelistæ. Dedicatio coincidit cum festo patrocinii s. Andreæ Apostoli. Item hic dicitur missa hebdomadalis. Cœmeterium & sepulturæ non adsunt. In sacristia sunt paramenta solum necessaria & in turri duæ campanæ benedictæ. Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Schwaben. Das ganze Vermögen diſes Gottshauſes wirdet dermahlen auf 650 fl. ſich erſtreckhen.

---

§. 262.

Parochia s. Bartholomæi in Mosach**).

1. Hæc Parochia antehac ex concessione Episcopi erat de libera collatione Vicarii ejusdem generalis, de quo etiam testatur matricula antiqua; nunc vero est de plena dispositione & collatione Episcopi in omni mense. Modernus Parochus est R. D. Franc. Ign. Mair, jur. utr. Lic., ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis majoribus & minoribus & stolæ accidentiis. De his in veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 2 flor. Item in missis hebdomadalibus & anniversariis fundatis habet circiter 15 flor., confessionalia ad 10 ß. dl., panes primitiales ad 10 ß. dl.* Zu diſer Pfarr ſeynt auch 13 Güetl, in unterſchidlichen Orten entlegen, gehörig. Huic Parochiæ etiam hucusque unitum***) est Beneficium s. Magdalenæ in Altenburg, quo computato integri Parochi redditus melioribus annis creduntur bene ascendere ad 500 florenos. Condecimatores adsunt viginti octo, inter quos præcipui sunt Patres societatis Jesu residentiæ Eberspergensis & Dominus hoffmarchiæ Falkenberg, ita ut Parocho paucissima pars decimarum permaneat. Domus parochialis cum pertinentiis est exiguæ structuræ. Item tenetur Parochus solvere Widumb-Steur 1 fl. 50 kr., Jäger-Gelt 17 kr.,

---

*) IV. 398.

**) IV. 401. — Vgl. §§. 390 u. 656 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 301 u. 302. D.

***) IV. 402.

ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 15 kr.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 212 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Mosach habet unam ecclesiam filialem in Altenburg & capellam in arce Falckenberg.

4. Ecclesia parochialis honestæ est structuræ. Habet tria altaria*): Altare majus, dedicatum in honorem s. Bartholomæi, in quo asservatur Sanctissimum & colitur authentica particula de ossibus prædicti s. Apostoli, altare B^mæ^ Virginis & altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic peraguntur in omnibus diebus dominicis & festivis ss. Apostolorum. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Bartholomæi Apostoli. Item hic dicitur diebus Veneris missa hebdomadalis, quæ liberæ est applicationis. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium quoque cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia & turris campanas duas benedictas. — Administratio proventuum hujus**) ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Schwaben. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes, mit Einſchluß der Filial Altenburg, welche in eine Rechnung kommet, ſolle diſer Zeit gegen 3200 fl. betragen.

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis in Altenburg.

5. Ecclesia hæc decore ornata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis, cujus statua hic plurimis beneficiis celebris est, et ad quam multæ per annum publicæ processiones instituuntur; altare s. Andreæ Apostoli & altare s. Mariæ Magdalenæ.

Anno 1435 Henricus, quondam Parochus in Mosach, fundavit***) in hac ecclesia **Beneficium** missæ quotidianæ, excepta una vel altera per hebdomadem die. Dedit pro fundo 13 prædia sita in Stockhach, Moſach, Hermanſtorff, Rider-Soin, Anzing, Frönzhoffen, Neufahrn, Schwabener Landgerichts, Maurſtötten, Froſchern, Weſterndorff, Steiten, Puech; item ain Drittl Zechent zu Purſing und 2 Thail zu Schattenhoffen, ain ß. dl. aus einem Wismath zu Sigertsbrun. Hodie, licet antiquitus adfuerit proprius Beneficiatus, cum tamen plura dictorum prædiorum non amplius habeantur, hoc Beneficium propter tenues alias Parochiæ redditus possident Parochi et exinde circiter 100 fl. recipiunt et duas missas hebdomadales in ara s. Magdalenæ legunt et ad intentionem fundatoris applicant. Jus præsentandi ad hoc Beneficium sacerdotem, qui missas per se ipsum celebret, in limine fundationis fuit reservatum Parochis in Mosach.

---

*) IV. 403. **) IV. 404. ***) IV. 405.

6. Anno 1405 perillustris*) Dominus Ludovicus Pienzenauer in Wildenholzen in hac ecclesia fundavit Beneficium missæ quotidianæ, die una per hebdomadem excepta, et pro dote dedit ainen Hof zu Purſing, ain Hueb zu Staudthauſen, ainen Hof zu Holzhauſen, zwey Güetter zu Garwendlhauſen, ainen Hof zu Warngau, drey Güettl zu Dulching, ain Hueb zu Helffendorff, ainen Hof zu Durhaim, ainen Hof zu Reith Gloner-Pfarr ſambt dem Zechent und ain Güetl zu Puech. Adest etiam commoda habitatio & mansus beneficialis, quæ cum suis pertinentiis non patitur magnos defectus. Hodie cum fructus beneficiales ultra 100 florenos parum conficiant, juxta reductionem sub dato 15 Dec. 1681 (jedoch auf Widerrueffen) factam, Beneficiatus ad tres missas hebdomadales, quas celebrat et ad mentem fundatorum applicat in ara s. Andreæ, tenetur. Jus præsentandi ad hoc Beneficium exercet possessor fideicommissarius castri Wildenholzen ex familia Baronum de Pienzenau. Modernus Beneficiatus est R. D. Joann.**) Mich. Stainberger, ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos, ad episcopale seminarium 30 kr.

7. Anno 1717 Joannes Hagn, Parochus in Mosach, fundavit in ara majori hujus ecclesiæ Beneficium manuale unius missæ hebdomadalis, diebus sabbatinis a Parocho vel ab alio per illum constituto sacerdote celebrandæ, et unacum anniversario a Joanne Francisco Episcopo confirmatæ. Dedit pro fundo eine Hueb zu Loiterſtorff, aine Behauſung, Gartl ꝛc. in dem Markte Aibling; aine Behauſung, Gärtl, zwey Äckherl ꝛc. zu Taglaching, dann 500 fl. Landtſchafts-Capital, ex quorum bonorum proventibus satisfit ecclesiæ ejusque ministris et præcipue Parocho pro ejus stipendio.

8. Divina alias fiunt in hac ecclesia in omnibus festis Bmæ Virginis et etiam in reliquis festis, si festa Apostolorum excipiantur. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post inventionem s. Crucis***). — Cœmeterium proprium & sepulturæ hic non adsunt. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt campanæ quinque benedictæ. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes eosdem, penes quos est cura ecclesiæ parochialis, uti supra dictum est.

Capella filialis in arce Falckenberg.

9. In castro Falckenberg adest capella cum uno altari, in honorem s. Joann. Bapt. dedicato. Divina ibi fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Joann. Bapt. et in festo patrocinii s. Joannis Baptistæ. Item dicuntur hic quatuor missæ angariales. — Anno 1710 perillustris Dominus Joannes Sebastianus Baro Wampel, statuum provincialium Cancellarius, fundavit†) in

*) IV. 406. **) IV. 407. ***) IV. 408. †) VI. 409.

septem profestis B^{mæ} Virginis missam, a Parocho vel per alium ab eo constitutum sacerdotem celebrandam et ad mentem fundatoris applicandam. Ex redditibus hoffmarchiæ Falkenberg propterea tanquam onus reale & irredimibile solvuntur annui 6 floreni & 10 crucigeri, de quibus satisfit Parocho, æditu & capellæ pro paramentis. Ipsa capella paramentis competentibus provisa est, sacristiam tamen propriam non habet.

---

§. 263.

Parochia s. Georgii in Oberndorff*).

1. Hanc Parochiam antiqua matricula monasterio Ebersperg pleno jure unitam & annexam fuisse denotat, et consequenter unita est collegio societatis Jesu Monacensi, cujus Rector præsentat Episcopo Frisingensi Vicarium parochialem, ad curam adprobandum et admittendum. Modernus Vicarius est R. D. Joannes Georgius Gogeisel, ao. 1727 admissus. Non dat primos fructus.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt in eo, quod pro congrua Vicarii parochialis sustentatione assignari solet. In veteri matricula de redditibus hujus Parochiæ legitur: *Item nihil habet in fixis redditibus. Item omnes redditus ac majores & minores decimas tollit et imbursat dictus Abbas*, nempe Eberspergensis. *In missis hebdomadalibus 7 flor., in anniversariis fundatis**) 12 β. dl. Confessionalia ad 4 flor. Item solvit dicto Abbati singulis annis pro incorporatione 8 flor. Insuper idem Abbas dat sibi in monasterio tabulam cum potu.* Hodie recipit Vicarius a Patribus societatis in Ebersperg 200 florenos in fixo, item in frumento 2 Schäffel Korn und 4 Metzen Waitzen cum accidentiis stolæ, et residet Eberspergæ in commodis ædibus, quas iidem Patres conservant. Vicarius præstat ad episcopale seminarium 1 fl. 30 kr., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 15 kr.

Communicantes hujus Parochiæ noviter 541 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Oberndorff habet alias tres filiales ecclesias, nempe in Haslbach, Dräxl & Engelmening.

---

*) IV. 411. — Vgl. §§. 392 u. 651 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung S. 293. — Jetzt gehört der ganze vormalige Pfarrbezirk von Oberndorf als Filiale zur Pfarrey Ebersberg und wird von dem erſten Cooperator dieſer Pfarrey verſehen. D.

**) IV. 412.

4. Ecclesia parochialis, satis pulchre ornata, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris*), in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis & altare s. Isidori confessoris.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis & festivis, exceptis dedicationibus & patrociniis ecclesiarum filialium. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis, patrocinium autem in festo s. Georgii martyris. Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium cum ossuario quoque et sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Judicis hoffmarchialis in Ebersperg. Das Vermögen dieſes Pfarr-Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 2500 fl. betragen.

*Ecclesia filialis s. Margaritæ in Haslbach***).*

5. Ecclesia valde ornatæ structuræ est. Habet duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris, et altare B^mæ^ Virginis. Divina hic solent fieri in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis, et in festo patrocinii s. Margaritæ; item in festo præsentationis B. V. M. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt benedictæ campanæ duæ. — Curat proventus hujus ecclesiæ Vicarius parochialis & Judex hoffmarchiæ Ebersperg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit***) gegen 500 fl. auswerffen.

Ecclesia filialis s. Annæ in Dräxl.

6. Ecclesia hæc modica in colle sita est. Habet duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Annæ, et altare s. Crucis.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi Apostoli. Patrocinium celebratur in festo s. Annæ. Item divina peraguntur hic in festo visitationis B^mæ^ Virginis & s. Josephi. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia competenter provisa est paramentis. In turri sunt duæ benedictæ campanæ †). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Præfectum electoralem in Schwaben. Das völlige Vermögen dieſes Gottshauſes ſolle dieſer Zeit gegen 1200 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Engelmening.

7. Ecclesia hæc modicæ structuræ tria habet altaria: Altare

---

*) IV. 413. **) IV. 414. ***) IV. 415. †) VI. 416.

majus, dedicatum in honorem s. Joann. Baptistæ, altare s. Crucis et altare s. Joann. Evangelistæ.

Divina fiunt in dedicatione, quæ celebratur in festo s. Magdalenæ, in festo s. Joannis Bapt. & s. Joannis Evang.; item in festo s. Materni*). Item in festo ss. Joannis & Pauli martyrum huc instituitur processio. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen ſolle diſer Zeit gegen 1200 fl. betragen.

---

§. 264.

Parochia ss. Petri et Pauli in Pruckh**).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis & de præsentatione Serenissimi Bavariæ Electoris. Modernus Parochus est R. D. Franc. Xav. Ertel, ss. theol. Lic., ao. 1714 investitus. Dat pro primis fructibus 60 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt in manso, decimis et fructibus stolæ. In veteri matricula de his ita legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet circiter 14 flor. Item majores omnes decimas frumentorum æstimat ad 40 flor., minores ad 3 flor., confessionalia ad 4 flor., panes primitiales ad 5 flor.* Juxta acta visitalia de ao. 1707 Parochus gaudet tertia decimarum parte per totam Parochiam, exceptis aliquibus colonis, ubi gaudet integris***). Adsunt aliqua prædia (Widumb-Güetl) als: in Alring, Hittlkhoffen, zwey in Fürmoſen, item in Aing, Haslach, Hermanſtorff. — Condecimatores adsunt plures, inter quos principaliores sunt Domini hoffmarchiales in Wildenholzen & Zinnenberg, nec non Patres societatis Jesu in Ebersperg. Antiqua matricula etiam huic Parocho adscribit Cooperatorem, qui tamen hodie hic non amplius habetur. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur ascendere ad 600 florenos. Parochus tenetur solvere annuatim Widumb-Steur nach Wildenholzen 3 fl. 46 kr. 4 hl., Jäger-Gelt nach dem Pfleggericht Schwaben 2 fl., ad seminarium episcopale 3 flor., cathedraticum 12 kr.,

---

*) IV. 417.

**) IV. 419. — Vgl. §§. 381 u. 655 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 291 u. 292). D.

***) IV. 420.

ad fabricam eccles. cathedr. 15 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis non patitur magnos defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 574 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Pruckh habet*) alias sex ecclesias filiales, nempe in Alxing, Perghoffen, Eittling, Puedenhoffen, Pruckhberg seu Pauhoffen & Tachlaching. Item adest capella filialis in castro Wildenholzen.

4. Ecclesia parochialis, noviter & decore reædificata, sed nondum consecrata, tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Petri & Pauli Apostolorum, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula de s. Cruce, altare s. Leonardi Abbatis & altare s. Franc. Xaverii.

Divina hic ordinarie fiunt tertia Dominica & in festis B^mæ Virginis, excepto festo purificationis B. M. V. Item diebus Sabbati hic dicitur missa hebdomadalis cum applicatione pro parochianis, uti habetur in actis visitalibus de ao. 1707**). Dedicatio antehac fuit celebrata Dominica infra octavam Corp. Christi, patrocinium autem in festo ss. Apostolorum Petri & Pauli. — Baptisterium hic non adest, bene vero sacra olea, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis, et in hac ecclesia conspiciuntur sepulturæ familiarum illustrium de Pienzenau & Hundt. Sacristia tenet paramenta decentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus ecclesiæ hujus sunt sub administratione Parochi & Domini hoffmarchialis in Wildenholzen, qui est Dominus Baro de Pienzenau. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes beſtehet dermahlen gegen 1150 fl.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Alxing.

5. Ecclesia hæc satis capax & in altiori loco sita, tria habet altaria***): Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ Virginis & altare s. Joann. Evangelistæ.

Divina hic ordinarie fieri solent in Dominicis, nempe duabus succesive & tertia semper in ecclesia parochiali. Item divina hic fiunt in festis Apostolorum, excepto festo ss. Petri & Pauli. Dedicatio cum festo patrocinii s. Michaelis coincidit. Item diebus Veneris hic dicitur missa hebdomadalis. Anno 1727 modernus Parochus R. D. Franc. Xav. Ertel & alii benefactores, collatis tam pecuniis quam fundis, pactum seu confœderationem confratrum sub titulo s. Michaelis Archangeli in hac ecclesia instituerunt et confirmationem episcopalem obtinuerunt †). — Baptisterium hic quidem adest, sed non solet hic baptizari. Cœmeterium adest cum

---

*) IV. 421. **) IV. 422. ***) IV. 423. †) IV. 424.

ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes bezeigt ſich diſer Zeit ÿber 1100 fl.

Ecclesia filialis s. Pancratii in Perghoffen.

6. Ecclesia hæc renovata altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Pancratii martyris, et altare s. Annæ.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ*) incidit in Dominicam post festum s. Ægidii, et in festo s. Pancratii martyris tanquam patroni (die 12 Maji). Item hic dicitur missa hebdomadalis die ad libitum Parochi. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 950 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Martini in Eittling.

7. Ecclesia hæc antiqui operis cum lignea turri, in colle sita et reparatione indiga, aram unam habet, in honorem ss. Martini, Corbiniani, Nicolai & Udalrici Episcoporum consecratam**). — Divina hic fiunt in Dominica Lætare, ubi incidit dedicatio, et in festo s. Martini Episcopi. Feria quarta rogationum hæc ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium adest nullum nec sacristia. Paramenta solum adsunt summe necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Administrat proventus ecclesiæ Parochus et Dominus hoffmarchialis in Wildenholzen. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 120 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Castuli in Puedenhoffen.

8. Ecclesia hæc, angustæ & veteris structuræ, aram habet unam, in honorem s. Castuli martyris consecratam. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam Quinquagesimæ***), et in festo s. Castuli martyris (die 26 Martii). — Cœmeterium non adest nec sacristia. Paramenta adsunt non alia nisi summe necessaria. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ etiam sunt sub cura Parochi & Domini hoffmarchiæ Wildenholzen. Das Vermögen diſes Gottshauſes betrifft dermalen 520 fl.

Ecclesia filialis s. Georgii in Tachlaching.

9. Ecclesia hæc, vilis & ruinosæ structuræ, aram habet unam, in honorem s. Georgii martyris consecratam. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ coincidit cum festo patrocinii s. Georgii martyris.

---

*) IV. 425. **) IV. 426. ***) IV. 427.

In festo s. Marci ista ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium non adest nec etiam[*]) sacristia. Paramenta adsunt pro summa necessitate. In turri lignea habentur duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus electoralis in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit bis 450 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Joann. Bapt. in Pruckberg vulgo Pauhoffen.

10. Hæc ecclesia, vilioris & exiguæ structuræ, altare habet unum, in honorem s. Joannis Baptistæ consecratum. — Divina hic fiunt a Parocho in dedicatione, quæ celebratur Dominica infra octavam Ascensionis et in festo patrocinii s. Joann. Baptistæ. Item Beneficiatus in Wildenholzen[**]) a die prædictæ dedicationis usque ad festum s. Andreæ Apostoli hebdomadatim in hac ecclesia celebrat duas missas beneficiales. — Ecclesia quidem area circumdata est, cœmeterium tamen adest nullum nec sacristia. Paramenta asservantur in arce Wildenholzen. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Dominus hoffmarchiæ Wildenholzen. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt ſchlecht und wirdet diſer Zeit kaum 10 fl. ÿberſteigen.

Capella filialis s. Andreæ in castro Wildenholzen.

11. Hæc capella, in castro Wildenholzen sita, habet altare unum, in honorem divi Andreæ Apostoli consecratum[***]). — Divina hic fiunt a Parocho in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Joann. Bapt. et in festo patrocinii s. Andreæ, et postridie fit missa de Requiem.

In hac capella fundatum est ab illustri familia de Pienzenau **Beneficium**, de quo tamen instrumentum fundationis non extat in actis ecclesiasticis. Beneficiati redditus 100 florenos vix conficient, pro quibus solet celebrare duas missas hebdomadales, et quidem æstivo tempore (a Dominica infra octavam Ascensionis usque ad festum s. Andreæ) eas celebrat in Pruckhberg seu Pauhoffen, et tempore hyemali (a festo s. Andreæ usque ad Dominicam prædictam) eas legit in hac capella. Jus præsentandi est penes Dominum fideicommissarium castri Wildenholzen. Modernus Beneficiatus est R. D. Joann. Mich. Stainberger, ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus 3 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.

Sacristia hic adest cum decentibus[†]) paramentis. In turri etiam adsunt duæ campanæ benedictæ. Capella conservatur a Domino castri.

---

*) IV. 428. **) IV. 429. ***) IV. 430. †) IV. 431.

§. 265.

Parochia B^mæ Virginis in Schönau*).

1. Hanc Parochiam ao. 1425 Nicodemus Episcopus Frisingensis cum consensu capituli cathedralis cum omnibus juribus & redditibus univit monasterio ord. Canonicorum regularium s. Augustini in Beyharting, salvis tamen cæteroquin juribus episcopalibus. Successive etiam indulsit Martinus Papa V, ut eadem Parochia per unum ex Canonicis regularibus dicti monasterii vel alium sacerdotem sæcularem, ad libitum Præpositi & conventus ponendum & amovendum, regi possit. Hodie ex concessione episcopali potest Præpositus supradicti monasterii ad dies sui regiminis denominare pro Vicario parochiali in Schœnau unum ex suis conventualibus, alias jam in diœcesi Frisingensi pro cura approbatum vel admittendum. Item debet noviter electus Præpositus præter jura cancellariæ ratione hujus Parochiæ solvere loco primorum fructuum**) 15 florenos. Vid. acta hanc Parochiam concernentia. — Modernus Vicarius est R. D. Ignatius Winkler, Can. regularis in monasterio Beyharting professus, qui secum habet Cooperatorem Canonicum regularem ibidem professum.

2. Proventus hujus Parochiæ, quæ consistunt in manso, decimis & stola, cedunt omnes monasterio Beyharting, relicta congrua Vicario & Cooperatori exposito. De redditibus parochialibus alias in veteri matricula sic legitur: *Item in fixis redditibus et institutione 8 flor. et 13 dl. In missis hebdomadalibus pro se 2 flor. et pro Cooperatore 2 flor. Item omnes majores decimas frumentorum tollit Præpositus dicti monasterii Beiharting. Confessionalia ad 3 flor., panes primitiales ad 6 flor.* Es ſeynt zwey Widengüettl vorhandten, aines zu Söhl und das andere zu Bil'rg. Item de hac Parochia solvi debet Widumb-Steur, (uti notant acta visitalia de ao. 1707) 15 fl., Jäger-Gelt***) 2 fl. 17 kr., ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 15 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis est bonæ structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 871 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Schœnau habet alias decem eccle-

---

*) IV. 433. — Vgl. §§. 395. 649. 694, und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung S. 302 u. 303. — In neueſter Zeit iſt Schönau von dem Ruralcapitel Steinhering getrennt und dem Decanate Aibling zugetheilt worden. Hiſtoriſche Notizen über dieſe Pfarrey, von Ferd. Damberger geſammelt, liegen handſchriftlich vor. D.

) IV. 434. *) IV. 435.

sias filiales, nempe in Hochenthan, Berganger, Söhl, Biberg, Thall, Sindlhausen, Waiderskirchen, Rohrstorff, Mailling & Innerthan.

4. Ecclesia parochialis inter rurales est valde ornatæ & pulchrioris structuræ. Habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem B^{mæ} Virginis, in quo asservatur Sanctissimum*), altare s. Michaelis & altare ss. septem Refugiorum.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis & festivis, exceptis Dominicis, in quibus celebrantur dedicationes in ecclesiis filialibus. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum assumptionis B. M. Virg. Item hic dicitur et ad intentionem fundatorum applicatur missa hebdomadalis die ad libitum, et hæc missa forte originem suam habet ex fundatione Seifridi Hegner olim Parochi in Schœnau de ao. 1395, de qua fundatione extat copia in actis ecclesiasticis, vi cujus deberent celebrari in hac ecclesia quinque missæ hebdomadales, pro quibus certo modo assignavit tria prædia, nempe in Schutwirſſelthan, Unterſperg und das Meſſenhaus zu Schönau. Item acta visitalia de 1707 annotant 4 missas angariales pro parochianis applicandas. Annotatur in actis visitalibus pactum pro fidelibus**) defunctis hic introductum. In der Kirchen-Rechnung iſt eine Aller-Seelen-Bruderſchaft angezeigt, welche 262 fl. 38 kr. 1 hl. im Vermögen hat, aber doch nit förmblich introduciret iſt.

Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia. In turri sunt campanæ 4 benedictæ. — Curam proventuum hujus ecclesiæ agit Parochus & Præfectus electoralis in Schwaben. Das Vermögen diſes Pfarrgottshauſes hat ſich letzthin auf 1346 fl. 26 kr. 3 hl. herausgeworffen.

Ecclesia filialis s. Joannis Evang. in Hochenthan.

5. Ecclesia hæc amplæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis***) Evangelistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^{mæ} Virginis et altare ss. Sebastiani et Sylvestri.

Divina hic ordinarie peraguntur in Dominicis alternando cum ecclesia filiali Berganger. Item in feria tertia Paschatis & Pentecostes et in festo s. Andreæ. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Jacobi, patrocinium vero ad festum s. Joannis Evangelistæ. Item hic dicitur missa hebdomadalis ad libitum. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia tenet decentia paramenta. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Vicarius parochialis & electora-

*) IV. 436. **) IV. 437. ***) IV. 438.

lis Præfectus in Schwaben administrant proventus hujus ecclesiæ. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat letzthin*) 1727 fl. 51 kr. 1 hl. betroffen. In denen Kirchen-Rechnungen wirdet auch eine Allerſeelen-Bruderſchaft angezeigt, welche gegen 100 fl. im Vermögen hat, jedoch in diſem Gottshaus nit introduciret iſt.

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis in Berganger.

6. Ecclesia hæc inter rurales est melioris structuræ. Habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. trium Regum & altare s. Corbiniani.

Divina hic ordinarie peraguntur in Dominicis alternando cum ecclesia in Hochenthan. Item in festis B^mæ^ Virginis, exceptis festis conceptionis & assumptionis. Item in festis Apostolorum, excepto festo s. Andreæ. Item in festis omnium Sanctorum**) et in commemoratione fidelium defunctorum et in festis ss. Udalrici, Corbiniani & Barbaræ. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis. Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia decenter instructa est paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Proventuum hujus ecclesiæ administratio eadem est, quæ in Hochenthan. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich letztlich in 1154 fl. 29 kr. 4 hl. bezeiget. Iſt auch eine Armen-Seelen-Bruderſchaft diß Orts in der Kirchen-Rechnung angezeiget, welche aber nit ordentlich introduciret iſt, jedoch 112 fl. 42 kr. 5 hl. im Vermögen hat.

Ecclesia filialis s. Crucis in Sœhl.

7. Ecclesia hæc modica altare habet unum***), s. Cruci dedicatum. Divina hic fiunt in festo inventionis s. Crucis, ubi etiam dedicatio hujus ecclesiæ concurrit. Item in festo exaltationis s. Crucis et in festo s. Martini. Item hic celebratur missa hebdomadalis die ad libitum. — Cœmeterium nullum adest nec sacristia. Paramenta adsunt necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich letzthin auf 555 fl. 10 kr. bezeiget.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Biberg.

8. Ecclesia hæc modicæ, sed honestæ structuræ altaria habet†) tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Udalrici Episcopi, altare ss. Joann. et Pauli et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum ss. Simonis & Judæ. Item in festo patrocinii s. Udalrici

---

*) IV. 439. **) IV. 440. ***) IV. 441. †) IV. 442.

Episcopi, et in festis ss. Joannis & Pauli ac Leonardi Abbatis. — Cœmeterium & sacristia non adsunt; paramenta habentur solum necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum est penes Vicarium parochialem & Præfectum electoralem in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 147 fl. 49 kr. 2 hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Georgii in Thall).*

9. Ecclesia hæc angusta & in quadrum ædificata aram habet unam, in honorem s. Georgii martyris consecratam. — Divina hic peragi solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Aegidii, et in festo patrocinii s. Georgii. Item in festo s. Nicolai Episcopi, et in feria quinta infra octavam Paschatis et in die proxima post festum ss. Innocentium martyrum. — Cœmeterium non adest neque sacristia. Paramenta asservantur pro sola necessitate. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis & Præfectus electoralis in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung nur 40 fl. 23 kr. betroffen.

*Ecclesia filialis s. Margaritæ in Sindlhausen**).*

10. Ecclesia hæc parva reparata altare habet unum, in honorem s. Margaritæ virginis martyris dedicatum. — Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Galli. Item in festo patrocinii s. Margaritæ. Item post dedicationem solent hic dici duæ missæ. — Cœmeterium & sacristia non adsunt. Paramenta habentur hic pro sola necessitate. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Curat proventus hujus ecclesiæ Vicarius parochialis & Præfectus electoralis in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich letzthin auf 176 fl. 43 kr. erſtreckhet.

*Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Waiderskirchen***).*

11. Ecclesia hæc inter rurales melioris est structuræ. In eo sunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, in quo subinde per annum asservatur Sanctissimum, altare Bmæ Virginis dolorosæ & altare s. Annæ.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit post festum s. Bartholomæi, item in festis conceptionis & assumptionis Bmæ Virginis, item feria secunda Paschatis & Pentecostes & in nocte Nativitatis Domini. Item in festis s. Annæ, Stephani, nec non in diebus quatuor sabbatinis quatuor temporum. — Cœmeterium proprium non adest, area enim circa ecclesiam non servit pro sepulturis. Sacri-

*) IV. 443. **) IV. 444. ***) IV. 445.

stia provisa est*) paramentis competentibus. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis & electoralis Præfecti in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt in letzter Rechnung auf 2592 fl. 51 kr. $2\frac{1}{2}$ hl. erfunden worden.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Rohrstorff.

12. Ecclesia hæc exiguæ structuræ habet aram unicam, in honorem s. Jacobi majoris Apostoli consecratam. — Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum nativitatis B. M. V., et in festo patrocinii s. Jacobi majoris Apostoli. Item in festo Nativitatis Domini & ss. Innocentium martyrum. Feria tertia rogationum hæc ecclesia visitatur processione**). — Cœmeterium proprium non adest nec sacristia. Paramenta adsunt necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Vicario parochiali & Præfecto electorali in Schwaben. Das ganze Vermögen diſes Gottshauſes iſt vermög letzter Rechnung in 98 fl. 15 kr. 3 hl. beſtanden.

Ecclesia filialis s. Callisti in Mailling.

13. Ecclesia parvæ sed commodæ structuræ habet aram unam, in honorem s. Callisti Pontificis martyris dedicatam. — Divina hic celebrantur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam II. Oct., et in festo patrocinii s. Callisti Pontificis martyris (die 14 Oct.) et in festo s. Andreæ. Item feria quarta rogationum huc fit processio***). Cœmeterium & sacristia non adsunt. Paramenta habentur necessaria. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem cumulativa cura, sub qua sunt redditus aliarum ecclesiarum hujus Parochiæ. Das Vermögen diſes Gottshauſes beſtehet vermög letzter Rechnung in mehrern nit, als in 10 fl. 40 kr. 1 hl.

Ecclesia filialis s. Dionysii in Innernthan.

14. Ecclesia parva honestæ structuræ habet aram unam, in honorem ss. Dionysii & sociorum martyrum dedicatam. — Divina fiunt in dedicatione, quæ incidit ad Dominicam Rosarii, et in festo patrocinii s. Dionysii. Item hic dicitur missa hebdomadalis. — Cœmeterium non adest. Sacristia provisa est paramentis necessariis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ †). — Proventuum hujus ecclesiæ curam gerit Dominus Præpositus in Beyharting, qui hanc ecclesiam conservat.

---

*) IV. 446. **) IV. 447. ***) IV. 448.

†) IV. 449. — Die Seiten 450 — 464 ſind in der Reinſchrift der Schmidtiſchen Matrikel leer gelaſſen. D.

Notandum, hanc ecclesiam in actis visitalibus de ao. 1707 adscribi Parochiæ Duntenhausen, sicut & in volumine tertio hujus matriculæ ad eandem Parochiam fol. 136 (§. 175. n. 7.) annexa conspicitur, sed juxta matriculam veterem pertinet ad Parochiam Schœnau.

XI.

DECANATUS RURALIS

HIRTELBACENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

S. THOMAE APOSTOLI.

Parochiæ

Decanatus ruralis Hirtelbacensis *).

	Pag.	§.
1. Altomünster	497.	269.
2. Aspach	503.	270.
2. Bischlstorff	515.	272.
2. Gerolspach	509.	271.
2. Haunstætten	519.	273.
2. Herschenhausen	529.	275.
2. Hettenzhausen	525.	274.
1. Hirtlbach	465.	266.
2. Jetzendorf	533.	276.
2. Ilmmünster	543.	277.
1. Indersdorff	557.	279.
1. Klain - Perkhoffen	595.	284.
2. Lampertshausen	571.	280.
1. Niederroth	591.	283.
2. Obermarbach, Vicar.	579.	281.
2. Petershausen	599.	285.
2. Paunzhausen	627.	289.
2. Reichertshausen, Vicar.	583.	282.
2. Scheurn	603.	286.
1. Sielenbach	473.	267.
1. Sittenbach	607.	287.
2. Thann, Vicar.	553.	278.
2. Voernbach	619.	288.
1. Weichs	483.	268.
1. Westerholzhausen	633.	290.
1. Wollenmoss	637.	291.

*) Dieſes an die Diöceſe Augsburg angrenzende große Decanat iſt i. J. 1835 in zwey Decanate: 1. Sittenbach und 2. Scheyern abgetheilt worden. Die hierbey vorgenommene Vertheilung der Pfarreyen wurde in gegenwärtiger Ueberſicht mit den Ziffern 1 u. 2 angedeutet. D.

§. 266.

Parochia s. Valentini in Hirtelbach *).

1. In margine veteris matriculæ notatum reperitur, qualiter ao. 1538 Leonardus ab Eck in Eisenhofen a Clemente Papa VII pro se, hæredibus et successoribus Eisenhoven obtinentibus jus patronatus ad hanc Parochiam impetraverit, consensu Episcopi Frisingensis Philippi et capituli cathedralis subsequente. Item in libro investiturarum sub dato 28. Febr. 1608 habetur, Joannem et Bonaventuram Furtenbachios, tunc Eisenhovii possessores, idem jus patronatus exercuisse. Postquam autem ao. 1622 Vitus Adamus Episcopus Frisingensis castrum Eisenhovianum cum pertinentiis emptione ad Episcopatum Frisingensem comparavit, Episcopo Frisingensi defacto competit jus liberæ collationis hujus Parochiæ in omni mense **).— Modernus Parochus est R. D. Casparus Messerer, ao. 1719 investitus ***). Est hujus capituli ruralis Decanus. Dat pro primis fructibus 50 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, stola et decimis integris in tota Parochia, exceptis tribus agris, ad ecclesiam Petersberg pertinentibus, und in der ſogenannten Reither, ex quibus nullæ solvuntur decimæ. In veteri matricula de redditibus hujus Parochiæ scriptum est: *Item in fixis redditibus ex institutione 9 flor. Item ex missis hebdomadalibus 4 flor. Confessionalia et stolam æstimat ad 2 ℔ dl.* Adsunt etiam drey Widengüettl; aines zu Hirtelbach, das Möſner-Güettl, das andere zu Eiſenhoffen, das dritte zu Hörgenbach. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis facile transcendent 1000 florenos. Econtra Parochus tenetur solvere ad castrum Eiſenhoffen 5 fl. Scharwerkh-Gelt ſambt jährlichen zweyen Scharwerkh-Fuehren, item cathedraticum 12 kr., ad fabricam

*) IV. 465. — Vgl. §§. 386. 483. 683, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 276) und Buchingers hiſtoriſche Nachrichten über das Landgericht Dachau (im oberbayer. Archive VI. 268 — 272 u. VII. 108). D.

**) Das Beſetzungsrecht wird jetzt, weil es bis zum Jahre 1622 an dem Gutsbeſitze haftete, als landesherrlich in Anſpruch genommen und dem Diöceſanbiſchofe iſt nur die Befugniß eingeräumt, drey Bewerber in Vorſchlag zu bringen. (Vgl. §. 7 im erſten Bande, Seite 33). D.

***) IV. 466.

ecclesiæ cathedr. frising. 15 kr. 1 dl. 1 hl. et ad seminarium*) episcopale 4 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis non patiuntur defectum.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 370 fuerunt reperti.

3. Ecclesia parochialis in Hirtelbach habet unam ecclesiam filialem in Grossen-Eisenhoffen et capellam in arce Eisenhoffen.

4. Ecclesia parochialis, novæ et elegantis structuræ, habet altaria tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Valentini Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce et de ss. Valentino, Emmeramo, Marino et Aniano. — *Altare s. Annæ*, in quo colitur particula de ossibus ss. Joachimi et Annæ. Altare feriis tertiis est privilegiatum propter confraternitatem s. Annæ, de qua mox infra dicetur**). — *Altare ss. Catharinæ, Ottiliæ et Elisabethæ.*

Divina hic fiunt in omnibus diebus dominicis alternative cum ecclesia filiali Grossen-Eisenhoffen. Festa alia per annum celebrantur in hac ecclesia parochiali, exceptis festis B^mæ Virginis, quæ pariter celebrantur in Eisenhoffen; festum tamen purificationis celebratur in ecclesia hac parochiali, cujus dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Galli, patrocinium vero ad festum s. Valentini Episcopi. In hac etiam parochiali ecclesia authoritate ordinaria introducta, a Wolfgango Paast, Parocho in Rumelzhausen, dotata fuit *confraternitas* s. Annæ, quæ regitur a solo Parocho. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum sepulturis et ossuario. Sacristia provisa***) est paramentis competentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Præfectus hoffmarchiæ Eisenhoffen. Das Vermögen iſt wegen Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Albani in Grossen-Eisenhoffen.

5. Ecclesia hæc inter rurales communis structuræ est cum tribus altaribus: Altari majori, dedicato in honorem s. Albani martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altari B^mæ Virginis immaculatæ et altari s. Crucis.

Divina in hac ecclesia peraguntur†), sicut supra ad ecclesiam parochialem notatum est. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Augustini, patrocinium vero in festo s. Albani martyris (die 21. Junii). — Cœmeterium hic habetur cum sepulturis et ossuario. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem cura, sub qua sunt redditus ecclesiæ parochialis in Hirtelbach.

---

*) IV. 467. **) IV. 468. ***) IV. 469. †) IV. 470.

Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt nit wüßlich, weillen keine Rechnungs-Extract vorhanden.

Capella filialis B^mæ^ Virginis in arce Eisenhoffen).*

6. Capella hæc in arce Eisenhoffen, a Joanne Francisco Episcopo Frisingensi**) belle renovata, habet unum altare, in honorem B^mæ^ Virginis in cœlos assumptæ dedicatum. Divina in hac capella fiunt in dedicatione, quæ incidit ad Dominicam Rosarii, et in festo patrocinii, festo nempe assumptionis B. M. Virginis. Item ex fundatione altefati Joannis Francisci Episcopi in hac capella legendæ sunt circiter novem missæ annuæ, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1705. Adest sacristia propriis instructa paramentis.

---

§. 267.

Parochia s. Petri in Siellenbach***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Joannes Baptista Grass, ao. 1716 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos. Est hujus capituli ruralis Camerarius.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de illis legitur: *Item in fixis redditibus ad 12 flor. Item omnes decimas frumentorum æstimat communibus annis ad 40 flor. Item minores decimæ ante tres annos valoris fuerunt 6 flor., nunc nullæ dantur. Item ex confessionalibus habet ad 3 flor.* Parochus recipit medietatem decimarum in pago Siellenbach, in villis autem separatis colligit integras decimas. Condecimat monasterium †) Altomünster. Integri proventus censentur ascendere ad mille florenos. In veteri matricula legitur: *Item Vogtei ad arcem Stunzberg 10 ß dl.* Parochus solvit Widumbſteur 4 fl., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fa-

---

*) Im Jahre 1104 wurden die Benedictinermönche v. Fiſchbachau nach Eiſenhofen (auf den Petersberg bey Eiſenhofen?) überſetzt, von wo aus ſie neun Jahre ſpäter (1113) das neuerrichtete Kloſter Scheyern bezogen. Vgl. I. Bd. S. 193. und oben §. 251. S. 310. D.

**) IV. 471.

***) IV. 473. — Vgl. §§. 395. 490. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 284 u. 285). D.

†) IV. 474.

bricam ecclesiæ cathedr. 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus parochialis cum pertinentiis magnos defectus non patitur.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 518 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Siellenbach habet unam ecclesiam filialem, nempe in Pfaffenhoffen et capellam s. Martini. Adest etiam in hac Parochia ecclesia B^mæ^ Virginis, bey dem Biernbaumb nuncupata.

4. Ecclesia parochialis pulchre ornata altaria habet tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Petri Principis*) Apostolorum. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce.

Altare B^mæ^ Virginis.

Altare Christi patientis. Ad hoc altare extat Beneficium, olim a Dominis de Stunzberg in ara s. Sebastiani fundatum, de quo litteræ fundationis non reperiuntur. In veteri matricula de hoc Beneficio legitur: *Item habet Beneficium, ad altare s. Sebastiani in dicta ecclesia Silabach fundatum, quæ nunc ex mandato Nobilium de Stunzberg ibidem in arce et ejus capella tenetur. Habet eadem missa in annuis redditibus ad 32 florenos. Ejus modernus possessor est Dominus Udalricus Clostermayr, de præsentatione Nobilium de Stunzberg.* Hodie hoc Beneficio gaudet Parochus in Siellenbach et in hoc altari pro intentione fundatorum celebrat missam hebdomadalem et propterea a Commendatore ordinis teutonici in Plumenthall, ad cujus commendam hoffmarchia emptione comparata fuit, recipit annuos 32 florenos**).

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis et festivis. Dedicatio celebratur Dominica post quatuor tempora Septembris, patrocinium vero in festo ss. Petri et Pauli. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium quoque cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Cæteroquin in hac ecclesia sunt sepulturæ Nobilium de Stunzberg et Weix. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho et Commendatore ordinis teutonici in Plumenthall, qui non solet exhibere extractus ratiociniorum hujus ecclesiæ.

Capella filialis s. Martini.

5. Hæc capella, ad ingressum pagi Siellenbach sita et bene reparata, altare habet***) unum, in honorem s. Martini Episcopi dedicatum. — Divina hic solummodo fieri solent in festo patrocinii s. Martini Episcopi et in festo ss. Innocentium martyrum. Dedi-

---

*) IV. 475. **) IV. 476. ***) IV. 477.

catio non celebratur. — Cœmeterium et propria sacristia non adsunt. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Administratio proventuum hujus capellæ eadem est, quæ ecclesiae parochialis.

Ecclesia filialis s. Laurentii in Pfaffenhoffen.

6. Ecclesia hæc ruinosæ structuræ habet aram unam, in honorem s. Laurentii dedicatam. — Divina fiunt in hac ecclesia in festo s. Laurentii, in quo etiam dedicatio concurrit, item in festo Nativitatis Domini ad auroram*). — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis, non tamen propria sacristia. Paramenta habentur hic pauca. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Præfectus electoralis in Aichach. Das Vermögen dieſes Gotteshauſes iſt nicht kundtbahr aus Abgang der Rechnungs-Extracten.

Ecclesia Bmæ Virginis, bey dem Biernbaumb nuncupata.

7. Ecclesia valde magnifica, ao. 1661 ab illustrissimo Domino Philippo Jacobo Barone de Kaltenthall, ordinis teutonici Equite et Commendatore in Plumenthall, exstructa. Altaria adsunt quinque: *Altare majus* est dedicatum in honorem Bmæ**) Virginis dolorosæ, cujus statua, in pyro residens et in hac ara publicæ venerationi exposita, miraculis et plurimis beneficiis claret. In eodem altari asservatur Sanctissimum.

Altaria Jesu, Mariæ, Joseph; s. Barbaræ virginis martyris; Christi crucifixi et s. Georgii martyris.

Divina hic fiunt a Beneficiato ejusque socio Capellano quotidie in hac ecclesia, et præsertim in diebus festivis Bmæ Virginis et diebus sabbatinis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Galli. Beneficiatus solet Episcopo præsentari a Commendatore ordinis teutonici in Plumenthall pro admissione ad curam***), sicut etiam ipsius socius, alter Capellanus curatus, qui ambo resident in ædibus ecclesiæ contiguis pro cura et commodo peregrinorum, huc sæpius in magna copia adventantium. Recipit Beneficiatus a supradicto Commendatore præter certam quantitatem frumenti et cerevisiæ 150 florenos, uti notant acta visitalia de ao. 1709, et juxta eadem acta tenetur annuatim celebrare missam pro supremo ordinis teutonici Magistro et unam pro teutonico ordine. Reliqua sacra potest sibi vel aliis petentibus applicare. Modernus Beneficiatus est R. D. Paulus Alipius Markel, ao. 1694 admissus. Alter Capellanus Beneficiati est R. D. Vitus Schœnauer, ao. 1737 ad curam admissus. — Cœmeterium non habet hæc ecclesia, sacristiam vero paramentis bene instructam, et in turri sunt tres campanæ bene-

*) IV. 478. **) IV. 479. ***) IV. 480.

dictæ *). — Cæteroquin quæ circa visitationem, administrationem et alia hanc ecclesiam attingentia observanda sunt, videantur in particulari recessu seu transactione, inter Serenissimum magnum ordinis teutonici Magistrum Franciscum Ludovicum et Joannem Franciscum Episcopum Frisingensem sub dato 19. Novemb. 1708 inita **).

---

§. 268.

Parochia s. Martini in Weichs ***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Joann. Wolfg. Aymold, ss. theol. Cand., Protonotarius Apostolicus, ao. 1727 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos. Est in hoc capitulo rurali testis synodalis.

2. Redditus hujus Parochiæ proveniunt ex manso, stola et decimis majoribus. In veteri matricula de his legitur: *Item ex prædiis dotalibus et eorum institutione 1 flor. Item ex omnibus decimis aratrum contingentibus 90 fl. habuit currenti, salvis decimis in Weichs per ipsum deponentem collectis, quas æstimat ad 40 flor., minores vero decimas æstimat ad 3 flor., confessionalia ad 20 β dl.* Integri proventus hujus Parochiæ †) creduntur melioribus annis 1000 florenos transcendere. Econtra in certis agris pagi Weichs condecimat loci Beneficiatus seu Primissarius. In Erlhausen condecimat conjunctive quoad tertiam partem monasterium Undense cum Domino partiario in Weichs. In Akherstorff condecimat capitulum cathedr. Frising. quoad duas partes. In Edenholzhausen condecimat

---

*) IV. 481.

) Cf. Kham Hierarchia Augustana, auctuarium partis primæ (p. 123 — 125). — Jetzt befindet ſich in Maria-Birnbaum nur noch **ein Prieſter, als Curat- und Schul-Beneficiat, deſſen Bezüge und Obliegenheiten auf einer ganz neuen, durch die Bemühungen des Pfarrers Fr. Xav. Lutz zu Stande gekommenen, am 7. Nov. 1834 oberhirtlich confirmirten Stiftung beruhen. Die dort früher beſtandenen, nicht eigens dotirten Caplaneyſtellen ſind mit dem deutſchen Orden erloſchen. D.

***) IV. 483. — Vgl. §§. 399. 480. 683, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 286 u. 287), v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkr. (III. 392 u. 393) und das oberbayer. Archiv (VII. 137 — 140). D.

†) IV. 484.

Baro de Stromern ratione hoffmarchiæ Weichs. In Frankhing apud 4 colonos tertiam partem decimarum colligit Beneficiatus in Jezendorf, qui etiam condecimat in Hapertshausen, Hammerstorff et Aufhausen quoad tertiam partem et in Eden-Pfaffenhoffen apud duos colonos quoad duas partes. In Eberspach condecimat ecclesia filialis in Aufhausen quoad tertiam partem, reliquæ decimæ ad Parochiam Vierkirchen pertinent. Item tenetur Parochus alere Cooperatorem et juxta veterem matriculam sequentia onera præstare: *Item ex filiali Ackherstorff solvit capitulo ecclesiæ Frisingensis pro*) incorporatione 4 ℔ dl. Item Vogtey Nobilibus de Weichs drey Münchner fert, 1 ℔ piperis, agnum paschalem et 100 ovorum. Item 60 dl. Pfeifferlohn.* Ratione piperis Parochus vi sententiæ interlocutoriæ de dato 14. Octob. 1686 ab hoc onere fuit absolutus, etiamsi de hac obligatione etiamnum lis fuerit resuscitata. Widumb-Steur et Jägergelt non præstat Parochus; ad seminarium autem episcopale solvit Parochus 4 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus parochialis noviter ædificata cum habitatione Cooperatoris et aliis pertinentiis defectus non patitur.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 600 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Weichs habet alias quinque ecclesias filiales, nempe in Egels-Riedt, Eden-Holzhausen, Ackherstorff, Eberspach et Aufhausen.

4. Ecclesia parochialis, reparatæ et**) elegantioris formæ, habet altaria quatuor: *Altare majus* est consecratum in honorem s. Martini Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum. — *Altare ss. Trinitatis et s. Joann. Baptistæ* est privilegiatum diebus Lunæ pro confraternitate ss. Trinitatis, hic authoritate ordinaria ex variis fidelium oblationibus introducta, quam regit Parochus et administrant ecclesiæ vitrici. — *Altare s. Sebastiani martyris* et *altare Bmæ Virginis.*

Ao. 1490 Wolfgangus de Weichs, ecclesiæ cathedr. Frisingensis Canonicus, ad aram Bmæ Virginis fundavit Beneficium missæ quotidianæ, die una per hebdomadem excepta. Dedit pro fundo quatuor prædia, unum in Giesenbach***) alterum in Norbach, tertium et quartum in Puech, Allertshauser-Pfarr. Item ad eandem missam Engelhardus et Andreas de Weichs contulerunt decimas ex aliquo prædio. Item Oswaldus de Weichs dedit pratum. Item prædicti tres Domini de Weichs contulerunt eine Hofſtatt, nempe pro habitatione Beneficiati. Integri proventus hujus Beneficii conficient circiter 200 florenos. Jus patronatus ad hoc Beneficium fuit

*) IV. 485. **) IV. 486. ***) IV. 487.

reservatum seniori masculorum descendentium ex supradictis Dominis Engelhardo, Oswaldo et Andrea de Weichs; his vero extinctis jus patronatus et præsentandi Capellanum, qui actu resideat, transit vi hujus fundationis ad seniorem ex familia de Weichs; familia vero extincta succedit der negſte Freundt. Modernus Beneficiatus ad præsentationem senioris familiæ fideicommissarii in Weichs est R. D. Joannes Bapt. Empel, ao. 1724 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos et ad episcopale seminarium 1 flor.*).

Divina in hac ecclesia parochiali fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis et festivis. Dedicatio solet celebrari post nundinas Inderstorffenses, et quidem in die octava, si istæ celebrantur in Dominica post festum s. Udalrici. Patrocinium vero celebratur in festo s. Martini Episcopi. Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia decentibus instructa est paramentis. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Item in hoc pago adest *hospitale*, fundatum ab illustri familia Dominorum de Weichs, in quo ferme semper 10 vel 12 pauperes aluntur et, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1705, ad quotidianas preces in ecclesia hac parochiali persolvendas tenentur. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Dominum hoffmarchialem loci, qui defacto est Dominus Baro de Stromern. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung gegen 2100 fl. gezeigt.

*Ecclesia filialis s. Catharinæ in Egelsriedt***)*.

5. Ecclesia recentioris structuræ habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Catharinæ virginis martyris, altare s. Annæ et altare s. Barbaræ virginis martyris.

Res divina hic solet peragi in Dominicis alternando cum ecclesia filiali Aufhausen, dedicatio in octava s. Jacobi Apostoli; patrocinium vero in festo s. Catharinæ celebratur. Item hic divina fiunt in festis Paschatis, Ascensionis et Pentecostes ac Nativitatis Domini, nec non in festis B^mæ Virginis et in festo s. Sebastiani martyris. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta***) necessaria et in turri sunt campanæ benedictæ duæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et electoralis Præfectus in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt bey letzter Rechnung in 359 fl. 20 kr. beſtandten.

Ecclesia filialis s. Georgii in Edenholzhausen.

6. Ecclesia hæc communis structuræ habet quidem præter aram majorem, in honorem s. Georgii martyris dedicatam, alia duo altaria, quæ tamen non sunt apta ad sacrificium missæ. Divina hic

---

*) IV. 488. **) IV. 489. ***) IV. 490.

peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Matthæi, et in festo s. Georgii tanquam patroni. Item in festis inventionis et exaltationis s. Crucis. Item hic diebus Veneris dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione*). — Cœmeterium non adest, nec propria sacristia, paramenta tamen necessaria asservantur. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ eadem est, quæ supra in Egelsriedt. Jn letzter Rechnung hat ſich das Vermögen diſes Gottshauſes auf 931 fl. 46 kr. entworffen.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Akherstorff, alias Gundackherstorff.

7. Ecclesia hæc communis structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Andreæ Apostoli**), altare s. Annæ et altare s. Margaritæ virginis martyris.

Divina hic peraguntur in festis s. Josephi, Joannis Bapt., Laurentii, Michaelis, translationis s. Corbiniani, Nicolai Episcopi, Innocentium martyrum et feria III. Paschatis. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum assumptionis B. M. V., patrocinium vero in festo s. Andreæ Apostoli. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Præfectus electoralis in Crandtsperg. Die letzte Rechnung hat diſes Gottshauſes Vermögen auf 1704 fl. 17 kr. 2 dl. gezeigt.

*Ecclesia filialis ss. Joannis et Pauli in Eberspach****).*

8. Ecclesia hæc communis structuræ est cum tribus altaribus, altari majori, dedicato in honorem ss. Joann. et Pauli martyrum, altari s. Christophori martyris et altari s. Sylvestri.

Divina hic peraguntur in festis Apostolorum et s. Georgii martyris. Dedicatio incidit in Dominica, quæ est in octava dedicationis in Edenholzhausen. Patrocinium celebratur in festo ss. Joannis et Pauli martyrum, in quo ista ecclesia processionibus visitatur. — Cœmeterium hic adest cum sepulturis et ossuario. Sacristia instructa est paramentis necessariis et turris campanis duabus benedictis†). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 1572 fl. 16 kr. 5 hl. entworffen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Aufhausen.

9. Ecclesia hæc novæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, altare B[mæ] Virginis et altare s. Marci Evangelistæ.

---

*) IV. 491. **) IV. 492. ***) IV. 493. †) IV. 494.

Divina hic peragi solent in Dominicis alternando cum ecclesia filiali in Egelsriedt. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Jacobi Apostoli, patrocinium vero in festo s. Stephani protomartyris *). — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis, sacristia etiam cum necessariis paramentis & in turri duæ sunt campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus et Dominus hoffmarchiæ in Weichs, qui defacto est Dominus Baro de Stromern.

10. In arce Weichs existit *capella* diruta, necdum integre reædificata, nec consecrata.

---

§. 269.

Parochia s. Altonis in Altomünster **).

1. Hæc Parochia unita est monasterio s. Altonis in Altomünster et providetur per Vicarium parochialem, qui est ex Patribus ordinis ss. Salvatoris seu s. Brigittæ in dicto monasterio.

2. Circa proventus hujus Parochiæ, qui omnes cedunt monasterio Altomünster, notanda sunt sequentia, quæ reperiuntur in veteri matricula: *Item in confessionalibus habet ad 4 flor. Omnes decimas majores & minores, oblationes & redditus reliquos tollit et imbursat monasterium. Item ipse deponens pro laboribus ex monasterio habet tabulam cum potu & 10 flor.* Antiquitus & tempore veteris matriculæ curam animarum hujus Parochiæ gerebat Provisor sacerdos sæcularis, qui secum habebat Cooperatorem; ita enim legitur in citata matricula: *Item habet Cooperatorem, cui similiter datur tabula ex monasterio cum potu cerevisiæ, qui annuatim in obventionibus* ***) *habet ad 16 flor.*, et ipse Provisor et Cooperator habebant specialem domum habitationis in monasterio. Rursus notantur verba veteris matriculæ: *Item habet pariter in*

---

*) IV. 495.

**) IV. 497. — Vgl. §§. 73. 380. 489. 683 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung S. 273. — Altomünſter iſt jetzt eine organiſirte Pfarrey mit einem Pfarrer und 2 Cooperatoren. — Im Jahre 1823 hat die Bierbrauers-Wittwe Anna Maria Nißl zu Altomünſter den Grund zur Stiftung eines Beneficiums in der Pfarrkirche zu Altomünſter gelegt, welches im Jahre 1836 zu Stande kam und am 27. Febr. 1837 die oberhirtliche Beſtätigung erhielt. D.

***) IV. 498.

dicto monasterio Primissarium, ad nutum amovibilem ab oppidanis. Item olim habuit in dicto monasterio Capellanum, hebdomadarium nuncupatum; sed dicta missa nunc a Patribus in monasterio peragitur. Hodie nec de Primissario aut Capellano, nec de Cooperatore quidquam constat, sed curæ animarum hujus Parochiæ præest Vicarius regularis ex memorato monasterio.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1100 reperti sunt.

3. Ecclesiæ monasterialis, quæ simul parochialis est, in oppido Altomünster descriptio habetur in primo volumine fol. 573 (§. 73. Bd. I. S. 240. 241.) — Habet duas alias ecclesias filiales, nempe in Zeidlbach & Rupperskirchen*).

4. In ipsa monasteriali & parochiali ecclesia s. Altonis habetur baptisterium cum sacris oleis. Cœmeterium quoque ibidem est cum ossuario & sepulturis.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Zeidlbach.

5. Ecclesia hæc, ante aliquot annos reparata, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, altare s. Magdalenæ & altare s. Galli Abbatis.

Divina hic solent peragi ordinarie in secunda Dominica, item in festo s. Magdalenæ & s. Galli Abbatis. Item hic celebrari solet missa hebdomadalis, uti legitur in actis visitalibus de ao. 1705**). Dedicatio incidit in Dominicam tertiam post Pentecosten. — Cœmeterium seu area circumdans ecclesiam quidem adest, sed absque sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat et recipit Abbatissa in Altomünster et simul sarta tecta ecclesiæ conservat, aliaque necessaria subministrat.

Ecclesia filialis s. Joann. Bapt. in Rupperskirchen.

6. Ecclesia hæc exiguæ structuræ, in colle posita, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Bapt., altare ...... & altare ......, quorum neutrum est aptum ad sacrificium ***).

Divina hic fiunt in dedicatione .... in festo nativitatis et decollationis s. Joannis Bapt. & in festo ss. Innocentium martyrum. — Cœmeterium & sacristia non adsunt. Paramenta habentur hic pauca & pro necessitate. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Circa proventus hujus ecclesiæ ratio eadem est, quæ apud ecclesiam suprascriptam in Zeidlbach.

---

*) IV. 499. **) IV. 500. ***) IV. 501.

§. 270.

Parochia s. Petri in Aspach*).

1. Qualiter hæc Parochia unita sit monasterio Canonicorum regularium in Inderstorff, ita ut possit ea provideri per Vicarium regularem, constat ex concessione Pauli Papæ II de ao. 1464 et sententia executoriali Joannis IV Episcopi Frisingensis de ao. 1465, de quibus copiæ in actis reperiuntur. Debet autem Vicarius regularis, a Præposito Undensi ad hanc Parochiam exponendus, ab Episcopo ad curam animarum approbari & admitti. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Augustinus Michel, ss. theol. Doctor, in supradicto monasterio Professus, ao. 1698 admissus. Pro primis fructibus de hac Parochia semper solvere debet neoelectus Præpositus Undensis 30 florenos; jura autem cancellariæ solvuntur, quotiescunque fit mutatio Vicarii parochialis**).

2. De proventibus hujus Parochiæ legitur in veteri matricula: *Item decimas majores frumentorum æstimat ad 50, minores vero ad 4 flor., confessionalia & stolam ad 1 flor.* — Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur ascendere posse ultra 500 florenos. Econtra inter onera hujus Parochiæ in eadem matricula sequentia ponuntur: *Item solvit Domino Præposito in Inderstorf 14 flor. incorporationis; item venerabili capitulo ecclesiæ Frisingensis 8 Mittel Korn, 8 Haaber, 2 Waizen und 2 Gersten & 1 ℔. dl. Insuper tribus rusticis, qui hujusmodi ad Frisingam advehunt, cuilibet 8 kr.* Ad seminarium episcopale solvit Vicarius 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus parochialis partim lignea cum pertinentiis non patitur magnos defectus.

Communicantes in hac Parochia novissime 181 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Aspach habet***) unam ecclesiam filialem, nempe in Glon-Percha.

4. Ecclesia parochialis parva, cum choro tamen valde amœna, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Petri et Pauli Apostolorum, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Trinitatis & s. Margaritæ virg. mart. & altare s. Dionysii & Augustini.

Res divina hic ordinarie peragitur in duabus successive Dominicis & tertia in Glonpercha. Item in festo purificationis B^mæ^ Virg.

---

*) IV. 503. — Vgl. §§. 380. 482. 683, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 273. 274) und das oberbayr. Archiv (VI. 37. 38). D.

) IV. 504. *) IV. 505.

Mariæ & in festis Apostolorum & in aliis festis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum assumptionis B^mæ^ M. V., patrocinium vero in festo ss. Petri & Pauli Apostolorum *). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est decoris paramentis et in turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Dominus Præpositus Undensis. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis in Glonpercha.

5. Ecclesia hæc honestæ structuræ altaria tria habet: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis, in quo æstivo tempore, donec maturescant segetes, Sanctissimum asservari solet, altare s. Annæ & altare s. Augustini **).

Res divina hic solet peragi ordinarie in tertia Dominica, item in festis B^mæ^ Virginis, excepto festo purificationis. Item acta visitalia de ao. 1705 hic notant missam hebdomadalem, excepta hebdomada, in cujus Dominica alias solita hic divina fiunt. Dedicatio celebratur in Dominica II post nativitatem B. M. V. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia bonis instructa est paramentis. In turri sunt campanæ benedictæ duæ. Cura proventuum hujus ecclesiæ eadem est, quæ in Aspach. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt auch aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

§. 271.

Parochia s. Andreæ in Gerolspach ***).

1. Hæc Parochia incorporata est Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi et, uti desumitur ex veteri matricula, est de collatione ejusdem Reverendissimi capituli cathedralis, a quo Vicarius solet investiri & pro admissione ad curam se sistere debet Episcopo. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Andreas Trautwein, ao. 1715 ad curam admissus. Non dat Episcopo primos fructus.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, ex decimis & stolæ accidentiis. In veteri matricula de his legitur: *Item*

*) IV. 506. **) IV. 507.

***) IV. 509. — Vgl. §§. 385. 488. 683 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 274 u. 275.) D.

ex missis hebdomadalibus 3 ℔. dl. Item in decimis majoribus 52 fl., in minoribus 3 fl., confessionalia 12 dl. Hodie Reverendissimum capitulum cathedrale Vicario suo parochiali hujus loci assignavit suam congruam, residuis proventibus sibi retentis. Consistit autem assignata congrua *) annuatim in 300 fl. paarem Gelt, einem Garten, Stolgefählen und nothwendiger Behölzung. Inter onera hujus Parochiæ in veteri matricula sequentia indicantur: *Item incorporationem capitulo ecclesiæ Frising., cui incorporata est, 20 flor. et pro majoribus decimis 3 ℔. dl. Item Præposito dictæ Frisingensis ecclesiæ 5 β. dl.* Cæteroquin de hac Parochia solvitur Widumbſteur 2 fl. 3 kr., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frisingensis 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus parochialis commode & recenter ædificata cum pertinentiis non patitur notabiles defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 600 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Gerolspach habet aliam ecclesiam filialem in Geratshausen (Geretshausen), vulgo alias bey dem eisernen Huet.

4. Ecclesia parochialis, antiquæ structuræ & reparatione indigens, altaria habet quatuor **): *Altare majus* est dedicatum s. Andreæ Apostolo. Hic asservatur Sanctissimum & coluntur particulæ de ossibus ss. Apostolorum Petri & Andreæ. — *Altare Matris dolorosæ.* Hæc duo altaria necdum sunt consecrata. — *Altaria Bmæ Virginis assumptæ & s. Sebastiani martyris.*

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur in Dominica ante assumpt. B. M. V., patrocinium in festo s. Andreæ Apostoli. De missa hebdomadali hic a communitate prætensa & in litem deducta videantur acta et sententia interlocutoria de dato 18 Nov. 1717. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia & turris tres campanas benedictas ***). — Proventuum hujus ecclesiæ curam gerit Reverendissimum capitulum cathedrale, tanquam Parochus principalis et simul hoffmarchiæ Dominus. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 3500 fl. belauffen und das Einkommen des Aller-Chriſtglaubigen-Seelen-Altars, von welchem eine Particular-Rechnung gemacht wirdet, ſolle diſer Zeit gegen 400 fl. betragen †).

---

*) IV. 510. **) IV. 511. ***) IV. 512.

†) Die Pfarrkirche zu Gerolsbach iſt den 2. Aug. 1846 abgebrannt und im Jahre 1848 neuerbaut worden. Während des zweyjährigen Abganges einer Pfarrkirche wurden die Hauptgottesdienſte in Geretshauſen, die an Werktagen in der Capelle, welche außerhalb des Dorfes Gerolsbach ſteht, abgehalten. D.

Ecclesia filialis s. Magdalenæ in Geretshausen.

5. Ecclesia hæc bene reparata habet tria altaria: Altare majus, in honorem s. Mariæ Magdalenæ dedicatum, altare B^mæ^ Virginis sine labe conceptæ & altare s. Josephi*). Altaria ista tria necdum sunt consecrata.

Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica ante festum s. Matthæi) et in festo patrocinii s. Magdalenæ; item feria aliqua angariali quater in anno, item in festo Nativitatis Domini sub aurora, in festo ss. Innocentium martyrum & in festo s. Marci, et in feria quarta rogationum. — Cœmeterium & sepulturæ non adsunt; sacristia habet necessaria paramenta & turris campanas duas benedictas. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est etiam penes Reverendissimum capitulum cathedr. Frisingense. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich diſer Zeit gegen 700 fl. erſtreckhen.

---

§. 272.

Parochia s. Michaelis in Bischlstorff**).

1. Hæc Parochia antehac ex concessione Episcopi Frisingensis erat de libera collatione & dispositione Vicarii generalis ejusdem, nunc autem eandem confert Episcopus libere in omni mense. Modernus Parochus est R. D. Franciscus Cometer, ao. 1735 investitus. Dat pro primis fructibus 15 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso exiguo, aliquibus decimis & stolæ accidentiis. In antiqua matricula legitur: *Item missam hebdomadalem & memoriam tenet occasione dicti prædii dotalis. Item decimas majores frumentorum pariter & minores æstimat ad 16 flor., confessionalia & stolam 1 flor.* Es ſeynt auch drey Widenhäuſer, von welchen ein Pfarrer jährliche Stüft und Scharwerkh genüeßet, vorhandten. Condecimat in hac Parochia parochialis

---

*) IV. 513.

**) IV. 515. — Vgl. §§. 393. 495. 683 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 282). — Dieſer Pfarrey war ſchon vor der Auflöſung des Collegiatſtiftes zu U. L. Frau in München das dahin gehörige, früher von Ilmmünſter aus verſehene Vicariat Haunſtätten beygelegt worden. Demungeachtet gewährte ſie den nöthigen Lebensunterhalt nicht. Im Jahre 1828 wurde ſie daher mit der Pfarrey Lampertshauſen vereiniget und der Pfarrſitz nach Steinkirchen an der Ilm verlegt. Dem Pfarrer von Steinkirchen ſteht wegen der Gottesdienſte für Piſchelsdorf und Haunſtätten ein Hülfsprieſter zur Seite. D.

ecclesia. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus*) etiam annis 300 florenos parum transcendent. Parochus debet secum habere & alere Provisorem ratione Vicariatus in Haunstetten, de quo videatur infra. Parochus solvit ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 15 kr. 1 dl. 1 hl., Widumb-Steur 2 fl. 47 kr. 5 hl. Item von aigenen Ackhern 8 fl. 48 kr. Agri hi pertinent ad missam hebdomadalem, de qua infra. — Domus parochialis cum suis pertinentiis est ruinosa et reparatione indigens.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 100 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Bischlstorff non habet aliam ecclesiam filialem.

4. Ecclesia parochialis, communis inter rurales & modicæ structuræ, altaria habet tria: Altare majus, in honorem s. Michaelis Archangeli dedicatum, in quo asservatur Sanctissimum**), altare B^mæ^ Virginis & altare s. Sebastiani.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio incidit Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium autem ad festum s. Michaelis. Item ex fundatione R. D. Mathiæ Carl, Parochi olim in Bischlstorff, celebrandus est in hac ecclesia pro eo anniversarius & missa hebdomadalis, excepta hebdomada sancta et infra octavas Nativitatis Domini, Pentecostes et Corporis Christi, et etiam excepta hebdomada, qua celebratur anniversarius prædictus. Parochus propterea recipit fructus aus 10 Ackhern, zweyen Wismathen und einem Holzwachs, de quibus etiam satisfacit ecclesiæ pro paramentis. Confirmavit hanc fundationem Serenissimus Dominus Joannes Theodorus Episcopus Frisingensis sub dato 28 Nov. 1735. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia necessariis paramentis***) et turris duabus campanis benedictis instructa est. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electoralis in Pfaffenhofen. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wird diſer Zeit bey 1000 fl. ausmachen.

---

§. 273.

Parochia s. Joannis Baptistæ in Haunstetten †).

1. Hæc Parochia seu Vicariatus incorporata erat Collegiatæ

*) IV. 516. **) IV. 517. ***) IV. 518.

†) IV. 519. — Vgl. §§. 386. 478. 683 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung

s. Arsatii in Illmmünster; post cujus translationem unita nunc est insigni Collegiatæ B^mæ^ Virginis Monachii, cujus capitulum præsentat Vicarium parochialem ab Episcopo perpetuandum. Dantur pro primis fructibus 7 fl. 30 kr.

2. Vicariatus iste & cura animarum in Haunstetten vi decreti episcopalis de dato 23 Mart. 1737 fuit commissa Parocho in Bischlstorff, et proptera capitulum Collegiatæ Monacensis ex redditibus in Illmmünster reddit Parocho annuatim 104 florenos, 14 Klafter Holz & fructus stolæ, nec non etiam 20 fl. 24 kr., pro quibus celebrari & applicari debet missa hebdomadalis pro parochianis hujus Vicariatus. Item debet Parochus in Bischlstorff ratione hujus Vicariatus ipsius curæ commissi secum tenere & alere*) Provisorem curatum. Decimas hujus Vicariatus percipit supradictum capitulum Monacense. In veteri tamen matricula de redditibus hujus Parochiæ legitur: *Item occasione cujusdam missæ hebdomadalis in Hettenzhausen 2 flor. Item de novalibus & aliis collecturis 9 massas vulgariter Schober, quas æstimat ad 15 flor. Item decimas minores æstimat ad 3 flor. In confessionalibus & stola 1 flor. Item ex missa in Illmmünster 4 Schäffel Korn.* — Domus propria parochialis in Haunstetten non adest, cum antehac Vicarii habitaverint in Illmmünster.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 200 fuerunt numerati.

3. Ecclesia parochialis in Haunstetten habet unam ecclesiam filialem, nempe in Oberhausen.

4. Ecclesia parochialis parvæ structuræ habet tria altaria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis, cujus statua hic beneficiis claret, et altare s. Andreæ Apostoli.

Res divina nunc in hac ecclesia peragitur in omni die dominica & festiva. Item dicitur missa hebdomadalis, de qua primum supra dictum est. Dedicatio celebratur in Dominica ante nativitatem B. M. V., patrocinium autem in festo s. Andreæ Apostoli. Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis necessariis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Pfaffenhofen. Das Vermögen diſes Gottshauſes***) wirdet diſer Zeit yber 400 fl. wenig betragen.

(S. 282). Jetzt ſind Haunſtätten und Oberhauſen Filialien der durch die Vereinigung der Pfarreyen Piſchelsdorf und Lampertshauſen neu entſtandenen Pfarrey Steinkirchen an der Ilm. D.

*) IV. 520. **) IV. 521. ***) IV. 522.

Ecclesia filialis s. Stephani in Oberhausen.

5. Ecclesia hæc modicæ & vilioris structuræ habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, altare s. Georgii martyris & altare s. Leonardi Abbatis.

Divina peraguntur hic in festis s. Stephani tanquam patroni et ss. Georgii & Leonardi. Dedicatio incidit in Dominicam sextam post Pascha. — Cœmeterium proprium non adest nec sacristia. Paramenta adsunt*) pauca pro necessitate. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis & Præfectus electoralis in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit ÿber 500 fl. betreffen.

---

§. 274.

Parochia ss. Joann. Bapt. & Ev. in Hettenzhausen**).

1. Hæc Parochia seu Vicariatus incorporata erat Collegiatæ s. Arsatii in Illm-Münster; post cujus translationem nunc unita est Collegiatæ B^mæ^ Virginis Monachii, cujus capitulum præsentat Vicarium parochialem ab Episcopo perpetuandum. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Benedictus Schillinger, ao. 1735 perpetuatus. Dantur pro primis fructibus 7 fl. 30 kr.

2. Proventus hujus Parochiæ seu Vicariatus parochialis in veteri matricula sequenti modo describuntur: *Item ex quatuor missis hebdomadalibus in Illm-Münster & duabus in Hettenzhausen ad summam 20 flor. Item decimas majores non habet, minores vero communibus annis ad 4 flor. æstimat. Item ex oblatis, confessionalibus & stola 5 flor.****). Item ex certis pratis, si illa locaret, 3 flor. In summa omnes redditus & obventiones ex dicta ecclesia provenientes communibus annis sine Beneficio in Illmmünster æstimat ad 14 flor. Item habet suam residentiam in Illm-Münster. In domo vero seu prædio dotali ibidem in Hettenzhausen residet colonus.* Hodie proventus Vicarii parochialis consistunt in congrua, quam ipsi assignat capitulum supradictæ Collegiatæ Monacensis, et

---

*) IV. 523.

**) IV. 525. — Vgl. §§. 386. 477. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 277). Gegenwärtig iſt Hettenzhauſen eine Filiale der Pfarrey Ilmmünſter, welche zur Paſtorirung derſelben einen eigenen Hülfsprieſter halten muß. D.

***) IV. 526.

nunc sunt 100 floreni in fixo, pro missa hebdomadali 20 fl., de certis colonis 7 fl., 8 Mittel Getraidt cum accidentiis stolæ & decimis minoribus. Vicarius ad seminarium episcopale solvit 1 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus parochialis, quæ olim erat in Hettenzhausen, non inhabitatur a Vicario, quippe qui residet in Illm-Münster in ædibus a capitulo Collegiatæ Monacensis conservandis.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 215 numerati sunt.

3. Ecclesia*) parochialis in Hettenzhausen non habet aliam ecclesiam filialem.

4. Ecclesia parochialis amœnæ & lucidæ structuræ altaria tria habet: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis Bapt. et Evangelistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare B. M. Virg. et altare s. Viti martyris.

Divina hic peraguntur ordinarie in omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festis ss. Joannis Bapt. & Evang. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum applicatione pro intentione debita. — Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia competentia habet paramenta & turris tres benedictas campanas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat capitulum Collegiatæ B. M. V., tanquam principalis Parochus et Dominus**) hoffmarchialis. Diſes Gottshauſes völliges Vermögen iſt in letzter Rechnung in 3174 fl. 36 kr. $1\frac{1}{2}$ hl. beſtandten.

---

§. 275.

Parochia Bmæ Virginis in Herschenhausen***).

1. Hæc Parochia, alias Hürschenhausen communiter nuncupata, in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis, prout reperitur annotatum in libris investiturarum. — Modernus Parochus est R. D. Josephus Albert, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 34 florenos.

---

*) IV. 527. **) IV. 528.

***) IV. 529. — Vgl. §§. 386. 487. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 275 u. 276). D.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de illis legitur: *In fixis redditibus 1 tl. dl. et 1 tl. ceræ. Item in decimis majoribus 46 flor. Ex confessionalibus & stola 1 tl. dl.* Es ſeynt auch 4 Widen-Häuſl, ſo einem Pfarrer die Stüft geben, vorhandten. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur melioribus annis ad 600 florenos posse ascendere. Parochus tenetur solvere juxta veterem matriculam*) Vogtey 2 Schäffel avenæ und 2 Hennen, Widumb-Steur 1 fl. 30 kr. Nunc dat Parochus Vogtey 3 Schäffel Haaber und ain ſchwarze Hennen, item jährliche 10 kr. nach Hilgertshauſen. Parochus in Herschenhausen et Bädertshausen colligit integras decimas, in Schacha autem condecimant monasteria Inderstorff & Scheurn, Parochus in Lampertshausen & Beneficiatus in Jetzendorff. Parochus ad seminarium episcopale solvit 1 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frisingensis 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus parochialis cum pertinentiis lignea indigeret reformatione.

Communicantes in hac Parochia novissime 165 ascendere.

3. Ecclesia parochialis in Herschenhausen non habet aliam ecclesiam filialem.

4. Ecclesia parochialis veteris & ruinosæ structuræ habet tria altaria: Altare majus, in honorem B^mæ**) Virg. dedicatum, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Georgii mart. et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic peraguntur omni die dominica & festiva. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo assumptionis B. M. V. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho et Domino hoffmarchiali in Hilgertshausen. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 600 fl. betragen.

---

§. 276.

Parochia s. Viti in Volkerstorff seu Jetzendorff***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus†) est de præsentatione Se-

---

*) IV. 530. **) IV. 531.

***) IV. 533. — Vgl. §§. 387. 494. 683, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 276. 277) und das oberbayer. Archiv (VI. 353). D.

†) Das landesherrliche Monatrecht iſt i. J. 1839 durch Tauſch an die Gutsbeſitzer von Hilkertshauſen (Freyherrn von Freyberg) übergegangen. D.

renissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Joann. Jac. Haunspek, ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et accidentiis stolæ. In veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione ad 18 flor. Item in decimis majoribus frumentorum ad 42 flor., in minoribus ad 5 flor. Ex confessionalibus & stola circiter 2 flor.* Parochus in pago Volkerstorff solus est decimator. Item in tota Parochia solus decimat auf denen Mühläckhern, in denen Pointhen undj Gärten und von dem Gabes 2c.*). Condecimant autem alibi Dominus arcis Jetzendorff & duo Beneficiati ibidem. Item iſt ein Widenhoff zu Volkerſtorff, wo vorhin der Pfarrer gewohnet, anjetzo aber der Widenbaur hauſet und einem Pfarrer Stüſt und Gült raichet. Item iſt vorhandten ein anderer zur Pfarr grund- und gültbahrer Widenhoff auf der Rothen-Kolben genannt. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur 800 florenos facile excedere. De oneribus Parocho incumbentibus legitur in veteri matricula: Item 6 Schäffel Haabern Vogtey dem Hoffmarchs-Herrn, 4 Tag tungen und 2 Holzfährt, dafür er gern 8 fl. geben wolt. Hodie Parochus annuatim præstat Vogtei-Haabern 3 Schäffel. Item mues Pfarrer 10 Klafter Thör-Scheider zum Preu-Haus zu Jetzendorff füehren läſſen: dann 4 Schäffel Traidt der Herrſchaft nach München an die Schrannen, oder ſonſt auf aine Anſchütt 7 Stundt weit doch ohne Gegenfuehr abfüehren laſſen**). Darzu mues die Herrſchaft zu Jezendorff 2 Strich Haabern, Pfaffenhofner Maaß, 9 kr. Zöhrung, dann Zohl und Mauth beytragen. In veteri matricula etiam habetur: *Solvit pro possessione 4 flor. nobilibus de Chamer, ibidem Hofmarchs-Herrn.* Ad seminarium episcopale solvit Parochus 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus parochialis reparata singulares defectus non patitur, bene autem horreum. Communicantes hujus Parochiæ novissime 350 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Volkerstorff habet unam ecclesiam filialem in Jetzendorff & capellam in arce ibidem.

4. Ecclesia parochialis melioris structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Viti martyris***), altare Christi patientis et altare Matris dolorosæ.

Divina in Dominicis semper alternantur cum ecclesia filiali Jetzendorf. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi. Patrocinium celebratur in festo s. Viti martyris. Item hic dicitur missa hebdomadalis diebus Veneris cum libera applicatione. — Baptisterium etiam hic adest, et propter distantiam locorum in domo parochiali asservantur sacra olea. Cœmeterium ad-

---

*) IV. 534. **) IV. 535. ***) IV. 536.

est cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta requisita et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Domini hoffmarchialis in Jetzendorff, qui defacto est Dominus Baro de Stromern. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſoll diſer Zeit gegen 1500 fl. betragen.

*Ecclesia filialis ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ in Jetzendorff**)*.*

5. Ecclesia hæc renovata altaria habet quatuor: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis Baptistæ & Joannis Evangelistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Crucis, altare B^mæ^ Virginis, in quo statua B^mæ^ Virginis Oettinganæ beneficiis multis claret et processionibus visitatur, et altare s. Barbaræ virginis martyris.

Anno 1418 Arnoldus de Chamer senior in Jetzendorff & Adelhaidis ipsius conjux tam ex**) propriis, quam ecclesiæ bonis et piorum fidelium eleemosynis fundaverunt ad altare s. Barbaræ Beneficium missæ quotidianæ, excepta una per hebdomadem die. Jus patronatus fuit reservatum dem Eltiſten Herrn zu Jetzendorff. Beneficiatus est in subsidium Parochi curatus. Item ao. 1464 Jacobus de Chamer in Jetzendorff & Brigida ipsius conjux ex prævia dispositione & fundatione trium Dominarum Magdalena und Herzenlauth von Chamer und Martha Zückhlin pro missa perpetua in ara B^mæ^ Virginis habenda dederunt decimas ex certis prædiis in litteris fundationis contentas. Hæc duo Beneficia usque ad mutationem ao. 1732 factam (de qua mox infra) hactenus tenuit unus Beneficiatus, cujus integri ex duobus Beneficiis retenti redditus creduntur etiamnum conficere 300 florenos, pro quibus celebrat quinque missas hebdomadales & inhabitat propriam domum beneficialem. Jus patronatus exercet Dominus***) hoffmarchiæ Jetzendorff, qui defacto est Dominus Baro de Stromern. Modernus Beneficiatus est R. D. Andreas Rhele, ao. 1722 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos & ad seminarium episcopale 30 kr.

6. Anno 1732 illustris Dominus Joann. Ant. Baro de Stromern in Jetzendorff Beneficium B^mæ^ Virginis hunc in finem tam ex suis, quam ex ipsius Beneficii bonis pro secundo Beneficiato in hac ecclesia instituendo restauravit, et a Serenissimo Joanne Theodoro Episcopo Frisingensi confirmationem obtinuit. Proventus hujus Beneficiati secundi præter domum habitationis propriæ censentur conficere posse 150 florenos, pro quibus Beneficiatus hebdomadatim tenetur applicare tres missas ad intentionem veterum fundatorum et duas ad intentionem dicti Baronis de Stromern unacum 12 aliis menstruis & anniversariis. Jus patronatus reservavit sibi prædictus

---

*) IV. 537. **) IV. 538. ***) IV. 539.

Dominus Baro Ihme und ſeinen Nachkommen. Modernus Beneficiatus est R. D. Carolus Veith, ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus*) 7 florenos et ad episcopale seminarium 30 kr.

7. Divina in hac ecclesia peraguntur in Dominicis alternatim cum ecclesia parochiali Volkerstorff, festa autem semper celebrantur in hac ecclesia. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ. *Confraternitas* ao. 1713 authoritate ordinaria introducta hic adest ss. Rosarii sub titulo B^mæ^ Virginis Oettinganæ. Administratur cumulative a Domino hoffmarchiali & Parocho ac ecclesiæ vitricis. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia competenter instructa est paramentis. Turris habet campanas tres benedictas. Item in hac ecclesia conspiciuntur sepulturæ illustrium familiarum Rechberg, Haslang, Chamer, Zillardt, ex quibus aliquæ**) adhuc anniversariis clarent. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Dominus hoffmarchiæ Jetzendorff. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 2000 fl. ſich belauffen.

Capella filialis ss. Sacramenti in arce Jetzendorff.

8. Capella hæc consecrata in arce prædicta altare habet unum, in adorationem & memoriam ss. Sacramenti dedicatum. Est privilegiatum diebus Veneris generaliter pro defunctis. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum ss. Simonis et Judæ. Item si Dominus hoffmarchiæ in loco est, tenetur ad ipsius petitionem Beneficiatus B^mæ^ Virginis suas missas beneficiales in hac capella celebrare. Sacristia hujus capellæ est decenter instructa paramentis.

---

§. 277.

Parochia s. Arsatii in Illmmünster***).

1. Hæc Parochia incorporata erat Collegiatæ s. Arsatii in Illm-Münster, post cujus translationem nunc unita est insigni Collegiatæ

*) IV. 540. **) IV. 541.

***) IV. 543. — Vgl. §§. 387. 472. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 277 u. 278). — Nach der Auflöſung des Collegiatſtiftes zu U. L. Frau in München ſind mit der Pfarrey Ilmmünſter die Pfarrvicariate Hettenzhauſen und Niederthann vereiniget worden. Erſteres verſieht jetzt der dem Pfarrer beygegebene Hülfsprieſter, Niederthann aber hat ſich zu einer Expoſitur umgeſtaltet. — Das Frühmeßbeneficium zu Ilmmünſter iſt erſt i. J. 1749 geſtiftet worden. Die älteren dort beſtandenen Beneficien ſind — als eigene Stiftungen — erloſchen. D.

B^mæ Virginis Monachii, a cujus capitulo Vicarius parochialis præsentatur ab Episcopo perpetuandus. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Joannes Georgius Zenger, ao. 1733 perpetuatus. Dat pro primis fructibus 15 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipit capitulum supradictæ Collegiatæ Monacensis, et Vicario præter stolam suam congruam assignat. In veteri matricula de proventibus Vicarii parochialis legitur: *Item in fixis redditibus nihil habet præter 6 β. dl., pariter ex missis hebdomadalibus nihil. Non habet decimas excepto ex Wieden-Güetl in Riedt 1 Schober, valoris 1 fl. Item panes primitiales & decimas minores æstimat ad 2 flor. Item ex communibus annuis**) *confessionalibus & stola 3 flor.* Item ex citata veteri matricula habetur, quod in ecclesia s. Arsatii *sint duo Beneficia confirmata, videlicet ad altare s. Joannis unum, et unum ad altare s. Mariæ Magdalenæ, ambo de praesentatione capituli Monacensis ac collatione & investitura Domini Paepositi ibidem.* Beneficium s. Joannis possidebat tunc ipse Vicarius parochialis & inhabitabat domum ad illud Beneficium spectantem. Alterius autem Beneficii erat alius possessor. Item legitur in eadem matricula: *Insuper sunt adhuc in eadem ecclesia Illm-Münster alia duo Beneficia non fundata, quae per provisores providentur.* — Habitatio Vicarii parochialis est cum aliis Vicariis nempe in Hettenzhausen et Thann in ædibus commodis, quæ a capitulo Collegiatæ Monacensis conservantur. Solvit Vicarius parochialis ad seminarium episcopale 1 fl. 30 kr., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 15 kr. 1 dl. 1 hl.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 535 reperti sunt.

3. Ecclesia**) parochialis in Illm-Münster habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Illm-Riedt, in Thann (quæ ecclesia in Thann providetur per proprium Vicarium, de quo infra dicetur) et ad s. Cruorem prope Illm-Münster; item capellam s. Petri extra cœmeterium.

4. Ecclesia parochialis, amplæ & satis decoræ structuræ, altaria habet novem et in crypta duo. *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Arsatii Episcopi, de cujus ossibus hic insignis particula cum pastorali ipsius pedo asservatur, corpus autem in ecclesia B^mæ Virginis Monachii quiescit***). Item hic asservatur Sanctissimum. — *Altare ss. Trinitatis.* — *Altare Jesu, Mariae, Joseph* est privilegiatum diebus Lunæ ratione *confraternitatis* sub iisdem sanctissimis nominibus institutæ. Non habet†) proprium magistra-

*) IV. 544. **) IV. 545.

***) Seit dem Jahre 1846 befindet ſich der ganze hl. Leib des hl. Arſatius wieder in Ilmmünſter. D.

†) IV. 546.

tum, sed regitur a Vicario parochiali. — *Altaria s. Joannis Baptistae, s. Mariae Magdalenae, ss. Petri & Pauli, s. Nicolai Episcopi, s. Sebastiani martyris & s. Crucis.*

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur die 16 Junii, patrocinium vero in festo s. Arsatii (die 12 Nov.). Item hic per unum ex Vicariis, uti supra dictum est, in Illm-Münster habitantibus singulis diebus dicitur missa, quæ missæ quotidianæ absque dubio originem suam habebunt ex fundatione seu institutione Beneficiorum, de quibus legitur in veteri matricula supracitata. — In *crypta* sub choro etiam sunt duo altaria*): Altare s. Arsatii, cujus sepulchrum in hac crypta colitur et etiam annuis processionibus visitatur, et altare s. Apolloniæ. Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis multis et decoris. In turri quinque sunt campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat capitulum Collegiatæ Monacensis, tanquam Parochus principalis & Dominus hoffmarchiæ. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt in letzter Rechnung in 2382 fl. 33 kr. 5⅝ hl. beſtanden.

Capella s. Petri extra cœmeterium.

5. Hæc capella, extra cœmeterium ecclesiæ parochialis sita et non consecrata, habet altare unum, in honorem**) s. Petri Apostoli erectum. Divina alia hic non fiunt, nisi quatuor missæ angariales et una anniversaria. Sacristia non adest, in turri sunt campanæ duæ benedictæ.

Ecclesia filialis s. Petri in Illmriedt.

6. Ecclesia parvæ, sed pulchre renovatæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Petri Apostoli, altare Matris dolorosæ & altare s. Benedicti.

Res divina peragitur hic in dedicatione (Dominica post festum***) s. Bartholomæi), item in festo Nativitatis Domini sub aurora et infra octavam omnium Sanctorum, et singulis 14 diebus dicitur hic missa. Patrocinium hujus ecclesiæ est in festo ss. Petri et Pauli. — Adest hic cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem cura, sub qua sunt redditus ecclesiæ parochialis in Illm-Münster. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 365 fl. 28 kr. 4½ hl. betroffen.

Ecclesia filialis ad s. Cruorem prope Illmmünster.

7. Ecclesia hæc cum eremitorio in†) sublimi colle sita, al-

*) IV. 547. **) IV. 548. ***) IV. 549. †) IV. 550.

taria habet tria: Altare majus, dedicatum Christo patienti, altare B^mæ^ Virginis sine labe conceptæ & altare s. Pancratii martyris.

Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in Dominica post festum s. Udalrici. Votivæ missæ hic sunt per annum plures. — Cœmeterium nullum adest. Sacristia tenet paramenta competentia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat etiam capitulum Collegiatæ Monacensis. Das Vermögen diſes*) Gottshauſes hat in letzter Rechnung ſich auf 489 fl. 59 kr. 2½ hl. beloffen.

---

§. 278.

Vicariatus s. Dionysii in Thann**).

1. Ecclesia s. Dionysii in Thann secundum veterem matriculam est filialis ecclesiæ parochialis in Illm-Münster. Capitulum insignis Collegiatæ B^mæ^ Virginis Monachii præsentat ad hanc ecclesiam Vicarium ab Episcopo perpetuandum. Modernus Vicarius est R. D. Joann. Prosper Ziechenaus, ao. 1733 perpetuatus. Non dat primos fructus. Jura cancellariæ solvit 10 fl.

2. Vicarius in Thann recipit suam congruam præcipue a capitulo supradictæ Collegiatæ Monacensis, item de aliquo manso ad hunc Vicariatum pertinente, nec non de Beneficio s. Magdalenæ, in ecclesia parochiali Illm-Münster fundato, in cujus Sanctæ altari celebrat 104 missas. Item Vicarius gaudet fructibus stolæ sui Vicariatus***). In veteri matricula de redditibus hujus Vicarii legitur: *Item ex missis hebdomadalibus & anniversariis 2 flor. Item non habet decimas praeter ex novalibus aliquando per annum duas massas & collectura unam massam vulgariter Schober. Item in confessionalibus & stola similiter ad 2 flor. Item dictum Beneficium in Illm-Münster habet domum propriam.* Vicarius solvit ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Vicarius habitat in Illm-Münster in ædibus commodis, ubi etiam habitant reliqui duo Vicarii, nempe in Hettenzhausen & Illm-Münster.

---

*) IV. 551.

**) IV. 553. — Vgl. §§. 391. 472. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 287). — Thann (Niederthann) iſt jetzt eine der Pfarrey Ilmmünſter untergeordnete, vom Staatsärar dotirte Expoſitur. Der Expoſitus beſorgt nebſt der Seelſorge auch die Schule. D.

***) IV. 554.

Communicantes hujus Vicariatus novissime 150 reperti sunt.

3. Ecclesia s. Dionysii Areopagitæ in Thann, veteris structuræ, altaria tria habet: Altare majus, dedicatum in honorem s. Dionysii, in quo asservatur Sanctissimum*), altare Jesu, Mariæ, Joseph et altare s. Petri Apostoli.

Divina hic peraguntur singulis diebus dominicis et festivis. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Dionysii, in cujus die festo (9 Oct.) celebratur hujus ecclesiæ patrocinium. — Baptisterium et olea sacra non adsunt. Infantes baptizandi deferuntur ad ecclesiam parochialem in Illm-Münster. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius et Præfectus electoralis in Mospurg. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt in letzter Rechnung in 2755 fl. 45 kr. 4 hl. beſtandten.

---

§. 279.

Parochia ss. Petri et Pauli in Inderstorff**).

1. Hæc Parochia incorporata est monasterio Canonicorum regularium in Inderstorff et providetur per Vicarium regularem ex eodem monasterio. Modernus Vicarius est R. P. Herculanus Veldner, Canoniæ Undensis Decanus.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ad ipsum monasterium Undense seu Inderstorff. Solvuntur autem de hac Parochia ad seminarium episcopale 5 floreni, cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 15 kr. 1 dl. 1 hl.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1165 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Inderstorff, quæ eadem et monasterialis est, habet alias novem ecclesias filiales, nempe in oppido Inderstorff, Glon, Langenpettenbach***), Hareszell, Arenzell, Alberspach, Ottmarshardt, Ainhoffen et Strassbach.

---

*) IV. 555.

**) IV. 557. — Vgl. §§. 32. 387. 484. 683 und die tabellariſche Diöceſan-beſchr. (S. 278 u. 279). — Jetzt iſt Indersdorf eine organiſirte Pfarrey mit einem Pfarrer und zwey Hülfsprieſtern. Langenpettenbach wurde bey der Organiſation der Kloſterpfarreyen zu einer ſelbſtſtändigen Pfarrey erhoben, zu welcher Ainhofen, Arnzell und Hareszell als Filialen gehören, weßwegen auch dort ein Hülfsprieſter nothwendig iſt. D.

***) IV. 558.

4. In ecclesia parochiali seu monasteriali in Inderstorff, cujus descriptio reperitur in primo volumine fol. 389 (§. 32. I. Bd. S. 173 — 175), adest baptisterium cum sacris oleis et cœmeterium cum ossuario et sepulturis.

Ecclesia filialis s. Bartholomæi in oppido Inderstorff.

5. Ecclesia hæc elegantioris formæ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Bartholomæi Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare Bmæ Virginis et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic fiunt in dedicatione, Dominica*) post festum Rosarii, item in festo patrocinii s. Bartholomæi, in festo Nativitatis Domini et Paschatis, item ss. Sebastiani, Marci, Joannis et Pauli, et in commemoratione fidelium defunctorum. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia amœna continet paramenta decentia et turris campanas tres benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Præpositi Undensis. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt nit wüßlich aus Abgang der Rechnungs-Extracten.

Ecclesia filialis s. Emmerami in Glon.

6. Ecclesia hæc bene reparata habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Emmerami Episcopi martyris, in quo asservatur Sanctissimum**), altare s. Magdalenæ et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic peraguntur in festis Circumcisionis et Epiphaniæ et Ascensionis Domini; item in festis purificationis, annunciationis, assumptionis et nativitatis Bmæ Virginis; item in festo s. Georgii, Magdalenæ, Sanctorum omnium et in commemoratione fidelium defunctorum. Dedicatio celebratur in Dominica sexta post Pentecosten, patrocinium autem in festo s. Emmerami Episcopi martyris. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta sufficientia et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Domini Præpositi Undensis. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

*Ecclesia filialis s. Michaelis in Langenpettenbach***).*

7. Ecclesia hæc satis pulchra, ss. Angelorum cultu celebris, altaria habet tria: *Altare majus* est dedicatum principaliter in honorem s. Michaelis Archangeli, latus tamen altaris dexterum occupat

---

*) IV. 559. **) IV. 560.

***) IV. 561. — Langenpettenbach iſt jetzt, wie bemerkt, eine eigene organiſirte Pfarrey mit einem Pfarrer und einem Hülfspriester. S. die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 280). D.

s. Gabriel, sinistrum s. Raphael et corpus superius s. Angelus custos. Hic etiam asservatur Sanctissimum. — *Altaria s. Pauli conversi et s. Sebastiani martyris.*

Divina per Vicarium proprium expositum ex monasterio Undensi hic ordinarie fiunt in tertia Dominica, item in festo Nativitatis Domini et Paschatis; item in festis ss. martyrum, confessorum et virginum, quæ in foro celebrantur; item in festis s. Pauli conversi et s. Blasii. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Jacobi, patrocinium vero in festo s. Michaelis*). — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Oleum infirmorum etiam hic solet asservari. Sacristia tenet paramenta decentia. Turris habet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Præpositi Undensis tanquam Parochi principalis, et Præfecti electoralis in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 400 fl. ausmachen.

*Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Hareszell***).*

8. Ecclesia hæc modicæ, sed pulchræ structuræ habet altare unum, in honorem s. Joannis Baptistæ dedicatum. — Res divina hic solet peragi in feria tertia Paschatis et Pentecostes, item in festis nativitatis et decollationis s. Joannis Bapt. et in festo s. Joann. Evang. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis**). — Cœmeterium non adest nec propria sacristia. Paramenta adsunt pro necessitate. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ continentur sub redditibus ecclesiæ in Langenpettenbach, a qua ecclesiæ in Hareszell succurritur.

Ecclesia filialis s. Viti in Arenzell.

9. Ecclesia hæc pulchra tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Viti martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare .... et altare ....***).

Res divina ordinarie peragitur in tertia Dominica; item in festis Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes; item in festis purificationis, annunciationis, assumptionis et nativitatis B. M. V.; item in festo omnium Sanctorum et ss. Innocentium martyrum et in commemoratione fidelium defunctorum. Dedicatio celebratur Dominica secunda post Pascha et patrocinium in festo s. Viti mart. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis, item sacristia cum competentibus paramentis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Domini Præpositi Undensis et Præfecti electoralis in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 400 fl. betragen†).

---

*) IV. 562. **) IV. 563. ***) IV. 564.

†) Hareszell und Arnzell gehören nunmehr zur Pfarrey Langenpettenbach. D.

Ecclesia filialis s. Crucis in Alberspach.

10. Ecclesia hæc noviter ædificata altare*) habet unum, s. Cruci dedicatum, de qua hic asservatur particula. — Divina hic peraguntur in dedicatione (Dominica 14 post Pentecosten) et in festis inventionis et exaltationis s. Crucis. — Cœmeterium et sacristia propria non adsunt, paramenta vero pro necessitate. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Dominus Præpositus Undensis et ejusdem sarta tecta conservat.

Ecclesia filialis s. Mauritii in Ottmarshardt.

11. Ecclesia hæc pariter reædificata altare habet unum, in honorem ss. Mauritii et sociorum martyrum consecratum. — Divina hic peraguntur in dedicatione (Dominica post festum s. Jacobi**), et in festis ss. Mauritii et Achatii et cæterorum martyrum. Item feria tertia (rogationum?) hæc ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium et sacristia non adsunt, paramenta autem pro necessitate. — Proventus hujus ecclesiæ modicos curat Dominus Præpositus Undensis.

Ecclesia filialis B^{mæ} Virginis in Ainhoffen.

12. Ecclesia hæc ampla altaria habet tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem B^{mæ} Virginis, cujus statua hic beneficiis celebris est et publicis processionibus colitur. Item hic asservatur Sanctissimum***). — *Altaria s. Annæ et s. Corbiniani.*

Divina hic ordinarie peragi solent in tertia Dominica; item in festis B^{mæ} Virginis et Apostolorum ac in translatione s. Corbiniani. Dedicatio celebratur in Dominica ante nativitatem B^{mæ} Virginis. — Cœmeterium hic adest cum sepultura et ossuario. Sacristia instructa est paramentis decoris. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Dominus Præpositus Undensis et Præfectus in Massenhausen. Das Vermögen dieſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Ottiliae in Strassbach†).

13. Ecclesia hæc etiam noviter ædificata tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Ottiliæ virginis, altare Jesu, Mariæ, Joseph et altare Mariæ, Joachim et Annæ.

Divina hic peragi solent in dedicatione (Dominica post festum s. Udalrici) et in festo patrocinii (s. Ottiliæ, die 14. Dec.), item in festis ss. Martini, Leonardi, Wolfgangi et Xysti. — Cœmeterium cum sepulturis non adest††). Sacristia paramenta habet necessaria.

*) IV. 565. **) IV. 566.

***) IV. 567. — Ainhoffen iſt jetzt eine Filiale der Pfarrey Langenpettenbach. D.

†) IV. 568. ††) IV. 569.

In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ pauci sunt sub cura Domini Præpositi Undensis, qui ejus sarta tecta conservat.

---

§. 280.

Parochia s. Lantperti in Lampfritzhausen*).

1. Hæc Parochia in libro investiturarum de annis 1696, 1699 et 1728 notatur quidem esse una de mensibus alternativis inter Serenissimum Bavariæ Electorem et Episcopum Frisingensem, sed non invenitur casus, quo altefatus Serenissimus Elector unquam ad hanc Parochiam præsentasset in mense Pontificio, sed potius contrarium ex antiquioribus libris eruitur, nempe ad hanc Parochiam per obitum annis 1642 et 1644, nec non ao. 1662 per resignationem vacantem Parochos successores in mensibus Pontificiis seu Bavaricis semper fuisse investitos absque ulla mentione præsentationis electoralis. Modernus Parochus est R. D. Georgius Schwarzmann, ao. 1728 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt**) in manso parochiali, decimis et stola. De his in veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus habet 6 β dl., in decimis majoribus frumentorum ac minoribus circiter 42 flor., ex confessionalibus 1 ℔ dl.* Es ſeynt zu diſer Pfarr 4 grundt- und ſtüfftbahre Güettl gehörig, nemlich zu Salmeting, Paindorff, Illmberg, Pernhauſen, allwo 8 Aeckher zu diſer Pfarr gehörig. Condecimat in Lampfritzhausen in duabus decimarum partibus Beneficiatus s. Barbaræ in Jetzendorff. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur ad 500 florenos posse excurrere. Econtra tenetur Parochus annuatim solvere zum Schloß Eiſenhoffen 16 Viertl Vogtey-Haabern und 20 kr. Küchengelt (in veteri matricula legitur: Vogtey dem von Chamer 8 Mezen Haabern u. 15 kr.); item zum Gottshaus Obermarbach 10½ kr., item nach Jetzendorff in die Ehehaft dem Baader 4 Viertel Korn und 2 Viertel Haabern, dem Schmidt 4 Viertel Dengel- oder Spiz-Korn***), und ain Schleiff-

---

*) IV. 571. — Vgl. §§. 389. 486. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 279). — Die Pfarrey Lampertshauſen beſteht unter dieſem Namen nicht mehr, ſondern wurde i. J. 1828 mit der Pfarrey Piſchelsdorf verſchmolzen und hat von dem jetzigen Pfarrſitze die Benennung Steinkirchen an der Ilm angenommen. Zur Paſtorirung derſelben iſt nebſt dem Pfarrer auch ein Hülfsprieſter nothwendig. Sie iſt als eine freye erzbiſchöfliche Collationspfründe anerkannt. D.

) IV. 572. *) IV. 573.

oder Korn-Garb; ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus parochialis lignea cum pertinentiis reformatione indigeret.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 226 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Lampfritzhausen juxta veterem matriculam *habet quinque filiales: s. Stephani in Reichertshausen, s. Martini in Berg, s. Viti in Marbach, s. Annae in Stainen-Kirchen, ss. Simonis et Judae in Paindorff.* Pergit matricula: *Ex quibus ipse* (Vicarius parochialis, qui tunc erat) *providet Lambfrizhausen parochialem et Stainen-Kirchen filialem. Reliquae filiales habent earum speciales provisores, ac speciales solvunt absentias.*

4. Ecclesia parochialis veteris structuræ, nunc reparata et amplior facta, habet tria altaria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Lantperti Episcopi Frisingensis, in quo asservatur Sanctissimum et coluntur particulæ de ossibus ss. Corbiniani et Lantperti, altare nativitatis B. M. V. et altare etiam B^mæ^ Virginis.

Divina hic ordinarie fiunt duabus successive Dominicis et tertia in Stainenkirchen. Item in omnibus festis, exceptis illis, quæ infra notantur ad ecclesiam filialem in Stainenkirchen. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo s. Lantperti Episcopi (die 19. Sept.). — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis, baptisterium etiam*) cum sacris oleis. Sacristia provisa est paramentis honestis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Præfectus in Eisenhoffen. Das Vermögen diſes Pfarrgottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 700 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Annæ in Stainenkirchen.

5. Ecclesia hæc, pariter reparata et amplior facta, tria altaria continet: Altare majus, consecratum in honorem s. Annæ, altare Matris dolorosæ, noviter erectum, nondum consecratum*), et altare ss. Simonis et Judæ.

Divina hic fiunt ordinarie in tertia Dominica, item in feria III. Paschatis et festo s. Stephani protomartyris. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Matthæi, patrocinium autem in festo s. Annæ. Tempore visitationis de ao. 1705 rustici in hoc loco prætendebant missam hebdomadalem, quæ etiam nunc legitur cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi et Præfecti electoralis in Pfaffenhoffen. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit yber 300 fl. nit vill betragen.

*) IV. 574. **) IV. 575. ***) IV. 576.

§. 281.

Vicariatus parochialis s. Viti in Obermarbach *).

1. Vicariatus iste perpetuus est de præsentatione Parochi in Lampfritzhausen**). In veteri matricula de ecclesia filiali s. Viti in Ober-Marbach legitur, quod sit jure filiali subjecta parochiali Lampfritzhausen. Modernus Vicarius est R. D. Georgius Hecher, ao. 1716 perpetuatus. Dat pro primis fructibus 15 florenos.

2. Proventus hujus Vicariatus consistunt in manso, decimis et stola, et 300 florenos melioribus annis parum excedent. In veteri matricula de illis legitur: *Item omnes decimas æstimat ad 20 florenos. Item oblationes per totum annum æstimat ad 1 flor. Confessionalia et stolam æstimat similiter ad 1 flor. In summa omnes redditus æstimat ad 40 flor. Non solvit Vogtei neque Jägergelt.* Vicarius tamen ad episcopale seminarium solvit 40 kr., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 15 kr. 1 dl. 1 hl.***). Item Parocho in Lampfritzhausen solvit absentiæ loco annuatim 1 fl. 40 kr.†), Widdumb=Steur 3 fl. 20 kr. — Domus Vicarii lignea cum pertinentiis reparatione indigeret.

Communicantes hujus Vicariatus novissime plures quam quinquaginta non reperti sunt.

3. Ecclesia in Ober-Marbach, quæ uti supra dictum, non nisi uti filialis parochialis ecclesiæ in Lampfritzhausen respicienda est, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Viti martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis et altare ss. 14 Auxiliatorum.

Divina hic peraguntur ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur in Dominica post octavam Corporis Christi, patrocinium autem in festo s. Viti martyris††). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum sepultura et ossuario. Sacristia paramenta habet pro necessitate et

---

*) IV. 579. — Vgl. §§. 392. 497. 683, und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 281). D.

**) Im Jahre 1837 wurde Obermarbach als eine Pfarrey erklärt. Das Präſentationsrecht wird jeṫt von dem Pfarrer in Steinkirchen an der Ilm ausgeübt. D.

***) IV. 580.

†) Nach der Originalhandſchrift beträgt das Abſent 10 fl. 40 kr. D.

††) IV. 581.

turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis hujus loci et Præfectus electoralis in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gotteshauſes mechte diſer Zeit gegen 150 fl. ausmachen.

---

§. 282.

Vicariatus parochialis s. Stephani in Reichertshausen*).

1. Vicariatus iste perpetuus pariter est de præsentatione Parochi in Lampfritzhausen, ad cujus parochialem ecclesia in Reichertshausen in veteri matricula refertur**). Modernus Vicarius est R. D. Nicolaus Carl, ao. 1733 perpetuatus. Dat pro primis fructibus 8 florenos.

2. Proventus hujus Vicarii consistunt in manso, potissimum in tertia decimarum parte & in stola. In veteri matricula de his legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione prædiorum ad 10 β. dl. Item omnes decimas majores frumentorum æstimat ad 30 flor., minores vero æstimat ad 3 flor., ex confessionalibus ad 10 β. dl. et stola 60 dl., ex missis hebdomadalibus 12 β. dl.* Integri proventus hujus Vicarii melioribus annis 300 florenos parum excedent. Condecimant in hoc Vicariatu Domini Comes de Spreti ...., Baro Haslang in Hochen-Cammer, Baro Weix***) in Reichertshausen, monasterium Bittrich in München, Vicarius in Ober-Marbach, ecclesia in Reichertshausen, praxator in Inderstorff. Solvit Vicarius annuatim Parocho in Lampfritzhausen absentiæ loco 6 fl. 20 kr., Vogtey nach dem Schloß Reichertshauſen 8 Mezen Haabern und 2 ℔. Haar, ad seminarium episcopale 1 fl. 30 kr., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus Vicarii cum pertinentiis ligneæ & vilis structuræ est.

Communicantes hujus Vicariatus novissime 300 numerati sunt.

---

*) IV. 583. — Vgl. §§. 394. 496. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 282 u. 283). Seit dem Jahre 1837 hat Reichertshauſen bey Ilmmünſter den Titel und Rang einer Pfarrey. D.

**) Das Präſentationsrecht iſt auf den Pfarrer in Steinkirchen an der Ilm übergegangen. D.

***) IV. 584.

3. Vicarius in Reichertshausen providet etiam alias duas filiales ecclesiæ parochialis in Lampfritzhausen, nempe in Illmberg et Paindorff. Item adest capella in arce Reichertshausen.

4. Ecclesia in Reichertshausen communis inter rurales & ruinosæ structuræ est. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris *), in quo asservatur Sanctissimum, altare B^{mæ} Virginis & altare s. Georgii martyris.

Divina hic peraguntur ordinarie in tertia Dominica, alternando nempe cum filialibus Paindorf & Illmberg; item in reliquis festis per annum cummuniter, exceptis B^{mæ} Virginis & ss. Apostolorum et patrociniis filialium. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus et in turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis & Domini hoffmarchiæ Reichertshausen, qui defacto est Dominus Baro de Weix. Das Vèrmögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 1000 fl. ſich belauffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Paindorff **).

5. Ecclesia veteris & modicæ structuræ tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nic. Episcopi, altare B^{mæ} Virginis & altare ss. 14 Auxiliatorum.

Divina ordinarie peraguntur in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Reichertshausen & Illmberg; item in festis B^{mæ} Virginis et ss. Apostolorum. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Jacobi, patrocinium autem in festo s. Nicolai. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia sufficientia ***) habet paramenta. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Pfaffenhoffen. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet dermahlen gegen 600 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Martini in Illmberg.

6. Ecclesia hæc pariter exiguæ structuræ est. Adsunt in ea tria altaria, ex quibus tamen duo lateralia nondum sunt consecrata: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, altare B^{mæ} Virginis & altare s. Elisabethæ.

Divina hic ordinarie fiunt in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis †) Reichertshausen & Paindorff; item in feria III Paschatis et in festo ss. Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica secunda post festum s. Jacobi, patrocinium vero in festo

*) IV. 585. **) IV. 586. ***) IV. 587. †) IV. 588.

s. Martini Episcopi. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta sufficientia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Pfaffenhoffen. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 200 fl. ausmachen.

Capella ss. 14 Auxiliatorum in arce Reichertshausen.

7. In prædicta arce adest capella, consecrata *) cum suo altari in honorem ss. Auxiliatorum martyrum, cujus dedicatio celebratur in ipso festo s. Maximiliani. Sacristia non adest propria, paramenta autem necessaria. Divina alias fiunt a Capellano ad libitum Domini hujus arcis.

---

§. 283.

Parochia s. Georgii in Niderroth **).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Epicopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Joann. Mich. Kölle, ao. 1723 investitus. Dat pro primis fructibus 45 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt in manso, decimarum medietate, excepto pago Fraunhoffen, ubi Parochus præter panes primitiales nihil colligit, et in accidentiis stolæ. In veteri matricula de his legitur: *Item nihil habet in fixis redditibus* (nempe prædium dotale) *neque aliquid instituere. Item omnes decimas majores frumentorum aestimat ad 35 flor., minores ad 1 flor. Item oblationes, confessionalia & stolam aestimat ad 10 flor.* Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis censentur ad 800 florenos posse ascendere. Condecimat in hac Parochia monasterium ***) Rottense. Parochus solvit Widumb-Steur 3 fl. 4 kr. 5 hl., Jäger-Gelt 1 fl. 30 kr., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 15 kr.

---

*) IV. 589.

**) IV. 591. — Vgl. §§. 391. 485. 683, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 280), Weſtenrieder's Beſchreibung des Landgerichts Dachau (S. 43—46), deſſelben Beyträge (IV. 283—286), v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkreis (III. 413) und das oberbayer. Archiv (VI. 397). D.

***) IV. 592.

1 dl. 1 hl. — Domus parochialis recenter exstructa cum pertinentis non patitur defectum.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 380 fuerunt reperti.

3. Ecclesia parochialis in Niderroth non habet ecclesiam filialem.

4. Ecclesia parochialis melioris inter rurales formæ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Annæ & altare ss. Leonardi ac Sebastiani.

Divina hic peraguntur in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur*) in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Georgii martyris. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti electoralis in Dachau. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 1500 fl. ausmachen.

---

§. 284.

Parochia s. Martini in Klainperghoffen**).

1. Hæc Parochia olim erat de præsentatione possessorum castri et ditionis Eisenhoffen, prout ex notis ad veterem matriculam et investiturarum libris constat. Nunc autem, postquam dictum castrum et ditio ad Episcopatum Frisingensem ao. 1622 emptione pervenit, ista Parochia est de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense***). Modernus Parochus est R. D. Georgius Fronhauser, sacerdos jubilæus, ao. 1703 investitus. Dat pro primis fructibus 30 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis integris in pago Klainperghoffen, Ekhoffen, Deillenhoffen & Schlutterberg & ex stolæ accidentiis. In veteri matricula legitur: *Item*

---

*) IV. 593.

**) IV. 595. — Vgl. §§. 388. 491. 683, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 279) und das oberbayer. Archiv (VI. 40). D.

***) Die Ausübung dieſes freyen Collationsrechtes iſt dermal durch eine landesherrliche Ernennung, wozu der H. Erzbiſchof Sr. Maj. dem Könige drey Candidaten vorſchlägt, beſchränkt. (S. oben die §§. 251 und 266). D.

*in fixis redditibus ex institutione praedii dotalis tertiam partem, quam aestimat ad 10 flor. Item omnes decimas majores & minores vendidit pro 38 flor.**) *Item confessionalia & stolam aestimat ad 2 flor.* Item circa onera huic Parochiæ incumbentia in eadem veteri matricula leguntur: *Item Abbati in Wessobrunn Augustanae Diœcesis solvit 6 flor., nescit, ex qua causa, an propter decimas vel alia. Item vitricis ecclesiae ibidem 2 ℔. dl. Vogtey 8 Augspurger Mezen Haabern, 63 dl. 3 β. dl.,* Fuchr ainen Tag zu tungen. Legitur insuper in veteri matricula: *Solvit valido Wolfgango de Weichs Hofmarchs-Herrn pro possessione 9 flor.* Ad seminarium episcopale solvit Parochus 2 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis Frisingensis 15 kr. 1 dl. 1 hl. Integri proventus hujus Parochiæ ultra 500 florenos creduntur ascendere. — Domus parochialis reparata, horreum autem post novissimum incendium noviter ædificatum, notabiles defectus non patitur.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 115 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Klainperghoffen non habet aliam ecclesiam filialem **). Ipsa autem parochialis est valde decentis structuræ & habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare Matris dolorosæ & altare s. Annæ.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus Dominicis & diebus festivis. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Laurentii, patrocinium vero in festo s. Martini Episcopi. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia & turris campanas benedictas duas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti episcopalis in Eisenhoffen. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 500 fl. ausmachen.

---

§. 285.

Parochia s. Laurentii in Petershausen ***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Fri-

---

*) IV. 596. **) IV. 597.

***) IV. 599. — Vgl. §§. 393. 493. 683 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 281 u. 282). D.

singensis. Modernus Parochus est R. D. Joann. Mich. Hörman, ss. theol. Lic., ao. 1734 investitus. Dat pro primis fructibus 60 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. De his legitur in veteri matricula: *Item praedium dotale ipse colit, et ex quodam alio Solang 2 ß. dl.* (Diſes iſt das zu diſer Pfarr Petershauſen gehörige Widen-Güetl zu Solarn; giebt einem Pfarrer alda 6 fl. jährliche Stüft). *Minores decimas aestimat ad 3 flor. In confessionalibus & stola circiter 3 flor.* Parochus gaudet integris decimis totius Parochiæ, exceptis duobus prædiis, vulgo Lueg und Sixt-Baurnhoff zu Eden-Pfaffenhoffen, ex quibus tantum minutas decimas colligit. Item in Saubershoff & Buech de 8 circiter jugeribus nihil capit, et ex aliis*) jugeribus condecimant Parochus & Beneficiatus in Jetzendorff et æditauus in Volkersdorff. Item in aliquo campo condecimat Vicarius in Obermarbach. Item ex prædio Bürnbaumhoff nihil colligit defacto, sed nescitur, quo jure. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur ad 1200 florenos facile ascendere. Parochus solvit Widumb-Steur 11 fl. 11 kr. (in veteri matricula fit etiam mentio de Jäger-Gelt ad Crandtsperg 2 flor.), ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 15 kr. 1 dl. 1 hl. Domus parochialis noviter ædificata cum pertinentiis non patitur notabiles defectus. Legitur insuper de hujus loci Parocho in veteri matricula: *Solvit pro possessione & resignatione ad cancellariam Monacensem 13 flor., Præfecto in Crandtsperg 3 flor., Iudici 1 & judiciorum Scribæ 1 flor.*

Communicantes hujus Parochiæ novissime 370 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Petershausen non habet aliam filialem, ipsa vero antiquæ & reparandæ structuræ est ac habet tria altaria**): *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Laurentii martyris. In eo asservatur Sanctissimum et insuper hic custoditur reliquiarium in argentea Cruce, in cujus medio habetur notabilis particula de s. Cruce, quæ jam ao. 1503 ad hanc ecclesiam dicitur fuisse delata. — *Altaria B^mæ Virginis & s. Leonardi Abbatis.*

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus dominicis ac festivis diebus. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Galli; patrocinium celebratur in festo s. Laurentii martyris. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum osssuario et sepulturis. Sacristia competenter instructa est paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a***) Parocho & Præfecto electorali in Crandtsperg. Das völlige

*) IV. 600. **) IV. 601. ***) IV. 602.

Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1927 fl. 50 kr. 1 hl. betroffen.

---

§. 286.

Parochia s. Martini in Scheurn *).

1. Hæc Parochia unita est monasterio ordinis s. Benedicti in Scheurn, de quo actum est in primo volumine a fol. 437 (§. 43). Tempore veteris matriculæ hæc Parochia provisa fuit a sacerdote sæculari, qui secum habuit Cooperatorem, Abbas autem dicti monasterii recepit fructus hujus Parochiæ relicto congruo stipendio et stola Provisori & Cooperatori, uti ibidem pluribus continetur. Hodie eadem Parochia providetur per Vicarium regularem, qui nunc est Otto Seelmair ex memorato monasterio, et filialis in Nider-Scheurn etiam per alium regularem, in eodem monasterio professum, qui defacto est P. Menradus Härtl. — Domus parochialis non adest, sed provisio ecclesiæ parochialis ac filialis fit ex ipso monasterio.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1500 reperti sunt.

2. Ecclesia parochialis in Scheurn habet aliam **) filialem in Nider-Scheurn.

3. Ecclesia parochialis pulchra & decora habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula de ossibus s. Martini Episcopi, altare B^mæ Virginis & altare s. Petri Apostoli.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio incidit in Dominicam post nativitatem B^mæ Virginis. Patrocinium celebratur in festo s. Martini Episcopi. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta satis decora & turris campanas tres benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Abbatis Schyrensis, qui hujus ecclesiæ sarta tecta conservat.

---

*) IV. 603. — Vgl. §§. 43. 395. 475. 683 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 283. 284). — Scheyern iſt jetzt eine mit ſtändigen Bezügen aus dem Staatsärar dotirte und organiſirte Pfarrey, welche von einem Pfarrer und zwey Cooperatoren paſtorirt wird. Gegenwärtig iſt ſie wieder den Benedictinern in Scheyern überlaſſen, ohne jedoch dem Kloſter einverleibt zu ſeyn. D.

**) IV. 604.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Nider-Scheurn.

4. Ecclesia hæc, pariter valde decora, altaria tria habet: *Altare majus* est dedicatum in honorem Bmæ Virginis, cujus statua hic plurimis beneficiis claret. Hic etiam asservatur Sanctissimum et altare est privilegiatum singulis Sabbatis generaliter pro defunctis. — *Altaria s. Annæ & s. Sebastiani martyris.*

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis & sabbatinis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Joannis Baptistæ. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est optimis paramentis. Asservatur quoque aqua baptismalis cum sacris oleis. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ etiam sunt sub*) cura Abbatis Schyrensis, qui eam sartam tectam conservat.

---

§. 287.

Parochia s. Laurentii in Sittenbach**).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est Reverendissimus Dominus Maximilianus Georgius Pancratius Liber Baro de Hegnenberg, Dux appellatus, cathedralis ecclesiæ Frisingensis Canonicus. Dat pro primis fructibus 30 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso parochiali, decimis & stola. Legitur de his in veteri matricula: *Item in fixis redditibus & institutionibus 19 flor. Item ex missis hebdomadalibus 4 flor. adjunctis anniversariis. Item ex stola, confessionalibus, oblationibus & remediis præteritis annis habuit ad 26 flor. Item ex decimis vaccarum & caseorum ad 3 flor. Item panes primitiales æstimat ad 3 flor.* Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur facile ascendere ad 1800 florenos. Seynt auch 3 zu diſer Pfarr ſtüſtbare Widen=Güetter***) vorhandten, nemblich zu Orthoffen, Weikhershoffen und Groſſen=Berghoffen. Econtra Parochus habet nunc duos Cooperatores, unum secum in Sittenbach, alterum

---

*) IV. 605.

**) IV. 607. — Vgl. §§. 395. 473. 683 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 285. 286). Eine intereſſante Monographie des Ortes Sittenbach von dem Hrn. Regierungsdirector v. Raiſer in Augsburg befindet ſich bey den Sammlungen des hiſtoriſchen Vereins von und für Oberbayern. D.

***) IV. 608.

seu Curatum in Grossen-Perghoffen, de quo infra. Onera Parochi describuntur in veteri matricula sequenti modo: *Item nobili Adelshauser Vogtey 2 flor. & schaffam avenæ. Item ad Ersenhoffen et arcem ibidem 5 β., ain Lamb vel 10 kr. & 1 Schäffel Habern. Item der Knöringerin 1 Schäffel Habern. Item filiali ecclesiæ in Rossbach 1 Schäffel Rokhen & 1 avenæ.* Notandum, quod, cum ao. 1699 inter Parochum in Sittenbach & Dominum arcis Weikhershoffen controversia esset super præstatione Vogteiæ, in possessorio lata fuerit sententia sub dato 13 Apr. ejusdem anni, der Pfarrer ſeye vor die jährliche Vogtey-Stüft 3 fl. 40 kr., nit aber 4 fl. zu verraichen ſchuldig. Widumb-Steur dat Parochus ......, ad seminarium episcopale 5 florenos, cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 15 kr. 1 dl. 1 hl. — Domus parochialis cum pertinentiis noviter ædificata non*) patitur notabiles defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 896 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Sittenbach habet alias quinque filiales, nempe s. Joannis prope Sittenbach, in Orthoffen, Rosspach, Weikhertshoffen & Grossen-Perghoffen. Item juxta veterem matriculam adest capella filialis s. Joannis Baptistæ in Germerswünkhel, quæ hodie solummodo est capella campestris.

4. Ecclesia parochialis valde pulchra altaria habet tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Laurentii martyris. In eo asservatur Sanctissimum & coluntur particulæ de ossibus ss. Xysti & Laurentii martyrum ac præcipue de s. Cruce. — *Altare B^mæ^ Virginis.* Hic coluntur particulæ de ossibus ss. Joannis & Pauli martyrum nec non s. Floriani martyris & s. Francisci Xaverii **). — *Altare s. Sebastiani martyris* est privilegiatum ratione confraternitatis, ao. 1670 sub titulo ejusdem Sancti erectæ. In eodem altari coluntur particulæ de ss. Sebastiano, Maximiliano & Joanne Nepomuceno martyribus.

Divina hic ordinarie fieri solent in omnibus Dominicis ac diebus festivis, exceptis dedicationibus ac patrociniis ecclesiarum filialium, et exceptis festis ss. Joannis Baptistæ, Bartholomæi, Catharinæ et Innocentium martyrum. Acta visitalia de ao. 1705 notant hic missam hebdomadalem, die Sabbati vel alio dicendam. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Viti, patrocinium vero in festo s. Laurentii. — Baptisterium adest cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta copiosa & valde decora, et turris campanas tres benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Parocho & Præfecto electorali in Fridtberg ***). Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

*) IV. 609. **) IV. 610. ***) IV. 611.

Ecclesia filialis s. Joann. Bapt. prope Sittenbach.

5. Ecclesia modica, valde tamen decens, in colle & fundo alicujus coloni sita, absque cœmeterio & propria sacristia, habet unum altare, in honorem s. Joannis Baptistæ consecratum. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in Dominica infra octavam Ascensionis, patrocinium vero in festo s. Joann. Bapt., et singulis mensibus dicitur hic missa cum libera applicatione. Paramenta adsunt pro necessitate & in turri campanæ duæ benedictæ.

Ecclesia filialis s. Crucis in Orthoffen.

6. Ecclesia hæc satis ampla & reparata tria habet altaria*): Altare majus, dedicatum in memoriam & honorem inventionis s. Crucis & s. Helenæ, in quo solet asservari Sanctissimum & colitur particula de s. Cruce, altare s. Crucis & altare Matris dolorosæ.

Divina hic fiunt in festo inventionis s. Crucis, ubi hæc ecclesia frequentatur processionibus; item in festo ss. Petri & Pauli, et Dominica ante festum s. Galli. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis, sacristia etiam cum competentibus paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ respicit Parochus & Præfectus electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 1600 fl. ausmachen.

*Ecclesia filialis s. Leonardi in Rosspach***).*

7. Ecclesia inter rurales pulchrioris formæ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Leonardi Abbatis, de cujus ossibus hic asservatur particula, altare Bmæ Virginis assumptæ et altare s. Catharinæ Virginis martyris.

Res divina hic peragi solet in festis ss. Leonardi tanquam patroni, Martini, Catharinæ & Innocentium martyrum. Dedicatio incidit in Dominicam post octavam Corporis Christi. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet decentia paramenta et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Fridtberg***). Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Gabini in Weikhertshoffen †).

8. Ecclesia hæc valde pulchra habet altaria tria: Altare majus,

---

*) IV. 612. **) IV. 613. ***) IV. 614.

†) Ueber Weickertshofen (zum Unterſchiede von der oben §. 252. S. 311 beſchriebenen Pfarrey Oberweickertshofen — Unterweickertshofen genannt) ſehe man das oberbayer. Archiv (VII. 141—148). D.

dedicatum in honorem s. Gabini martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Sebastiani martyris & altare ss. 14 Auxiliatorum.

Divina hic peragi solent ordinarie in secunda Dominica. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Matthæi. Patrocinium celebratur in festo s. Gabini martyris, die 19. Febr. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta valde decentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ*). — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus & Dominus hoffmarchiæ Weikhertshoffen, qui est Dominus Comes de Khuen. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit ſich nit viel yber 300 fl. erſtrekhen.

*Ecclesia filialis s. Georgii in Grossen-Perghoffen**).*

9. In hoc loco ao. 1717 expositus fuit proprius Curatus, qui ad curam animarum dependenter tamen a Parocho admittitur. Zu Unterhaltung diſes Curati seu Cooperatoris ſolle Herr Pfarrer zu Sittenbach (vi decreti de dato 13 Febr. 1717 et 9 Martii 1719) alljährlich deme geben 150 fl., 2 Schäffel Korn, 1 Schäffel Waizen (welches Getraidt aber jetziger Herr Pfarrer verwaigert) nebſt der zu Großen-Berghoffen fallenden kleinen Stol und Kürch-Tracht-Laib. Die Gemaind aber alda gibet dem Curato alle Jahr 50 fl., überlaſſet ihme auch einen Garten und Anger und unterhaltet deſſen Wohnung. Vigore decreti de dato 9 Mart. 1719 fuit quidem***) Parocho concessa, sed necdum ab eodem exercita præsentatio hujus Curati. Modernus Curatus est R. Dominus Jacobus Hochenleuthner, ao. 1736 ad curam admissus. Dat pro juribus cancellariæ 6 fl. 45 kr. et ad episcopale seminarium 1 fl.

10. Ecclesia porro filialis in Grossen-Perghoffen belle renovata tria habet altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Georgii martyris. In eo asservatur Sanctissimum & colitur particula de cruce & cruore Domini, nec non de ossibus s. Georgii martyris. — *Altare B*[mæ] *Virginis sine labe conceptæ & altare s. Corbiniani Episcopi.*

Divina in hac ecclesia post erectam hanc Curatiam peraguntur in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio hujus ecclesiæ †) incidit in Dominicam post festum assumptionis B. M. V. Patrocinium celebratur in festo s. Georgii martyris. In actis visitalibus de ao. 1705 notatur hic obligatio legendi sacrum in hac ecclesia

*) IV. 615.

**) Ueber Berghofen ſehe man J. N. Buchinger's hiſtoriſche Nachrichten über das Landgericht Dachau im oberbayer. Archive (VI. 39. 40). D.

***) IV. 616. †) IV. 617.

singulis 14 diebus; nunc vero post erectam Curatiam ferme quotidie in eadem celebratur. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus in Sittenbach & Præfectus electoralis in Dachau. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet jeziger Zeit gegen 1200 fl. betragen.

---

§. 288.

Parochia Bmæ Virginis in Vœrnbach *).

1. Ex actu investituræ sub dato 28 Febr. 1689 collatæ colligitur, hanc Parochiam in alternis mensibus esse de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Valentinus Reittmair, ao. 1734 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et stola. Item adest ein zu diſer Pfarr gehöriges Widen-Güetl zu Flikhendorff. In veteri matricula de redditibus hujus Parochiæ legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 2 ℔. dl. Item ex missis hebdomadalibus & anniversariis 5 flor. Item omnes decimas majores et minores æstimat communibus annis ad 32 flor. Ex confessionalibus & stola 2 ℔ dl. Item in offertoriis & oblationibus ad 6 flor.* Parochus colligit in Parochia tertiam partem decimarum **), apud tres autem colonos capit integras decimas; in reliquis partibus condecimat Reverendissimum capitulum cathedrale Frisingense, et alicubi etiam certas decimas colligit nobilis Dominus Krai. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis ad 500 florenos creduntur posse ascendere. Onera Parochi sunt, ut solvat Domino Comiti de Törring in Pörnbach Tafelgelt 3 fl. (Widumb-Steur et Jäger-Gelt non solvitur), ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 15 kr. 1 dl. 1 hl. In veteri etiam matricula legitur: *Item valido viro Seuberstorffer*

---

*) IV. 619. — Vgl. §§. 398. 476. 683 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 286). — Bey dieſer Pfarrey ſtoßen die Grenzen der Diöceſen München-Freyſing, Augsburg und Regensburg zuſammen. Die augsburgiſche Stadtpfarrey Pfaffenhofen an der Ilm zieht ſich zwiſchen Vörnbach, Scheyern und Ilmmünſter in die Erzdiöceſe München und Freyſing herein. D.

**) IV. 620.

pro advocatia 2 flor. — Item habet Vicarium expositum in Paunzhausen, de quo infra. — Domus parochialis cum pertinentiis non habet graves defectus.

Communicantes hujus Parochiæ juncto Vicariatu Paunzhausen noviſsime 480 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Værnbach habet alias quatuor filiales, nempe*) Flikhendorff, Areshausen, Paunzhausen & Johannekh, quæ duæ ultimæ providentur per Vicarium ibi expositum.

4. Ecclesia parochialis, melioris inter rurales formæ, altaria habet quatuor: *Altare majus* est dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis, cujus statua beneficiis celebris est & publicis vicinorum processionibus visitatur. In eodem altari asservatur Sanctissimum. Item eadem ara diebus Sabbati privilegiata est ratione confraternitatis ss. Scapularis, authoritate episcopali hic introductæ, quæ regitur per proprium magistratum. — *Altaria s. Crucis, s. Laurentii martyris & s. Nicolai Episcopi.* — Item prope januam ecclesiæ adfuit altare s. Viti martyris, hodie destructum **).

5. Anno 1410 vitrici hujus ecclesiæ & communitas hujus loci fundaverunt Beneficium missæ quotidianæ, excepta una per hebdomadem die. Pro fundo assignaverunt prædium in Giggenbach, eine Hueb zu Walfherſpach, vierthalb Tagwerkh Wiſsmath zu Börnbach, eine Wiſen zu Freinhauſen; item zu Giggenbach 12 Mezen Korn auf der Sunderſtatt; item aus einer Hueb zu Perg 60 Münchner-Pfenning; item ein Haus und Hofſtatt zu Börnbach pro habitatione Beneficiati. Jus præsentandi reservatum fuit Herrn Heinrich dem Preyſinger und allen ſeinen Erben. Proventus hujus Beneficii circiter ascendunt ad 300 florenos, pro quibus hodie celebrat quatuor missas hebdomadales. Jus patronatus exercet hoc tempore illustrissimus Dominus Comes de Törring in Perchtenstain & Pörnbach. Modernus Beneficiatus est R. D. Martinus Rambsendaller, ao. 1719 investitus. Dat pro primis fructibus 15 fl. & ad episcopale seminarium 30 kr.

6. Divina præter missas beneficiales in hac ecclesia fiunt ordinarie duabus successive Dominicis & tertia in Flikhendorff. Item hic***) peraguntur omnia festa, exceptis feria III. Paschatis & festo Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica sexta post Pascha, patrocinium vero in festo assumptionis B. V. M. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia competentia habet paramenta et turris tres campanas benedictas. In ecclesia hac conspicitur sepultura Dominorum de Seyboltstorff. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus & Dominus loci hujus hoffmarchialis, qui defacto est illustrissimus Dominus Comes de Törring in Pœrnbach. Das

*) IV. 621. **) IV. 622. ***) IV. 623.

aigentliche Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Flikhendorff.

7. Ecclesia hæc honestæ structuræ altaria habet tria*): Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris, altare B^mæ Virginis & altare s. Petri Apostoli.

Divina hic fiunt ordinarie in tertia Dominica, item in feria tertia Paschatis & in festo ss. Innocentium martyrum. Dedicatio incidit in Dominicam post festum assumptionis B^mæ Virginis. Patrocinium celebratur in festo s. Margaritæ virginis martyris. — Cœmeterium hic habetur cum sepulturis. Sacristia competenter instructa est paramentis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Domini in Wollnzach, qui defacto est ipse Serenissimus Elector Bavariæ. Das aigentliche Vermögen diſes Gottshauſes iſt gleichfalls aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

*Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Areshausen**).*

8. Ecclesia hæc vilis structuræ, in loco sylvestri sita, altare habet unum, in honorem s. Joannis Baptistæ decollati dedicatum. — Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica ante festum s. Laurentii) et in festo decollationis s. Joann. Bapt. Item hic dicuntur quatuor missæ angariales ad intentionem fundatorum. — Cœmeterium nullum adest nec sacristia; paramenta enim potiora sumuntur ex ecclesia parochiali. Turris habet unam campanam benedictam. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho et a capitulo Collegiatæ Landishutanæ, quod in hoc loco juxta acta visitalia de ao. 1713 jurisdictionem temporalem prætendit. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt wegen Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

§. 289.

Vicariatus parochialis s. Stephani in Paunzhausen***).

1. Vicarius in Paunzhausen in veteri matricula vocatur Cooperator ecclesiæ filialis ibidem, quæ pertinet ad parochialem in

*) IV. 624. **) IV. 625.

**) IV. 627. — Vgl. §§. 393. 476. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 281). — Seit dem Jahre 1837 hat Paunzhauſen den Titel und Rang

Vœrnbach. Parochus in Vœrnbach præsentat hunc Vicarium suum, qui ab Episcopo perpetuatur. Modernus Vicarius est R. D. Jos. Hæberl, ao. 1710 perpetuatus. Non dat primos fructus, ad seminarium vero episcopale 1 fl. 30 kr.

2. Proventus hujus Vicariatus recipiuntur ex manso, ex decimis & stolæ accidentiis, nec non ex his, quæ Vicarius recipit ab ecclesia in Johannekh, de qua infra. Habet autem Vicarius in Johannekh omnes decimas, in Paunzhausen autem unam earum tertiam. Condecimat capitulum cathedr. Frisingense, Collegiata Monacensis et Dominus hoffmarchiæ Paunzhausen, qui defacto est Dominus Comes de Hörwarth. De proventibus Vicarii legitur in veteri matricula*): *Item decimas majores & minores circa dictam filialem provenientes æstimat ad 25 flor. In confessionalibus & stola 1 flor.* Integri proventus hujus Vicariatus creduntur melioribus annis 300 florenos facile posse transcendere. Vicarius antehac habitabat in Paunzhausen, nunc autem habet domum habitationis in Johann-Ekh, quæ cum pertinentiis non habet magnos defectus.

3. Ecclesia in Paunzhausen, noviter decore reædificata, necdum consecrata, quæ juxta veterem matriculam & prout supra jam notatum est, filialis est ad ecclesiam parochialem in Vœrnbach, habet tria altaria: *Altare majus* est erectum in honorem s. Stephani protomartyris. In eo asservatur Sanctissimum. Idem altare diebus Lunæ privilegiatum est ratione confraternitatis s. Stephani, hic authoritate ordinaria introductæ, quam regit Vicarius. — *Altaria s. Josephi & ss. 14 Auxiliatorum.*

Divina hic peraguntur ordinarie duabus**) successive Dominicis et tertia in Johannekh. Item hic in festis Apostolorum divina fiunt. Dedicatio hucusque celebrata fuit in Dominica III. post Pentecosten. Patrocinium celebratur in festo s. Stephani protomartyris. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia et in turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Domini hoffmarchialis hujus loci, qui defacto est Dominus Comes de Hörwarth. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 1419 fl. 31 kr. herausgeworffen.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Johannekh.

4. Ecclesia hæc, inter rurales valde elegans & decora, altaria

---

einer Pfarrey. Da das Beneficium in Johanneck mit der Pfarrey Paunzhauſen ſtändig verbunden iſt, ſo wechſelt bey der Beſetzung dieſer Pfarrey in der Ausübung des Präſentationsrechtes der Pfarrer von Vörnbach mit Sr. Maj. dem Könige nach den Erledigungsfällen ab. D.

*) IV. 628. **) IV. 629.

habet quatuor*): *Altare majus* est dedicatum in honorem Bmæ Virginis in cœlis coronatæ. In eo asservatur Sanctissimum. — *Altare Bmæ Virginis*, cujus statua in hac ara beneficiis ab antiquissimis temporibus jam clarescit & multis publicis processionibus colitur. — *Altaria s. Annæ & s. Nicolai Episcopi.*

Divina hic ordinarie fiunt in tertia Dominica & in festis Bmæ Virginis; item in festis Corporis Christi, Cœnæ Domini & Dominica Resurrectionis; in festis ss. Joannis Bapt. & Evangelistæ et in aliis festis per annum, exceptis Apostolorum. Dedicatio celebratur in feria III. Pentecostes. Item juxta acta visitalia in hac ecclesia solet peragi a parochianis communio paschalis, benedictio candelarum & palmarum**). Item ad aram Bmæ Virginis laterale adest Beneficium manuale duarum missarum hebdomadalium, quas Vicarius parochialis applicat pro benefactoribus & ab hac ecclesia recipit 52 florenos. Non reperitur fundatio hujus Beneficii. — Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia provisa est paramentis decoris. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem et Præfectum electoralem in Crandtsperg. Das Vermögen diſes Gottshauſes hat ſich in letzter Rechnung auf 3543 fl. 26 kr. 3 hl. erſtrecket.

---

§. 290.

Parochia s. Corbiniani in Westerholzhausen***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Bernardus Stängel, ao. 1729 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et accidentiis stolæ. In veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus 20 β. dl. Item in omnibus majoribus & minoribus decimis circiter 40 flor., ex confessionalibus & stola 2 flor.* Parochus recipit integras decimas, et integri ejus proventus melioribus annis creduntur ascendere ad 600 florenos. — Inter onera Parocho in-

---

*) IV. 630. **) IV. 631.

***) IV. 633. — Vgl. §§. 399. 481. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 287. 288). D.

cumbentia ponit antiqua matricula: *Præposito in Inderstorff Vogtey 1 Schäffel Haabern.* Widumb-Steur ......, cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 15 kr. 1 dl. 1 hl., ad*) seminarium episcopale 2 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis non quidem patitur graves defectus, nec tamen est commoda habitatio.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 192 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Westerholzhausen non habet aliam ecclesiam filialem.

4. Ecclesia parochialis, nunc reparata & communis inter rurales structuræ, altaria habet quatuor: Altare majus, dedicatum in honorem s. Corbiniani, altare B^mæ^ Virginis, altare s. Catharinæ et altare Corporis Christi.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio incidit in Dominicam ....**). Patrocinium celebratur in festo s. Corbiniani. Item***) acta visitalia de ao. 1705 notant hic duas missas hebdomadales cum libera applicatione. Adest etiam hic *confraternitas* Corporis Christi, quæ administratur cumulative a Parocho & Præfecto elect. in Crandtsperg. Das Vermögen dieſer Bruderſchaft hat ſich in letzter Rechnung auf 352 fl. 27 kr. 6 hl. beworffen. — Baptisterium in hac ecclesia adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta sufficientia et in turri sunt campanæ duæ benedictae. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Crandtsperg. Das Vermögen dieſes Pfarr-Gottshauſes hat in letzter Rechnung 1050 fl. 51 kr. 4 hl. betroffen.

---

§. 291.

Parochia s. Bartholomæi in Wollenmos†).

1. Hæc Parochia est de præsentatione Abbatissæ et conventus ordinis s. Benedicti in Küebach. — Moderus Parochus est R.

---

*) IV. 634.

**) Nach der Pfarrbeſchreibung vom Jahre 1817 fällt das Kirchweihfeſt auf den Sonntag nach Bartholomä. D.

***) IV. 635.

†) IV. 637. — Vgl. §§. 399. 492. 683 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 288). D.

D. Joannes Tramer, ao. 1708 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. Parochus colligit solummodo quartam partem decimarum, reliquas partes recipit monasterium in Altomünster. Integri proventus hujus Parochiæ vix ad 400 florenos ascendent. In veteri matricula legitur: *Item omnes decimas majores frumentorum æstimat ad 32 flor. In confessionalibus & stola vix 1 flor.* Parochus solvit Widumb-Steur 5 fl. 6 kr., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 15 kr. 1 dl. 1 hl., ad seminarium episcopale 1 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis est honesta habitatio *).

Communicantes hujus Parochiæ novissime 145 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Wollenmos non habet aliam ecclesiam filialem.

4. Ecclesia parochialis est communis inter rurales structuræ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Bartholomæi Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis & altare s. Antonii de Padua.

Divina hic ordinarie solent peragi in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Galli. Patrocinium celebratur in festo s. Bartholomæi. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta sufficientia & turris duas campanas benedictas **). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & electoralis Præfecti in Aichach. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

*) IV. 638. **) IV. 639.

Index Vol. IV.

Ackhersdorff, eccl. fil. p. 491. §. 268. n. 7. Adelshoffen, Par. p. 117. §. 233. Adling, fil. p. 378. §. 260. n. 8. Aich, fil. p. 216. §. 242. n. 8. Ainhoffen, fil. p. 566. §. 279. n. 12. St. Alban, fil. p. 52. §. 226. n. 8. Alberspach, fil. p. 564. §. 279. n. 10. Altenburg, fil. p. 404. §. 262. n. 5. Altfalterbach, fil. p. 60. §. 227. n. 6. Altomünster, Par. p. 497. §. 269. Alxing, fil. p. 422. §. 264. n. 5. Andorff, fil. p. 54. §. 226. n. 9. Anshoffen, fil. p. 180. §. 239. n. 12. Apperstorff, fil. p. 58. §. 227. n. 5. Arenzell, fil. p. 563. §. 279. n. 9. Areshausen, fil. p. 625. §. 288. n. 8. Areswand, fil. p. 51. §. 226. n. 8. Armetshoffen, fil. p. 237. §. 245. n. 5. Arnbach, Par. p. 129. §. 234. Aspach, Par. p. 503. §. 270. Assling, fil. p. 390. §. 261. n. 6. Attenhausen, fil. p. 4. §. 221. n. 5. Aufhausen, fil. p. 494. §. 268. n. 9. Aufkirchen ad Maysach, Par. p. 137. §. 235.

Babenriedt, fil. p. 213. §. 242. n. 6. Berganger, fil. p. 439. §. 265. n. 6. Biberg, fil. p. 441. §. 265. n. 8. Biburg, fil. p. 245. §. 247. n. 7. Bischlstorff, Par. p. 515. §. 272.

Capellberg, cap. p. 204. §. 241. n. 8. Catharinazell, fil. p. 22. §. 223. n. 5.

Dattendorf, fil. p. 364. §. 259. n. 6. Diepoltshoffen, fil. p. 224. §. 243. n. 5. Dietenhausen, cap. p. 280. §. 250. n. 11. Dobelberg, fil. p. 379. §. 260. n. 9. Dorffen, fil. p. 393. §. 261. n. 8. Dræxel, fil. p. 415. §. 263. n. 6. Dürrnseyboltstorff, fil. p. 68. §. 228. n. 7.

Eberspach, fil. p. 493. §. 268. n. 8. Ebersperg, Par. p. 355. §. 258. Ebertshausen, Par. p. 147. §. 236. Edenholzhausen, fil. p. 132. 490. §. 234. n. 5. §. 268. 6. Egeltsried, fil. p. 489. §. 268. n. 5. Egenburg, Par. p. 151. §. 237. Eggelburg, fil. p. 356. §. 258. n. 5. Eggenhausen, fil. p. 67. §. 228. n. 6. Eggenhoffen, Par. p. 157. §. 238. Eggerstorff, fil. p. 6. §. 221. n. 6. Einspach, Par. p. 165. §. 239. Eisen-

hoffen, fil. p. 469. §. 266. n. 5. 6. Eittling, fil. p. 425. §. 264. n. 7. Emering, Par. p. 183. §. 240. p. 359. §. 259. Engelmenning, fil. p. 416. §. 263. n. 7. Engelstorff, fil. p. 40. §. 225. n. 7. Englertshoffen, fil. p. 143. §. 235. n. 7. Essenbach, fil. p. 276. §. 250. n. 7. Esterndorff, fil. p. 368. §. 259. n. 8. Esting, fil. p. 187. §. 240. n. 6. 7. Exing (Grafing), Par. p. 333. §. 257.

Falkhenberg, cap. p. 408. §. 262. n. 9. Flickhendorff, fil. p. 623. §. 288. n. 7. Frauen-Neuharting, fil. p. 338. §. 257. n. 6. Frauenreith, fil. p. 375. §. 260. n. 6. Fraunberg, fil. p. 225. §. 243. n. 6.

Gammelstorff, Par. p. 19. §. 223. Gegenpoint, fil. p. 190. §. 240. n. 8. Gelberstorff, fil. p. 66. §. 228. n. 5. Georgenberg, fil. p. 381. §. 260. n. 12. Geretshausen, fil. p. 512. §. 271. n. 5. Germerschwang, fil. p. 114. §. 232. n. 9. Gerolspach, Par. p. 509. §. 271. Gindlkoffen, Par. p. 1. §. 221. Ginzlhoffen, Par. p. 93. §. 231. Glon, Par. p. 369. §. 260. Glon, fil. p. 559. §. 279. n. 6. Glonpercha, fil. p. 506. §. 270. n. 5. Græfing, fil. p. 333. §. 257. n. 11. Grasselfing, cap. p. 192. §. 240. n. 10. Grossen-Perkhoffen, fil. p. 615. §. 287. n. 9. Grunerzhoffen, fil. p. 117. §. 233. n. 5. Gundackherstorff, fil. p. 491. §. 268. n. 7.

Hadersried, cap. p. 281. §. 250. n. 12. Haging, fil. p. 343. §. 257 n. 9. Hannshoffen, fil. p. 100. §. 231. n. 7. p. 298. §. 253. n. 6. Hareszell, fil. p. 562. §. 279. n. 8. Haslbach, fil. p. 376. §. 260. n. 7. p. 414. §. 263. n. 5. Hattenhoffen, fil. p. 98. §. 231. n. 6. Haunstetten, Par. p. 519. §. 273. Hergoltshausen, Par. p. 43. §. 226. Herrnzell, fil. p. 97. §. 231. n. 5. Herschenhausen (Hirschenhausen) Par. p. 529. §. 275. Hettenzhausen, Par. p. 525. §. 274. Hirtlbach, Par. p. 465. §. 266. Hochenthan, fil. p. 437. §. 265. n. 5. Hoffen, Par. p. 195. §. 241. Holzen, Par. p. 385. §. 261. n. 5. Hueb, cap. p. 326. §. 255. n. 9.

Jesewang, Par. p. 207. §. 242. Jetzendorff, Par. p. 533. §. 276. n. 5—8. Ilmberg, fil. p. 587. §. 282. n. 6. Ilmmünster, Par. p. 543. §. 277. Ilmriedt, fil. p. 584. §. 277. n. 6. Inderstorff, Par. p. 557. §. 279. Innerthann, fil. p. 448. §. 265. n. 14. Inzkoffen, fil. p. 61. §. 227. n. 7. Johanneck, fil. p. 629. §. 289. n. 4. Isareck, cap. p. 74. §. 229. n. 5.

Klain-Perkhoffen, Par. p. 595. §. 284. Kottalting, Par. 195. §. 241. Kottgeisering, fil. p. 201. §. 241. n. 6.

Lampertshausen, Par. p. 571. §. 208. Lampferting, fil. p. 362. §. 259. n. 5. Langenpettenbach, fil. p. 561. §. 279. n. 7. Lappach, fil. p. 262. §. 248. n. 5. Lauterbach, fil. p. 177 (§. 239. n. 10.) et 321.

(§. 255. n. 5.). Lindach, fil. p. 227. §. 243. n. 7. Loitherstorff, fil. p. 397. §. 261. n. 11. Lorenzenberg, fil. p. 396. §. 261. n. 10. Luthenwang, fil. p. 124. §. 233. n. 7.

Machtenstein, fil. p. 278. §. 250. n. 9. Mailling, fil. p. 447. §. 265. n. 13. Maisach, Par. p. 221. §. 243. Malching, Par. p. 229. §. 244. Mamendorff, Par. p. 105. §. 232. Margarethenriedt, Par. p. 11. §. 222. Maria-Birnbaum, fil. p. 479. §. 267. n. 7. Maurn, Par. p. 25. §. 224. Maurn, fil. p. 203. §. 241. n. 7. Meilertskirchen, fil. p. 323. §. 255. n. 7. Miegerspach, fil. p. 277. §. 250. n. 8. Mosach, Par. p. 401. §. 262. Mosen, fil. p. 342. §. 257. n. 8.

Nanhofen, fil. p. 110. §. 232. n. 6. Nassenhausen, fil. p. 123. §. 233. n. 6. Neuharting, fil. p. 395. §. 261. n. 9. Niclasreith, fil. p. 392. §. 261. n. 7. Niderroth, Par. p. 591. §. 283. Niderscheurn, fil. p. 605. §. 286. n. 4. Niderthan, Vic. p. 553. §. 278.

Oberhausen, fil. p. 522. §. 273. n. 5. Obermarbach, Vic. p. 579. §. 281. Oberndorff, Par. p. 411. §. 263. Oberroth, Par. p. 233. §. 245. Oberumbach, fil. p. 279. §. 250. n. 10. Oberweickhertshoffen, Par. p. 289. §. 252. Odelzhausen, fil. p. 273. §. 250. n. 5. Oellkhoffen, fil. p. 348. §. 257. n. 12. 13. Olching, fil. p. 186. §. 240. n. 5. Ortthoffen, fil. p. 611. §. 287. n. 6. Osterholzen, fil. p. 154. §. 235. n. 7. Ottmershardt, fil. p. 565. §. 279. 11.

Paindorff, fil. p. 586. §. 282. n. 5. Palsweis, fil. p. 175. §. 239. n. 9. Pauhoffen, fil. p. 428. §. 264. n. 10. Paumgarthen, fil. p. 49. §. 226. n. 7. Paunzhausen, Vicar. p. 627. §. 289. Peretshoffen, fil. p. 111. §. 232. n. 7. Perkhoffen, fil. p. 424. §. 264. n. 6. p. 615. §. 287. n. 9. Petersberg, fil. p. 285. §. 251. n. 5. Petershausen, Par. p. 599. §. 285. Peterswahl, fil. p. 15. §. 222. n. 6. Pettkirchen, fil. p. 218. §. 242. n. 9. Peuern, fil. p. 373. §. 260. n. 5. Pfaffenhofen, fil. p. 112. §. 232. n. 8. p. 477. §. 467. n. 6. Pfaffenhofen ad Glon, Par. p. 239. §. 246. Pfaffing, Par. p. 245. §. 247. Pirndorff, fil. p. 38. §. 225. n. 6. Pischlstorff, Par. p. 519. §. 272. Pöttenbach, fil. p. 561. §. 279. n. 7. Pogenriedt, fil. p. 297. §. 253. n. 5. Poigern, fil. p. 160. §. 238. n. 5. Priel, Par. p. 63. §. 228. Pruckh, Par. p. 245. §. 247. p. 419. §. 264. Pruckhberg, fil. p. 8. §. 221. n. 8. (cf. Pauhoffen §. 264. n. 10). Pruckhberg, Par. p. 83. §. 225. Prunberg, cap. p. 287. §. 251. n. 6. Puech, fil. p. 214. §. 242. n. 7. Puedenhoffen, fil. p. 426. §. 264. n. 8.

Ramerzhoffen, fil. p. 142. §. 235. n. 6. Reichertshausen, Vic. p. 583. §. 282. Reicherstorff, fil. p. 7. §. 221. n. 7. Rockhenstain, fil. p. 191. §. 240. n. 9. Rohrstorff, fil. p. 446. §. 265. n. 12. Rospach, fil. p. 613. §. 287. n. 7. Rottbach, Par. p. 259. §. 248. Rumperskirchen, fil. p. 500. §. 269. n. 6.

Schekhenhoffen, fil. p. 29. §. 224. n. 5. Scheurn, Par. p. 603. §. 286. Schœnau, Par. p. 433. §. 265. Schœngeising, fil. p. 252. §. 247. n. 6. Schwabhausen, Par. p. 265. §. 249. Schwainbach, fil. p. 146. §. 235. n. 5. Schwarzerstorff, fil. p. 14. §. 222. n. 5. Schweinerstorff, Par. p. 55. §. 227. Sensau, fil. p. 323. §. 255. n. 6. Siechelstetten, fil. p. 17. §. 222. n. 7. Siellenbach, Par. p. 473. §. 267. Sindlhausen, fil. p. 444. §. 265. n. 10. Sittenbach, Par. p. 607. §. 287. Sœhl, fil. p. 440. §. 265. n. 7. Sonnenhausen, fil. p. 380. §. 260. n. 10. Soyen, fil. p. 337. §. 257. n. 5. Spillberg, cap. p. 101. §. 231. n. 8. Stainhausen, fil. p. 381. §. 260. n. 11. Stainhœring, Par. p. 317. §. 255. Stainkirchen, Par. p. 385. §. 261. n. 4. Stainkirchen, fil. p. 575. §. 280. n. 5. Stephansberg, fil. p. 144. §. 235 n. 8. Strassbach, fil. p. 568. §. 279. n. 13. Straussdorf, Par. p. 329. §. 256. Sulzemos, Par. p. 269. §. 250.

Tachlaching, fil. p. 427. §. 264. n. 9. Tegernau, fil. p. 341. §. 257. n. 7. Tenzelkirchen, fil. p. 48. §. 226. n. 5. Thall, fil. p. 443. §. 265. n. 9. Thann, Vic. p. 553. §. 278. Thonndorff, Par. p. 75. §. 230. Tuelbach, fil. p. 41. §. 225. n. 8. Tulling, fil. p. 325. §. 255. n. 8.

Ueberacker, fil. p. 171. §. 239. n. 6. Unterlappach, fil. p. 262. §. 248. n. 5. Unterumbach, fil. p. 242. §. 246. n. 5.

Volkherstorff, Par. p. 533. §. 276. Volkhmannstorff, Par. p. 71. §. 229. Vörnbach, Par. p. 619. §. 288.

Wahl, fil. p. 15. §. 222. n. 6. Waiderskirchen, fil. p. 445. §. 265. n. 11. Walkhershoffen, Par. p. 283. §. 251. Waltenhoffen, fil. p. 242. §. 252. n. 5. Weicharn, cap. p. 162. §. 238. n. 6. Weichs, Par. p. 483. §. 268. Weickhertshoffen, Par. p. 289. §. 252. fil. p. 614. §. 287. n. 8. Weittenriedt, cap. p. 243. §. 246. n. 6. Welshoven, Par. p. 295. §. 253. Wenigmünchen, Par. p. 301. §. 254. Westerholzhausen, Par. p. 633. §. 290. Weyarn, fil. p. 133. §. 234. n. 6. Widenzhausen, fil. p. 174. §. 239. n. 8. Wildenholzen, cap. p. 429. §. 264. n. 11. Willerstorff, fil. p. 30. §. 224. n. 6. Wollenmos, Par. p. 651. §. 291.

Zeidlbach, fil. p. 490. §. 269. n. 5. Zell, fil. p. 22. §. 228. n. 5. p. 257. §. 247. n. 9. Zinnenberg, cap. p. 382. §. 260. n. 13.

Matricula

seu

plena descriptio dioecesis frisingensis.

Vol. V.

Continens Decanatus rurales Inkoviensem, Ramerstorffensem, Schwabensem et Tœlzensem.

Anno MDCCXL.

XII.

DECANATUS RURALIS

PERGENSIS

SEU

INKOVIENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

S. JUDAE THADDAEI APOSTOLI.

Parochiæ
Decanatus ruralis Inkoviensis.

	Pag.	§.
Ambs *(Abens)*	49.	296.
Attenkirchen	37.	295.
Kirchdorff	59.	297.
Nandelstatt	75.	298.
Pergen seu Inkhoffen	1.	292.
Reichertshausen	13.	293.
Schweidenkirchen	81.	299.
Wolferstorff	91.	300.
Wanckhenbach	101.	301.
Zolling	19.	294.

§. 292.

Parochia s. Martini Episcopi in Pergen*).

1. Hæc Parochia in veteri matricula dicitur esse de præsentatione Abbatissæ monasterii zu der Seeligen-Porten, ord. Cisterciensis, Eistettensis Diœcesis, et ex actis ecclesiasticis habetur, eandem Parochiam ao. 1361 a Paulo Episcopo Frisingensi, consentiente Serenissimo Stephano Duce Bavariæ et capitulo cathedralis ecclesiæ Frisingensis eidem monasterio fuisse unitam et incorporatam. Cum vero successive monasterium Seeligen-Porten authoritate Sedis Apostolicæ supprimeretur et pro fundatione novi monasterii monialium ordinis de visitatione Bmæ Virginis in urbe Amberg transferretur, supplicavit sæpius Superiorissa hujus monasterii pro recognitione respective restitutione unionis et incorporationis hujus Parochiæ, cujus tamen negotii finalis decisio dilata fuit in casum et tempus proximæ vacaturæ ejusdem Parochiæ. Interea colligitur ex libris investiturarum, in libera collatione memoratæ Parochiæ**) et præsentatione ad eandem inter Serenissimum Electorem Bavariæ et Ordinarium Frisingensem hactenus fuisse observatos menses alternos. — Modernus Parochus est R. D. Joann. Franc. Zangmeister, hujus capituli ruralis Decanus, ao. 1691 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola, de quibus in veteri matricula ita legitur: *Item in fixis redditibus 12 flor., in anniversariis et missis hebdomadalibus ad 6 flor. Item in decimis majoribus et minoribus ad 6 flor. Item in confessionalibus 3 flor. Item habet prædium et decimas extra Parochiam in Tanstetten, ex quibus communibus annis ad 27 flor. habet.* Adsunt juxta acta visitalia de ao. 1732 novem prædia pertinentia ad redditus hujus Parochiæ, nempe der ganze Widenhoff zu

---

*) V. 1. — Vgl. §§. 387. 458. 681, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 15 u. 16) und v. Obernbergs Reiſen durch den Iſarkr. (III. 41. 49. 52). — Wegen der ſeit der Organiſation der Stadtpfarrey Moosburg und der Auflöſung des Vicariates Thonſtätten mit der Pfarrey Inkofen vereinigten Filiale Amper (§. 100. n. 3) bedarf jetzt der Pfarrer von Inkofen zweyer Hülfsprieſter. — Das Beſetzungsrecht wird nunmehr in jedem Erledigungsfalle als landesherrlich behauptet. D.

**) V. 2.

Mitter-Wankhenbach, der halbe Thürmayrhof zu Thonſtätten, das Widenguet oder halber Hof zu Inkhoffen, das Holzner-Haimbeth zu Ober-Ampach, die Obermayr-Sölden zu Nider-Ampach, das Widenguet zu Pergen, das***) Wagnerguet zu Unter-Wankhenbach, ein Tagwerkerhäuſl zu Unterwankhenbach. Nonum prædium non invenitur expressum in actis visitalibus. Juxta eadem acta visitalia gaudet Parochus tertia decimarum parte per totam Parochiam. Condecimatores adsunt Parochus ad s. Jodocum Landishuti, collegium soc. Jesu ibidem, Dominus Baro Mændl et Parochus in Oberwankhenbach. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur ascendere ad 1000 fl. et ultra. Econtra tenetur Parochus tenere Cooperatorem eique victum ac salarium præstare. Item gibet Pfarrer die Ehehaft dem Baader und Schmidt, hat auch die Schar-Werk gleich denen Baurn zu verrichten, wie in denen letztangemerkhten Viſitationsacten angemerkht zu ſehen. Ad seminarium episcopale solvit Parochus 5 florenos, cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 43 kr. 1 hl. Antiqua matricula memorat etiam: *ad Landshuet Jägergelt 12 β dl.* — Domus parochialis, quæ sita est in pago Inkhoffen, ubi Parochus habitat, cum pertinentiis etiamnum honestæ est structuræ.

Communicantes**) hujus Parochiæ in ultima descriptione 780 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Pergen habet quatuor alias ecclesias filiales, nempe in Inkhoffen, Feldtkirchen, Haslbach et Mitter-Wankhenbach.

4. Ecclesiæ parochialis prædictæ fabrica firma est, sed angusta. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum et colitur authentica particula s. Crucis, altare ss. Trinitatis et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic fiunt ordinarie duabus Dominicis sibi succedentibus, item in omnibus festis solennioribus Domini et Apostolorum. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Jacobi, patrocinium vero in festo s. Martini***). Item tenetur Parochus in hac ecclesia parochiali celebrare missam hebdomadalem, cum libera tamen applicatione, uti dixit in visitatione de ao. 1732. — Baptisterium cum sacris oleis hic habetur. Cœmeterium etiam adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis necessariis. In turri pendent tres campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Parochum et Præfectum electoralem Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit yber 650 fl. erſtreckhen.

---

*) V. 3. **) V. 4. ***) V. 5.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Inkhoffen.

5. Ecclesiae hujus fabrica inter rurales communis est structuræ, reparatione indigentis. Habet tria altaria*): Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare Bmæ Virginis et altare s. Antonii de Padua. Anno 1733 authoritate ordinaria hic fuit introducta *confraternitas* s. Joannis Nepomuceni, quæ regitur per proprium magistratum et habet altare hoc s. Antonii de Padua, in quo nunc colitur imago s. Joannis Nepomuceni, privilegiatum diebus Mercurii pro defunctis ex eadem confraternitate.

Divina hic peraguntur ordinarie duabus Dominicis sibi succedentibus, tertia vero ad parochialem ecclesiam hujus pagi incolæ solent concurrere. Festa Apostolorum alternative celebrantur hic et in ecclesia filiali Feldtkirchen. Item vi recessus de ao. 1666 tenetur hic Parochus celebrare missam hebdomadalem cum libera tamen (ut asserit) applicatione. Dedicatio incidit in Dominicam post**) festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo s. Michaelis celebratur. Item juxta acta visitalia de ao. 1706 octava Corporis Christi in hac ecclesia peragitur. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis, et in hac ecclesia conspiciuntur sepulturæ familiæ Schrenkianæ. Aqua etiam baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri pendent tres campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Parochum et Dominum hoffmarchialem in Inkhoffen, ubi tamen a multis jam annis ratiocinia non sunt rite confecta, nec eorum extractus extraditi, qua de causa coram regimine Landishutano etiamnum pendet causa indecisa.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Feldtkirchen.

6. Ecclesia hæc est antiquæ et firmæ structuræ. Habet quinque altaria***): *Altare majus* est dedicatum in honorem Bmæ Virginis. In eo asservatur Sanctissimum. — *Altare s. Annæ.* Hoc altare privilegiatum est diebus Lunæ pro confraternitate s. Annæ, jam antiquitus hic introducta et per proprium hucusque magistratum regi solita. Habetur ex actis visitalibus, intuitu hujus confraternitatis bis hebdomadatim hic sacrificari, semel pro vivis et semel pro defunctis. Colitur etiam authentica particula de ossibus s. Annæ. — *Altare s. Margaritæ virginis martyris, altare ss. Sebastiani et Rochi et altare ss. Felicis et Adaucti.*

Divina hic fiunt ordinarie duabus Dominicis sibi succedentibus. Item hic peraguntur festa Bmæ Virginis, excepta die purificationis, quæ celebratur in ecclesia parochiali. Festa Apostolorum hic cele-

---

*) V. 6. **) V. 7. ***) V. 8.

brantur alternative*) cum ecclesia filiali in Inkhoffen. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum assumptionis B. V. M. — Hic etiam asservatur aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium etiam adest cum ossuario et sepulturis. In eodem cœmeterio ante aliquos annos *capella* ædificata et in ea erectum fuit altare in honorem s. Crucis, necdum consecratum. Sacristia provisa est paramentis competentibus. Turris continet campanas quatuor benedictas. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum loci et Præfecturam Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gotts-hauſes ſolle ſich diſer Zeit yber 3000 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Sixti in Haslbach.

7. Ecclesia hæc quoad fabricam vilis est. Adsunt tamen tria altaria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Sixti Pontificis martyris, altare ss. Viti et Ursulæ martyrum et altare ss. Nicolai et Ottiliæ.

Anno 1402 Joannes Haagstorffer in hac ecclesia fundavit missam hebdomadalem, die Jovis a Parocho celebrandam, item in singulis angariis vigilias et duas missas, in ecclesia parochiali ab eodem peragendas, item die Lunæ post festum conversionis s. Pauli cum vigiliis missas duas. Pro fundo suarum piarum dispositionum assignavit Parocho in Pergen seu Inkhoffen ſeine eigene Hueb, gelegen zu Thanſtetten, und den Zechent allda und zu Seyboltſtorf; atque ut hæ fundationes imposterum diligenter observentur***), specialiter sub dato 22. Aug. ao. 1689 injunctum fuit Parocho.

Divina alias in hac ecclesia filiali peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Laurentii; item in festo patrocinii s. Sixti ac in festis ss. Marci, Viti, Laurentii, Ursulæ, Nicolai, Innocentium martyrum et Sylvestri. — Cœmeterium non adest. Sacristia exigua habet paramenta tantum necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventuum administratio est sub cumulativa cura Parochi et Præfecti electoralis Mospurgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit yber 1100 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Agathæ virg. mart. in Mitterwankhenbach.

8. Hæc ecclesia vilis structuræ habet altare unum, in honorem s. Agathæ dedicatum†). Divina juxta acta visitalia peraguntur in dedicatione, quæ celebratur Dominica ante festum s. Michaelis, in festo s. Agathæ virginis martyris et ss. Innocentium martyrum. Insuper juxta acta visitalia de ao. 1706 ex fundatione Wilhelmi Jacobi Sorhamer, Parochi in Pergen et Inkhoffen, pro anima miserrima in purgatorio celebratur annua missa. — Cœmeterium non adest nec

---

*) V. 9. **) V. 10. ***) V. 11. †) V. 12.

sacristia, sed paramenta mutuantur ex ecclesia filiali Inkhoffen. In turri pendent duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus loci et Præfectus electoralis Mospurgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit yber 550 fl. betreffen.

---

§. 293.

Parochia s. Stephani protomartyris in Reichertshausen *).

1. Hæc Parochia in veteri matricula dicitur esse de præsentatione Ducis in Landshuet. Ex libris investiturarum colligi potest, eandem Parochiam in alternis mensibus esse de libera collatione Episcopi Frisingensis **) et de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. — Modernus Parochus est R. D. Joannes Matthæus Weiss, ao. 1704 investitus, hujus capituli ruralis Camerarius. Dat pro primis fructibus 12 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ desumuntur ex manso parochiali, decimis et stola, quæ etiam in veteri matricula confessionalia includit. Eadem matricula de redditibus parochialibus ita habet: *Item in fixis redditibus ex prædio dotali, quod locaverit, 3 ℔ dl. Item ex missis hebdomadalibus ***) 10 β dl., ex anniversariis 2 ℔ dl., item decimas majores et minores communibus annis æstimat ad 18 flor.* Vigore actorum visitalium de ao. 1706 et 1711 proventus Parochi maxime consistunt in integris ferme decimis totius Parochiæ; interea tamen in campo versus Nandlstatt adsunt duo condecimatores, nempe Dominus Baro Lösch in Wolferstorf et Parochus in Attenkirchen, qui in certis quibusdam agris colligunt integras decimas: econtra Parochus in Reichertshausen a rustico quodam Riedmayr, qui pertinet ad Parochiam Attenkirchen, in certis quibusdam agris solus colligit decimas. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur ascendere ad 500 florenos. Widumb-Steur et Jäger-Gelt nunc non præstat Parochus, etiamsi in veteri matricula legatur: *Item Jäger-Gelt ad Landshuet 6 β dl.* Ad seminarium vero epi-

---

*) V. 13. — Vgl. §§. 394. 460. 681 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 17 und 18). D.

**) Das freye biſchöfliche Collationsrecht findet jetzt nicht mehr ſtatt, ſondern es wird in jedem Erledigungsfalle von dem Landesherrn präſentirt. D.

***) V. 14.

scopale solvit Parochus 2 fl., cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis frising. 43 kr. 1 hl. — Domus parochialis cum suis pertinentiis non patitur singularem*) defectum.

Communicantes in hac Parochia novissime numerati sunt 227.

3. Ecclesia parochialis in Reichertshausen habet unam ecclesiam filialem in Pfedrach.

4. Ecclesiæ parochialis fabrica honesta est. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Laurentii martyris et altare s. Ursulæ.

Divina hic fiunt in omnibus diebus festivis, exceptis feriis tertiis Paschatis et Pentecostes et ss. Innocentium martyrum. Item in Dominicis hic divina peraguntur, excepta Dominica tertia, qua in Pfedrach**) sacra fiunt. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo s. Stephani protomartyris. Item juxta acta visitalia tenetur Parochus hic omni die Sabbati celebrare missam. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis necessariis. Turris continent campanas duas benedictas. — Proventuum ecclesiæ administratio est penes Parochum et Præfecturam Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 1800 fl. auswerffen.

Ecclesia filialis s. Lantperti in Pfedrach.

5. Ecclesia hæc angusta et exiguæ fabricæ unicum habet altare, in honorem s. Lantperti Episcopi dedicatum, in quo tempore maturescentium frugum solet etiam asservari Sanctissimum***). — Divina hic peraguntur tertia semper Dominica et in feria tertia Paschatis et Pentecostes ac in festo ss. Innocentium martyrum. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Laurentii, patrocinium vero celebratur in festo s. Lantperti Episcopi. Item hic juxta acta visitalia Parochus tenetur diebus Veneris dicere missam hebdomadalem. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri pendent campanæ duæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Parochum loci et Dominum hoffmarchialem in Au, qui defacto est Dominus Comes de Tœrring. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte der Zeit ſich auf 450 fl. belauffen.

---

*) V. 15. **) V. 16. ***) V. 17.

§. 294.

Parochia s. Joannis Baptistæ in Zolling*).

1. Hæc Parochia, incorporata Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi, juxta veterem matriculam est de collatione et plena dispositione ejusdem capituli, quod Episcopo præsentat Vicarium parochialem pro admissione ad curam eumque vel investire vel perpetuare solet. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Martinus Reiser, ao. 1713 ad curam admissus. Dat pro juribus cancellariæ 9 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. In antiqua matricula sic legitur: *Ex confessionalibus ad 4 flor. Item habet in firmis redditibus ex prædiis dotalibus ad 6 flor., ex missis hebdomadalibus 2 ℔ dl. Item dicta sua ecclesia est dicto capitulo Frisingensi incorporata pro 53* Mittel Waizen *et officiali dicti capituli* ain Fueder Heu. Hodie memoratum Reverendissimum capitulum**) cathedrale Vicario parochiali assignavit suam congruam, etiam ut Cooperatori, qui in loco tenendus est, victum et salarium præstare valeat, reliquis fructibus parochialibus sibi retentis. De oneribus ex hac Parochia annuatim præstandis habetur in citata veteri matricula: *Item Jäger-Gelt ad Landhuet 2 flor.* Ad seminarium episcopale Vicarius solvit 3 florenos, cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis Frisingensis 43 kr. 1 hl. Juxta acta visitalia de anno 1732 Parocho in Wankhenbach solvendi sunt annui 30 floreni, damit diſer allwegen am dritten Sonntag, dann an denen Frauen= und Apoſteltägen die Gottes=Dienſt zu Gerlhauſen halte. Condecimatores adsunt tres, nempe in pago Zolling Collegiata s. Viti Frisingæ, in Thonhausen Dominus Baro Lösch de Wolferstorff et in Thann et Gerlhausen Dominus Comes de Lodron de Haag. — Domus parochialis cum pertinentiis est etiamnum tolerabilis structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ***) novissime 1165 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Zolling præter novam capellam in pago Flützing et capellam in arce Haag habet alias septem ecclesias filiales, nempe in Oberzolling, Harthausen, Thonhausen, Thann, Gerlha usen, Haag, Unter-Wankhenbach.

---

*) V. 19. — Vgl. §§. 400. 455. 681, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 19 — 21) und v. Obernbergs Reiſen durch den Iſarkreis (III. 41 — 44). Ueber dieſe Pfarrey liegen hiſtoriſche Nachrichten, von dem Cooperator Joſ. Grob (jetzigen Pfarrer in Fürholzen) geſammelt, bey dem Ordinariate handſchriftlich vor. D.

) V. 20. *) V. 21.

4. Ecclesia parochialis magnæ et decoræ est structuræ. Adsunt quinque altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ. In eo asservatur Sanctissimum et etiam colitur authentica particula s. Crucis. — *Altare $B^{mæ}$ Virginis.* Ad hoc altare vigore Spruch-Briefs de anno 1476 tenetur Cooperator in Zolling diebus Jovis cujuslibet hebdomadæ celebrare missam hebdomadalem, pro qua fructus ex prato (aus der ſogenannten Geſellen-Wiſen in dem Angelberger-Moos) percepit *). Cum autem hæc missa hebdomadalis multo tempore omitteretur, mandatum fuit decreto episcopali de dato 4. Nov. 1706, daß von dem Cooperatore gegen Ueberlaſſung der 10 fl., ſo die Wiſen jährlich ertraget, wann weder pfarrliche unvermeidliche obligationes, noch ein Feyrtag einfiele, die pfinztägliche Meeß wochentlich oder endlich cum causa wenigſt vierzehntäglich verrichtet werden ſolle. *Altaria s. Annæ et s. Bartholomæi.* — *Altare s. Francisci Xaverii.* Hic authoritate ordinaria instituta est *confraternitas* pro felici morte sub titulo s. Francisci Xaverii, quæ a communitate parochiali ante paucos annos dotata administratur a proprio magistratu. Altare hoc feria sexta cujuslibet hebdomadæ privilegiatum est pro defunctis ex eadem confraternitate.

Divina in hac ecclesia parochiali **) fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi, patrocinium autem in festo s. Joannis Baptistæ. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium quoque cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis competentibus. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Præfecti civitatis Frisingensis. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt in Abgang der Kirchen-Rechnungs-Extracten der Zeit nit auszuwerffen.

Ecclesia filialis s. Laurentii martyris in Haag (Liechtenhaag).

5. Ecclesia hæc est inter rurales valde amœna et decora. Habet tria altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Laurentii martyris ***). In eodem asservatur Sanctissimum. — *Altare sacræ familiæ Christi.* In hoc altari expositum colitur caput s. Constantiæ martyris. Idem altare singulis diebus Sabbati privilegiatum est pro defunctis ex confraternitate cincturatorum s. Monicæ, de cujus ossibus etiam authentica particula hic colitur. Eadem confraternitas, ao. 1723 ab illustrissima familia Comitum de Lodron fundata et authoritate episcopali confirmata, maxime floret et a proprio regitur magistratu. — *Altare s. Floriani martyris.* In hoc altari coluntur reliquiæ ss. Callisti Papæ, Pantaleonis, Dorotheæ, Valeriæ et Ursulæ martyrum.

---

*) V. 22. **) V. 23. ***) V. 24.

Divina in hac ecclesia fiunt omnibus diebus festivis per Cooperatorem in Zolling, item in duabus Dominicis sibi succedentibus, tertia vero in Unter-Wankhenbach. Dedicatio hujus ecclesiæ*) incidit in Dominicam ante festum s. Ursulæ martyris, patrocinium vero in festo s. Laurentii. Item hic diebus Lunæ fit missa hebdomadalis, quæ juxta acta visitalia de ao. 1706 et 1732 peragitur per Cooperatorem et applicatur pro fundatoribus.

6. Anno 1725 illustrissimus Dominus Guidobaldus Albertus Josephus Comes de Lodron, et perillustris Domicella Maria Violanta Nothafftin, Baronissa de Weissenstain, fundaverunt Beneficium curatum missæ quotidianæ, tum in hac ecclesia, tum in capella ss. Petri et Pauli in arce, expressis diebus peragendæ. Pro fundo hujus Beneficii præter domum beneficialem altefatus Dominus Comes cessit et assignavit annuos census ex prædiis et domibus, in sua hoffmarchia Haag sitis, et in summa conficiunt 100 florenos. Supradicta etiam Baronissa cessit et assignavit annuos similes census ex domibus et prædiis, in sua hoffmarchia Obertürkhen *(Oberkirchen?)* sitis**), et conficiunt in summa 200 florenos; ita ut proventus beneficiales, præter domum et certa per annum ligna Beneficiato gratis præstanda, consistant in 300 florenis, a Domino hoffmarchiali in Haag Beneficiato per anni angarias solvendis. Jus patronatus reservatum fuit denen Innhabern der Herrſchaft Haag. Confirmationem huic Beneficio impertivit Serenissimus ac Reverendissimus Episcopus Frisingensis Joannes Theodorus. Modernus Beneficiatus est R. D. Fabianus Sebastianus Laubmer, ao. 1730 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos, ad episcopale seminarium 1 fl. — Notanda hic sunt verba ex veteri matricula: *Item habet sex filiales ecclesias, videlicet s. Laurentii in Haag, ubi nobiles Flützinger habent proprium Sacellanum, cui a manu solvunt 24 flor.*

7. In hac ecclesia asservatur aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium quoque hic habetur cum ossuario et sepulturis***), prout in ipsa ecclesia conspiciuntur sepulturæ illustrissimorum Comitum de Lodron et Flützing. Sacristia instructa est paramentis decoris. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Vicarium parochialem loci et Dominum Comitem de Lodron in Haag. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt in Abgang der Kirchen-Rechnungs-Extracten gleichfahls nit auszuwerffen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Unter-Wankhenbach†).

8. Ecclesiæ hujus fabrica inter rurales communis est notæ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani

*) V. 25. **) V. 26. ***) V. 27.

†) Gewöhnlich Untermarchenbach genannt. D.

protomartyris*), altare s. Catharinæ virginis martyris et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic peraguntur per Cooperatorem ordinarie tertia Dominica; item in festis ss. Leonardi, Catharinæ, Nicolai et Innocentium martyrum; item in feria II. Paschatis et Pentecostes et semel infra octavam omnium Sanctorum et in feria II. rogationum. In festo s. Marci visitatur hæc ecclesia parochianorum processione. Item hic fit missa hebdomadalis diebus Veneris. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Stephani protomartyris. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia continet paramenta necessaria. In turri pendent duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa cura Vicarii parochialis loci et Præfecti electoralis Mospurgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſoll der Zeit gegen**) 9150 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Thann.

9. Hæc ecclesia, occasione miraculosæ translationis statuæ s. Udalrici Episcopi olim ædificata, antiquæ est structuræ. In ea sunt altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Udalrici Episcopi, altare B^mæ^ Virginis et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic peraguntur in festo s. Udalrici, quo die etiam celebratur ecclesiae hujus dedicatio; item juxta acta visitalia de ao. 1706 in festo s. Sebastiani martyris et (uti notatur in iisdem actis) ab octava Corporis Christi usque ad festum s. Jacobi Apostoli libera solet huc institui processio***) omnibus feriis quintis et per Vicarium parochialem vel Capellanum in Haag celebrari missa. — Ecclesia hæc est quidem circumdata area, sed absque sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Vicario parochiali loci et Domino hoffinarchiali in Haag. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt der Zeit aus Abgang deren Rechnungs-Extracten unbekandt.

Ecclesia filialis s. Valentini in Gerlhausen.

10. Ecclesia hæc exiguæ est structuræ. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Valentini Episcopi†), altare s. Annæ et altare s. Martini Episcopi.

Divina hic peraguntur per Parochum in Oberwankhenbach, qui propterea, uti supra dictum, a Vicario parochiali in Zolling annuatim recipit 30 florenos, in festis B^mæ^ Virginis et Apostolorum et semper Dominica tertia. Dedicatio hujus ecclesiæ, quæ incidit in Domi-

*) V. 28. **) V. 29. ***) V. 30. †) V. 31.

nicam post festum s. Galli Abbatis, celebratur per Vicarium parochialem in Zolling. Patrocinium celebratur in festo s. Valentini Episcopi. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Vicarium parochialem et Dominum hoffmarchialem in Palzing, qui defacto est Dominus Comes in Haimhausen. Das völlige Vermögen*) diſes Gottshauſes iſt gleichfahls nit wüßlich aus Abgang der Rechnungs-Extracten.

Ecclesia filialis s. Stephani protomartyris in Hartshausen.

11. Ecclesia hæc exiguæ est structuræ, habet duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, et altare s. Antonii de Padua.

Res divina hic solet peragi in aliquibus festis per annum, nempe feria II. Paschatis, s. Mariæ Magdalenæ, s. Catharinæ, s. Nicolai et in Nativitate Domini. Dedicatio celebratur in Dominica post nativitatem B. M. V., patrocinium vero in festo s. Stephani protomartyris. — Cœmeterium asseribus clausum habet**) ossuarium et sepulturas. Sacristia habet paramenta vilia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est sub cura Vicarii parochialis loci et Præfecturæ Mospurgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich wenig yber 150 fl. belauffen.

Ecclesia s. Colomani martyris in Thonhausen.

12. Ecclesia hæc parva, sed lucida et honestæ structuræ est. Adsunt altaria tria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Colomani martyris, altare .... et altare ....

Divina hic peraguntur feria III. Paschatis et in festo ss. Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica post***) festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Colomani martyris. Item hic fit missa hebdomadalis diebus Sabbati per Cooperatorem in Zolling. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Vicarium parochialem loci et Præfectum electoralem Mospurgensem. Das völlige Vermögen dieſes Gottshauſes ſolle ſich der Zeit yber 7000 fl. belauffen.

Ecclesia filialis ss. Andreæ et Jacobi in Ober-Zolling.

13. Ecclesia hæc recenter ædificata necdum consecrata est cum suo unico altari, in honorem ss. Andreæ et Jacobi Apostolo-

*) V. 32. **) V. 33. ***) V. 34.

rum*) erecto. — Divina hic fiunt Dominica in albis et in festis ss. Andreæ et Jacobi Apostolorum. — Sacristia non adest. Paramenta ex ecclesia parochiali desumuntur. Area ecclesiæ est quidem clausa asseribus, sed sine sepulturis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis loci et Præfecturæ Mospurgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich der Zeit gegen 540 fl. belauffen.

Capella ss. Petri & Pauli in arce Haag.

14. In hac capella, in arce Domini Comitis de Lodron sita et pulchre ornata, unum est altare, in honorem ss. Petri & Pauli Apostolorum dedicatum. In ea præter plures alias per annum devotiones per Beneficiatum in Haag celebrantur ordinarie duæ missae hebdomadales, dedicatio autem celebratur in ipso festo patrocinii ss. Apostolorum Petri & Pauli per Vicarium parochialem in Zolling.

*Capella s. Bartholomæi Apostoli in Flützing***)*.

15. Hæc capella, cæteroquin pulchra, necdum est consecrata. In ea adest unum altare, in honorem s. Bartholomæi Apostoli erectum, cujus statua, cum vehementes imbres in vicinos agros exundarent, huc per aquas inopinato delata fuisse dicitur. In festo ejusdem s. Apostoli hic solet celebrari sacrum.

---

§. 295.

Parochia s. Joannis Baptistæ & Evangelistæ in Attenkirchen***).

1. Anno 1502 Philippus Comes Palatinus Rheni Bavariæ Dux, Episcopatus Frisingensis tunc Administrator, cum consensu Reverendissimi capituli cathedralis hanc Parochiam custodiæ collegiatæ ecclesiæ s. Joannis Baptistæ in monte Frisingensi annexuit & incorporavit, ut deinceps capitulum dictæ Collegiatæ Episcopo sacer-

---

*) V. 35. **) V. 36.

***) V. 37. — Vgl. §§. 380. 457. 681 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 13 u. 14). — Attenkirchen iſt jetzt eine organiſirte Pfarrey mit einem Pfarrer und einem Cooperator. Die Filialen Thomashaſelbach und Fügelsdorf, deren erſtere im Jahre 1805 der Pfarrey Wolfersdorf, letztere der Pfarrey Randlſtadt zugetheilt worden war, gehören ſeit dem Jahre 1838 wieder zu ihrer urſprünglichen Mutterpfarrey Attenkirchen. D.

dotem idoneum pro Vicario perpetuo instituendum præsentaret. In veteri matricula legitur: *Dicit, quod dicta sua ecclesia sit de præsentatione capituli s. Joannis ac collatione Reverendissimi Domini Episcopi Frisingensis. Possessionem dat Princeps in Landshuet, pro qua per eum recepta solvit 15 dl.* — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Franciscus Rainer, ao. 1732 præsentatus & investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos *).

2. Proventus hujus Parochiæ desumuntur ex manso parochiali, decimis & stola. De his antiqua matricula ita habet: *Item in fixis redditibus habet ad 15 ß. dl., ex missis hebdomalibus 2 ℔. dl. Item decimas majores & minores æstimat ad 20 flor.; ex confessionalibus circiter 1 flor. Item dicta sua ecclesia est incorporata dicto capitulo s. Joannis pro 16 flor.* Ex actis ecclesiasticis colligitur, ad hanc Parochiam pertinere etiam ain Widen-Güetl zu Füglſtorff und aines zu Aiglſtorff, et decimas, quibus fruitur Vicarius parochialis, consistere in tertia parte. Condecimant autem in hac Parochia duo monasteria Weichenstephan & Neustift, et Dominus Comes de Lodron in Haag seu Liechten-Haag et Dominus Baro Lœsch. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur ascendere posse ad 800 florenos. Econtra Vicarius parochialis tenetur habere Cooperatorem, eique victum & salarium præstare, et nunc collegiatæ ecclesiæ s. Joannis Baptistæ supradictæ pro annua absentia solvere 150 florenos, ad episcopale seminarium 4 fl.**), cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 43 kr. 1 hl. et antiqua matricula memorat: *ad Landhuet Jäger-Gelt 12 ß. dl.* — Domus parochialis admodum ruinosa est. Horreum est noviter ædificatum.

Communicantes hujus Parochiæ in novissima descriptione 763 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Attenkirchen habet alias sex filiales, nempe in Aiglstorff, Füglstorff, Hetten-Kirchen, Wimpasing, Thomas-Haslbach & Berghaslbach.

4. Ecclesia parochialis quoad structuram non ampla est et communis inter rurales notæ. Habet altaria tria, quorum tamen duo inferiora non habentur pro consecratis. *Altare majus* est consecratum in honorem ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ et in eo asservatur Sanctissimum. Colitur etiam hic particula s. Crucis ***). — *Altare s. Antonii Abbatis.* In hoc altari residet imago B^mæ^ Virginis Oettinganæ, ad quam plura anathemata appensa conspiciuntur. Idem altare diebus Lunæ privilegiatum est pro defunctis ex *confraternitate* fidelium animarum hic instituta & confirmata, nec non archiconfraternitati Monacensi in Alten-Hof unita, et administratur

---

*) V. 38. **) V. 39. ***) V. 40.

a Parocho ut Præside & Judice in Liechtenhaag. — *Altare s. Catharinæ virginis martyris.*

Divina hic peraguntur omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Michaelis. Patrocinium juxta acta visitalia celebratur triplex, nempe assumptio B. M. V. et festa ss. Joann. Bapt. et Evang. — Anno 1656 sub dato 25 Septembr. per specialem recessum ordinatum fuit, es ſolle Pfarrer fürohin bis auf beſſere Jahr und Zeiten die erſte Woche zu Füglſtorf, die andere zu Aiglſtorff, die dritte zu Thomas-Haſlbach, die vierte*) bey der Pfarr ſelbſten eine Wochen-Meß halten. Hodie juxta acta visitalia de ao. 1706 & 1711 in hac ecclesia parochiali diebus Sabbati dicitur missa hebdomadalis et aliis diebus infra hebdomadem in aliis ecclesiis filialibus prædictis. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium habet ossuarium & sepulturas. Sacristia provisa est paramentis competentibus. Turris continet tres campanas benedictas. — Administratio proventuum ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Dominum Comitem de Lodron in Haag, qui hic jurisdictionem temporalem habet in Attenkirchen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten unbekandt.

Ecclesia filialis s. Jacobi Apostoli in Aiglstorff.

5. Ecclesiæ hujus fabrica valde indecora & vilis est. Adsunt duo altaria**): Altare majus, dedicatum honoribus s. Jacobi majoris Apostoli, et altare s. Andreæ Apostoli, quod non censetur esse consecratum.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominica tertia & in festis solennioribus Domini & ss. Apostolorum. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Bartholomæi. Patrocinium celebratur in festo s. Jacobi majoris Apostoli. Acta visitalia de ao. 1706 & 1732 missam hebdomadalem diebus Veneris hic celebrandam denotant. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis, sed muro ruinoso circumdatum. Sacristia angusta provisa est paramentis necessariis. In turri pendent duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem loci***) et Præfectum electoralem Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 170 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Leonardi Abbatis in Füglstorff.

6. Fabrica hujus ecclesiæ est communis notæ & reparatione indigens. Adsunt duo altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Leonardi Abbatis, et altare s. Sebastiani martyris, quod non censetur esse consecratum.

---

*) V. 41. **) V. 42. ***) V. 43.

Divina hic fiunt ordinarie tertia Dominica, item in festis Epiphaniæ, feria tertia Paschatis & s. Josephi & Michaelis. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum nativitatis B^mæ Virginis, patrocinium vero in festo s. Leonardi. Item diebus Sabbati fit missa hebdomadalis, uti habetur in actis visitalibus*) de 1706 & 1732. — Cœmeterium hic adest, muro ruinoso clausum. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri pendent duæ campanæ benedictæ. — Proventuum administratio est penes Vicarium loci & Præfectum electoralem Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle der Zeit 870 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Petri Apostoli in Hettenkirchen.

7. Ecclesia hæc exiguæ est structuræ. Adest unum altare, in honorem s. Petri Apostoli consecratum. — Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum ss. Apostolorum Petri & Pauli, et in festo patrocinii eorundem ss. Apostolorum. — Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario, non tamen adest sacristia, nec adsunt paramenta propria. In turri pendent**) campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem loci & Dominum Comitem de Törring in Au, qui hic jurisdictionem temporalem habet. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich yber 250 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Wimpasing.

8. Ecclesia hæc inops & paupercula unum habet altare, s. Cruci sacrum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Martini, et in festo inventionis s. Crucis; fiunt tamen ad s. Crucem hic plures per annum votivæ. — Cœmeterium et sepulturæ non adsunt, nec sacristia, nec paramenta propria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem loci & Præfecturam***) Mospurgensem. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte der Zeit gegen 940 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Thomæ in Haslbach.

9. Ecclesia hæc, ante paucos annos notabiliter reparata, habet altaria duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Thomæ Apostoli & altare ss. Floriani & Sebastiani martyrum. — Divina hic ordinarie fiunt in tertia Dominica & in festis B^mæ Virginis. Excipiunt acta visitalia de ao. 1706 festa assumptionis & visitationis B. M. V. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Udalrici, patrocinium vero celebratur in festo†) s. Thomæ Apostoli. Item diebus Mercurii hic celebratur missa hebdomadalis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est para-

*) V. 44. **) V. 45. ***) V. 46. †) V. 47.

mentis necessariis. Turris continet campanas duas benedictas. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est cumulativa penes Vicarium parochialem loci & Præfectum electoralem Mospurgensem. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 130 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Berghaslbach.

10. Ecclesia parva, in colle solitario sita, tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, altare s. Ottiliæ virginis & altare s. Antonii Abbatis.

Divina *) hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum B. V. M. natæ, patrocinium vero in festo s. Nicolai Episcopi; votivæ tamen missæ fiunt sæpius per annum ex devotione populi. — Cœmeterium hic adest, nec non sacristia, aliquibus paramentis provisa. Turris continet campanas duas benedictas. — Cura proventuum hujus ecclesiæ eadem est, quæ ecclesiæ in Thomas-Haslbach, de qua immediate supra actum est. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle der Zeit gegen 190 fl. betreffen.

---

§. 296.

Parochia B^mæ Virginis in Ambs**).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis et præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. — Modernus Parochus est R. D. Maximilianus Prugger, ss. canonum Lic., ao. 1724 investitus. Dat pro primis fructibus 18 florenos.

2. Proventus parochiales desumuntur ex manso, decimis et stola. Antiqua matricula de redditibus parochialibus sequentia habet: *Item ex institutione 4 flor. Item ex anniversariis & missa hebdomadali 26 ß. dl. Item decimas majores & minores communibus annis æstimat ad 50 flor. In confessionalibus 2 ℔. dl.* Colligitur etiam ex actis ecclesiasticis, ad hanc Parochiam pertinere zwey Widen-Güettl, aines zu Zünchelzhauſen, das andere zu Gundelzhauſen ***). — Item secundum acta visitalia de ao. 1732 decimæ hujus

*) V. 48.

**) V. 49. — Vgl. §§. 380. 464. 681 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 13). D.

***) V. 50.

Parochiæ potissimum consistunt in tertia parte. Integri porro proventus creduntur ascendere ad 600 florenos. Econtra adsunt plures condecimatores, nempe monasteria Weichenstephan & Neustüfft, Collegiata s. Andreæ Frisingæ, das Seelhaus alda, das heilige Geiſt-Spitthal daſelbſt, Comes de Seyboltstorff in Maurn, Baro de Widmann, item der Hof-Baur, Graf-Törringiſcher Unterthan. — Juxta veterem matriculam Parochus etiam habebat Cooperatorem, ad quem tamen habendum nunc non tenetur; et secundum eandem matriculam tenetur Parochus præstare *18 β. dl. de Vogtey ad granarium in Landshuet;* nunc secundum acta visitalia de ao. 1732 Parochus solvit Vogtey 2 fl. 34 kr. 2 hl. wegen einer Wiſen. Jäger-Gelt defacto non solvitur, licet in veteri matricula dicatur: *9 β. de Jäger-Gelt.* Ad seminarium episcopale solvit Parochus 3 fl., cathedraticum 24 kr.*), ad fabricam ecclesiæ cathedralis Frisingensis 43 kr. 1 hl. — Domus parochialis ex ligno vilis est structuræ, horreum vero melioris est notæ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 553 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Ambs habet tres ecclesias filiales, nempe in Gundelzhausen, Hörn-Kirchen & Pietendorf.

4. Ecclesia parochialis, pro concursu populi vix sufficiens et etiam ex parte ruinosa, habet quatuor altaria: *Altare majus* est dedicatum honoribus B^mæ^ Virginis sine labe conceptæ, cujus imago innumeris beneficiis immo etiam miraculis clara colitur et ad eandem plurimæ publicæ per annum processiones fiunt. In eodem altari asservatur Sanctissimum & etiam colitur particula s. Crucis**). — *Altare s. Barbaræ virginis martyris, altare s. Sebastiani martyris & altare s. Antonii Abbatis.*

Divina hic fiunt potissimum omnibus diebus dominicis & festivis, exceptis dedicationibus & patrociniis ecclesiarum filialium. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo nativitatis B. M. V. Juxta acta visitalia de annis 1706 & 1713 solebat Parochus hic dicere singulis Sabbatis missam propter concursum populi, licet obligationem non invenerit. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. Turris continet campanas tres benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub***) cura Parochi & Præfecti electoralis in Mospurg. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle der Zeit in mehr als 5300 fl. beſtehen. In cœmeterio hujus ecclesiæ parochialis ante aliquos annos erecta fuit *capella* fidelium defunctorum cum uno altari necdum consecrato, prout etiam ipsa capella necdum dotata nec consecrata est.

---

*) V. 51. **) V. 52. ***) V. 53.

Ecclesia filialis s. Martini in Gundelzhausen.

5. Hæc ecclesia valde vilis & ruinosæ structuræ est. Adsunt duo altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Martini Episcopi *), et altare ss. Joannis & Pauli martyrum, quod non censetur esse consecratum.

Divina hic solent peragi in dedicatione, quæ incidit in Dominicam tertiam post festum s. Michaelis, item in festo patrocinii s. Martini et in festis s. Laurentii martyris & s. Leonardi Abbatis. Item in festo ss. Joannis & Pauli martyrum hæc ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium asseribus circumdatum hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia vix habet paramenta necessaria. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Parochum loci et Præfecturam Mospurgensem. Das Vermögen diſes Gottshauſes mag der Zeit gegen 200 fl. betreffen.

*Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Hœrnkirchen **).*

6. Ecclesia hæc quoad fabricam est communis inter rurales notæ. Adsunt duo altaria: Altare majus, dedicatum honoribus ss. Petri & Pauli Apostolorum, et altare s. Stephani protomartyris.

Divina hic fiunt in festis Apostolorum, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1732, item juxta eadem acta in festo s. Stephani et in feria secunda rogationum. Dedicatio celebratur in Dominica post festum B^{mæ} Virginis natæ, patrocinium vero in festo ss. Apostolorum Petri & Pauli. Item in hac ecclesia dicitur missa hebdomadalis die Veneris. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est ***) paramentis necessariis. In turri pendent duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Parochum & Dominum hoffmarchialem loci, qui est Dominus Comes de Törring in Au. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt der Zeit nit auszuwerffen, weillen die letztere Rechnungs-Extract nit vorhanden.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Pietendorff.

7. Ecclesia hæc exiguæ est fabricæ. Habet duo altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Nicolai Episcopi, et altare s. Margaritæ virginis martyris.

Divina hic fiunt, uti notatur in actis †) visitalibus de ao. 1706, in aliquibus festis per annum, nempe in feria tertia rogationum et in festo inventionis s. Crucis. In festo s. Margaritæ virginis martyris hæc ecclesia visitatur processione. Dedicatio incidit in Dominicam II. post festum B. M. V. natæ, patrocinium vero celebra-

*) V. 54. **) V. 55. ***) V. 56. †) V. 57.

tur in festo s. Nicolai Episcopi. — Cœmeterium adest sepibus clausum cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta communia & vix sufficientia. Turris continet campanas benedictas duas. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum loci & Præfecturam Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich der Zeit nit vil yber 130 fl. erſtreckhen.

---

§. 297.

Parochia s. Martini Episcopi in Kirchdorff*).

1. Hæc Parochia ao. 1358 ab Alberto II Episcopo Frisingensi subsequente etiam authoritate Sedis Apostolicæ unita fuit monasterio Neocellensi ordinis Præmonstratensis prope Frisingam, ex cujus conventu Episcopo Frisingensi præsentatur Vicarius parochialis ad curam animarum admittendus. Modernus Vicarius est R. P. Dominicus Oettel, in dicto monasterio professus, ao. 1737 ad curam parochialem admissus. Abbas Neocellensis toties solvit jura cancellariæ, quoties fit mutatio Vicarii hujus Parochiæ.

2. Redditus parochiales proveniunt ex manso, decimis majoribus & minoribus ac stola, quibus maxime fruitur ipsum monasterium Neocellense, relicta debita sustentatione Vicarii parochialis & Cooperatoris, qui hic habetur ex eodem monasterio **). Adsunt etiam plerumque duo alii Presbyteri coadjutores ex supradicto monasterio propter Marianam peregrinationem in hoc loco frequentem. In antiqua matricula de redditibus & oneribus parochialis Vicarii legitur: *Item in fixis redditibus nihil habet*, quia nempe omnes pertinent ad monasterium, *ex anniversariis vero & missis hebdomadalibus 12 flor., ex confessionalibus ad 4 flor. Item Jäger-Gelt ad Landshuet 2 flor. Item unum Cooperatorem sui ordinis, cui dat tabulam.* Condecimatores adsunt tres, nempe Reverendissimum capitulum cathedrale Frisingense, illustrissimus Dominus Comes de Haimhausen in Palzing, et nobilis Dominus de Amoni in Dietters-

---

*) V. 59. — Vgl. §§. 388. 459. 681, v. Obernberg's Reiſen (III. 50 ff.) und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 16). — Die nach der Aufhebung des Kloſters Neuſtift organiſirte Pfarrey Kirchdorf an der Amper bedarf zu ihrer Paſtorirung eines Pfarrers und zweyer Hülfsprieſter. Sie wird jetzt in Folge des im erſten Bande (S. 33 in der Note) erwähnten Tauſches von dem H. Erzbiſchofe frey verliehen. D.

**) V. 60.

torff. De hac Parochia solvuntur ad episcopale seminarium 4 fl., cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 43 kr. 1 hl. — Domus parochialis cum pertinentiis recenter ædificata non patitur defectum.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1003 numerati sunt*).

3. Ecclesia parochialis in Kirchdorff habet præter capellam in Dietterstorff alias septem filiales ecclesias, nempe in Günderstorff, Nördting, Ampertshausen, Palzing, Jecherstorff, Auffhaimb et Hürschbach.

4. Ecclesia parochialis ante 32 annos noviter ædificata & hactenus in valde elegantem formam redacta fuit. Adsunt tria altaria: *Altare majus* est dedicatum honoribus s. Martini Episcopi & ss. Catharinæ ac Barbaræ virginum martyrum. In eo asservatur Sanctissimum. — *Altare B^mæ^ Virginis dolorosæ & ss. Corbiniani et Norberti***). — Altare B^mæ^ Virginis thavmaturgæ & ss. Joannis Evang. & Stephani.* In hoc altari exposita colitur statua B^mæ^ Virginis, plurimis beneficiis immo miraculis celebris, ad quam publicæ fiunt processiones. Eadem ara singulis feriis tertiis et Sabbatis privilegiata est propter duas *confraternitates*, quarum unam sub titulo B^mæ^ Virginis de visitatione ao. 1731 & alteram sub titulo B^mæ^ Virginis de monte Carmelo ao. 1733 accedente consensu episcopali fundavit Dominus Joannes Georgius Messerer, electoralis cameræ Consiliarius. Utraque confraternitas administratur per proprium magistratum.

Divina in hac ecclesia ordinarie fiunt omnibus diebus dominicis & festivis, exceptis diebus dedicationum & patrociniorum ecclesiarum filialium ***). Item hic celebratur missa hebdomadalis liberæ applicationis. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Martini. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium quoque cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis decoris. Iu turri campanæ sunt tres benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Vicarium parochialem & Præfectum electoralem Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit yber 900 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Sebastiani in Günderstorff.

5. Hæc ecclesia ante aliquos annos notabiliter reparata et turris noviter fuit ædificata. Adsunt tria altaria †). Altare majus est dedicatum honoribus s. Sebastiani martyris. Hic asservatur Sanctissimum. Reliqua duo altaria necdum sunt consecrata, nec apta ad missæ sacrificium. — Divina hic ordinarie fiunt tertia Dominica alternando cum ecclesiis filialibus Jecherstorff & Palzing.

*) V. 61. **) V. 62. ***) V. 63. †) V. 64.

Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Bartholomæi, patrocinium vero celebratur in festo s. Sebastiani. Item juxta acta visitalia in festo quoque s. Joannis Baptistæ divina hic peragenda sunt. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis paucis & necessariis. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Vicarium parochialem loci et Præfecturam Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet der Zeit yber 400 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Margaritæ virg. mart. in Nœrdting).*

6. Ecclesia hæc satis bonæ & honestæ structuræ est. Adsunt tria altaria. Altare majus est dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris. Reliqua duo altaria $B^{mæ}$ Virginis & s. Annæ necdum sunt consecrata. — Divina, uti acta visitalia de ao. 1705 insinuant, hic ordinarie peraguntur in festo dedicationis, quæ celebratur Dominica secunda ante festum s. Jacobi, patrocinium vero in festo s. Margaritæ virginis martyris. Item in festo ss. Innocentium martyrum & in festo s. Annæ celebrari solent hic duæ missæ fundatæ. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. — Sacristia instructa est paramentis valde vilibus. — In turri sunt duæ campanæ benedictæ**). — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Vicario parochiali loci & Præfecto electorali in der Herrſchaft Wollnzach. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt nit kundbahr, weillen die Rechnungs-Extract nit extradieret werden.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Ampertshausen.

7. Hæc ecclesia totaliter ruinosa, et idcirco interdicta, nunc sub ipsa reparatione est. Antehac adfuerunt duo altaria, quorum majus in honorem ss. Petri & Pauli Apostolorum, alterum vero in honorem s. Viti martyris dedicatum erat.

Divina solent hic peragi in dedicatione, quæ alias celebrabatur Dominica ante festum s. Laurentii, et in festo ss. Petri & Pauli et s. Viti martyris. — Cœmeterium hic habetur solis asseribus clausum cum ossuario & sepulturis. Sacristia non aderat, paramenta vero asservabantur paucissima & vilia. In turri continentur duæ campanæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio eadem est, quæ supra ecclesiæ in Nœrdting. Das Vermögen diſes***) Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten auch nicht kundtbahr.

Ecclesia filialis s. Georgii martyris in Palzing.

8. Ecclesia ista amœni situs & structuræ est. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii, in quo asservatur Sanctissimum, altare $B^{mæ}$ Virginis & altare s. Elisabethæ viduæ.

*) V. 65. **) V. 66. ***) V. 67.

Res divina juxta acta visitalia de ao. 1713 ordinarie hic peragitur Dominica tertia & in festis B^mæ^ Virginis & ss. Apostolorum. Dedicatio celebratur Dominica ante festum nativ. B. M. V., patrocinium vero in festo s. Georgii martyris. — Cœmeterium hic habetur cum *) ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis competentibus. In turri pendent campanæ duæ benedictæ. — Proventuum cura est penes Vicarium parochialem loci & Dominum hoffmarchialem, qui defacto est illustrissimus Dominus Comes de Haimhausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Leonardi in Jecherstorff.

9. Hæc ecclesia ante 21 annos de novo ædificata fuit. Habet tria altaria, quorum majus in honorem s. Leonardi erectum cum reliquis necdum consecratum est; asservatur tamen in eo Sanctissimum. — Divina hic peraguntur ordinarie in tertia Dominica. Dedicatio antehac celebrabatur in festo s. Mariæ Magdalenæ. Patrocinium incidit ad festum s. Leonardi **). — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. — Sacristia provisa est paramentis necessariis. In turri continentur duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Vicario parochiali loci & Præfecto electorali Mospurgensi. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich der Zeit yber 1200 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Auffhaimb.

10. Ecclesiæ hujus fabrica vilioris est notæ. Adsunt tria altaria. Altare majus dedicatum est in honorem s. Nicolai Episcopi. Reliqua duo altaria (B^mæ^ Virginis & s. Sylvestri) non sunt consecrata. Acta visitalia de ao. 1706 missam hebdomadalem feria quinta ***) cum libera applicatione celebrandam denotant. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Matthæi, patrocinium autem in festo s. Nicolai. — Cœmeterium hic habetur asseribus circumdatum. Sacristia habet paramenta pauca & necessaria. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventuum cura est penes Vicarium parochialem loci & Præfectum electoralem Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 220 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Pancratii mart. in Hürschbach.

11. Hujus ecclesiæ in colle ad ingressum sylvæ sitæ sacristia et turris ante quatuor annos noviter ædificata fuit. Adest unum altare, in honorem s. Pancratii martyris dedicatum †). Res divina hic peragitur in dedicatione, quæ celebratur in Dominica ante festum s. Jacobi; si autem hoc festum incidat in Dominicam, cele-

*) V. 68. **) V. 69. ***) V. 70. †) V. 71.

bratur dedicatio eodem die festo; patrocinium vero celebratur in festo s. Pancratii martyris. In festo s. Marci hæc ecclesia visitatur processione. — Cœmeterium non adest. Sacristia paramenta habet præcise necessaria. In turri pendent campanæ duæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Vicarium loci & Præfectum electoralem Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt vorhin in mehr als 2200 fl. beſtanden, welches aber durch den neuen Thurn= und Sacriſtey=Bau würdet meiſtens verwendet ſeyn worden.

Capella s. Mariæ Magdalenæ in Dietterstorff.

12. Hanc capellam circa annum 1660 *) exstruxerunt nobilis Dominus Joannes Baptista Amoni de & in Dietterstorff et ejus conjux Joanna Amonin, nata Mændlin de Eisendorff; dicto vero anno in eadem capella fundaverunt septem per annum missas, per Vicarium parochialem in Kirchdorff vel ejus Cooperatorem celebrandas, nempe in festo ss. Trinitatis, quo die etiam incidit capellæ dedicatio, et infra octavas ss. Trinitatis, assumptionis B^mæ^ Virginis, s. Joannis Baptistæ, s. Magdalenæ, Leonardi & fidelium defunctorum. Pro conservanda capella & fundatione prædicta assignatum fuit prædium prope Nördting et annuus census ex summa capitali 150 florenorum. Confirmationem impertivit Albertus Sigismundus Episcopus Frisingensis. Acta visitalia de ao. 1706 faciunt etiam mentionem de missa hebdomadali, pro familia Amoniana hic celebranda **). — Cœmeterium aut sepultura non adest. Sacristia instructa est paramentis decoris. Turris continet campanas duas benedictas. — Dominus hoffmarchialis in Dietterstorff proventibus hujus capellæ conservat ejusdem sarta tecta.

---

§. 298.

Parochia s. Martini Episcopi in Nandlstatt ***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis & præsentatione Serenissimi Electoris Bava-

*) V. 72. **) V. 73.

***) V. 75. — Vgl. §§. 391. 461. 681, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 17), v. Obernberg's Reiſen (III. 26. 27) und Zimmermann's geiſtl. Kalender (III. 411—414). Vor Kurzem iſt in Nandlſtadt auch eine Stiftung für einen Frühmeßbeneficiaten zu Stande gekommen. Die Filiale Fügelsdorf, eine Parcelle der Pfarrey Attenkirchen, war der Pfarrey Nandlſtadt nur vom Jahre 1805—1838 beygelegt. D.

riæ. — Modernus Parochus est R. D. Joannes Michael Jacob, ex instituto clericorum in commune viventium, ao. 1728 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ desumuntur ex manso, decimis et stola. — In veteri matricula de redditibus Parochi leguntur sequentia: *Item decimas majores & minores æstimat communibus annis valoris 50 flor. Item in confessionalibus & stola circiter 11 flor.* Parochus recipit integras decimas exceptis quinque villis, quæ sunt in Klein-Wolferſtorff bey dem Obermayr und Paurn allda, in Grienling bey dem Rueff und Oſwalden, dann zu Pauren-Riedt bey dem Paurn allda, in quibus quinque *) villis monasterium Neocellense omnes recipit decimas. Integri hujus Parochiæ proventus vix per annum transcendent 500 florenos. — Onera huic Parochiæ secularia incumbunt nulla, etiamsi in veteri matricula legatur: *Item Jäger-Gelt ad Landshuet 1 fl.* Ad seminarium tamen episcopale annuatim præstat Parochus 2 fl., cathedraticum 24 kr. et ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 43 kr. 1 hl. — Domus parochialis potissimum ex ligno ædificata non ita pridem cum horreo reparata fuit.

Communicantes hujus Parochiæ in novissima descriptione inventi sunt 522.

3. Ecclesia parochialis in oppido Nandlstatt præter capellam Christi patientis in cœmeterio habet aliam ecclesiam filialem in Grienling.

4. Ecclesia parochialis bonæ quidem, sed angustioris structuræ est. Adsunt tria altaria **). *Altare majus* est dedicatum honoribus s. Martini Episcopi & in eo asservatur Sanctissimum. — *Altare B^mæ Virginis.* Ad hanc aram authoritate ordinaria ao. 1661 introducta fuit *confraternitas* ss. Rosarii & idcirco hæc ara privilegiata est pro confratribus ex eadem confraternitate, quæ administratur cumulative a Parocho & magistratu oppidi Nandlstatt. Das völlige Vermögen diſer Bruderſchaft wirdet yber 130 fl. wenig austragen. — *Altare s. Joannis Baptistæ.*

Divina hic peraguntur singulis diebus dominicis & festivis, excepto festo s. Michaelis, ubi sacra fiunt in ecclesia filiali Grienling. Dedicatio celebratur in Dominica post octavam Corporis Christi, patrocinium vero in festo ***) s. Martini Episcopi & s. Joannis Baptistæ. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri pendent tres campanæ benedictæ. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & magistratum civicum oppidi Nandlstatt. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet der Zeit gegen 660 fl. betragen.

---

*) V. 76. **) V. 77. ***) V. 78.

Capella ad s. Cruorem in cœmeterio.

5. Hæc capella, Christo patienti sacra & ad s. Cruorem nuncupata, ao. 1560 ab Adamo Hagn Decano in Zolling primum exstructa, ante aliquos vero annos, cum ad ruinam vergeret, noviter reædificata, sed nondum consecrata fuit. Adest unum altare, in quo colitur statua Christi patientis, plurimis beneficiis clara. Insuper hic venerationi exponuntur notabiles particulæ*) de ossibus sanctorum martyrum Theodori, Fausti & Cœlestini. Dedicatio hujus capellæ alias celebrabatur in Dominica in albis. Proventus ejusdem capellæ, qui maxime sunt de gazophylacio, uniti sunt ratiociniis parochialis ecclesiæ.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Grienling.

6. Hæc ecclesia, uti colligitur ex historia Frisingensi, ab Ottone II. Episcopo Frisingensi ao. 1191 adjudicata fuit monasterio Neocellensi. Ecclesia est alias modica, in colle sita, habens unum altare, in honorem s. Michaelis dedicatum. Divina hic fiunt in festo s. Michaelis tanquam in die patrocinii, ubi simul etiam incidit dedicatio. Juxta acta visitalia de ao. 1706 insuper 26 missæ ad libitum Parochi, ad intentionem tamen fundatorum dicendæ sunt. Item postridie dedicationis hic fit missa de Requiem **). — Sacristia adest paramentis exiguis provisa. Cœmeterium, seu potius area clausa hic habetur, sed sine sepulturis. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur ab ejusdem vitricis, qui olim faciebant suas rationes coram Præsule Neocellensi & Parocho in Nandlstatt. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt der Zeit unbekandt, wird aber in wenigem beſtehen.

---

§. 299.

Parochia s. Joannis Baptistæ in Schweidtenkirchen ***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis & de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. — Modernus Parochus est R. D. Joannes Mathias Fink, ao. 1726 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

---

*) V. 79. **) V. 80.

***) V. 81. — Vgl. §§. 395. 462. 681u. die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 18). D.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula legitur: *Item habet ex institutionibus circa 7 flor., ex confessionalibus 3 flor.* Juxta acta visitalia decimæ, quibus fruitur Parochus, constant potissimum in tertia parte. Item desumitur ex actis ecclesiasticis, ad hanc Parochiam pertinere ein Widumb-Guet zu Preinerſtorff und einige Widumbäckher zu Preiners-zell, et forte alia prædia aut fundi, de quibus non adest notitia ex actis, ad eandem Parochiam pertinebunt. Integri proventus creduntur *) ascendere posse ad 800 florenos. — Econtra Parochus tenetur habere & alere Cooperatorem, et ad seminarium episcopale solvere 3 fl., cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frising. 43 kr. 1 hl. Widumb-Steur autem & Jäger-Gelt defacto non solvitur, licet in veteri matricula legatur: *Item Jäger-Gelt ad Landshuet 9 ß. dl.* Condecimatores adsunt plures, et quidem in Schweidten-Kirchen Reverendissimum capitulum cathedr. Frising., Collegiata s. Joannis Baptistæ in monte Frisingensi, ecclesia in Hürschhausen, quæ est filialis ad parochialem in Wolferstorff, et Baro Schrenk de Inkhoffen. In Dürnzhausen condecimatores sunt capitulum ss. Martini & Castuli in Landshuet, hospitale s. Spiritus in urbe Pfaffenhoven & ecclesia filialis in Dürnzhausen. In Sünzhausen condecimat Dominus Comes de Lodron in Haag. In Preinerszell condecimat **) Dominus de Krai. — Domus parochialis cum pertinentiis nunc est in satis bono statu.

Communicantes hujus Parochiæ in ultima descriptione numerati sunt 538.

3. Ecclesia parochialis in Schweidten-Kirchen habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Sünzhausen, Dürnzhausen & Preinerszell.

4. Ecclesia parochialis in bona structura reperitur. Habet tria altaria. *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ. In eo asservatur Sanctissimum & notabilis particula de s. Cruce, ad quam etiam ex vicinis locis fiunt annuæ processiones. — *Altaria Bmæ Virginis & s. Sebastiani martyris.*

Res divina hic peragitur omnibus diebus ***) dominicis & festivis. Dedicatio incidit in Dominicam post festum ss. Petri & Pauli, patrocinium vero in festo s. Joannis Baptistæ. — Baptisterium adest cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis competentibus. Turris continet campanas tres benedictas. — Administratio proventuum ecclesiæ est penes Parochum & Præfecturam Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle ſich der Zeit yber 2100 fl. belauffen.

---

*) V. 82. **) V. 83. ***) V. 84.

Ecclesia filialis B^mæ Virginis in Sünzhausen).*

5. Ecclesiæ hujus fabrica inter rurales communis est notæ. Habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ**) Virginis, nec non sanctorum martyrum Colomani & Sebastiani, altare ss. Margaritæ & Apolloniæ virginum martyrum & altare s. Georgii martyris.

Divina hic fiunt ordinarie tertia Dominica, alternando inter ecclesias in Dürnzhausen & Preinerszell; item in festis Nativitatis et Resurrectionis Domini ac Pentecostes, B^mæ Virginis & Apostolorum; item in festo s. Colomani & Georgii. Dedicatio celebratur in Dominica ante nativitatem B^mæ Virginis. Extant litteræ permutationis & respective fundationis inter Henricum de Flützing & Stephanum Elerspeckhen, Parochum in Schweidten-Kirchen, de ao. 1442, vi quarum ratione commutati prædii in Preinerstorff pro familia deren von Flützing non tantum solennis anniversarius***) angarialis,. sed .etiam missa hebdomadalis ex fundatione Henrici Flützinger diebus Veneris celebranda est. Hodie tenore actorum visitalium do ao. 1706 in hac ecclesia diebus Jovis dicitur missa hebdomadalis. — Cœmeterium cum ossuario & sepulturis hic quidem habetur, sed solis asseribus clausum. Sacristia provisa est paramentis necessariis. In turri pendent duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ administratio est penes Parochum loci et Dominum hoffmarchialem, qui defacto est Dominus Comes de Lodron in Haag. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt dermalen aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Georgii martyris in Dürnzhausen.

6. Ecclesia hæc notæ vetustæ est. Habet tria altaria †): Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, altare s. Sylvestri & altare s. Annæ.

Divina hic fiunt ordinarie in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Sünzhausen & Preinerszell; item in festis Epiphaniæ, feriæ III Paschatis, Ascensionis, Catharinæ, Nativitatis Domini ad auroram, Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica post nativitatem B. M. V., patrocinium vero in festis s. Georgii et Sylvestri. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta ncessaria. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventuum ecclesiæ cura est penes Parochum loci

---

*) In Sünzhauſen, welches eine eigene Schule hat, beſindet ſich jetzt ein exponirter Cooperator, zu deſſen Expoſiturbezirke auch die Filialen Dürnzhauſen und Preinerszell gehören. D.

) V. 85. *) V. 86. †) V. 87.

et Præfectum electoralem Mospurgensem. Das völlige*) Vermögen diſes Gottshauſes wirdet der Zeit gegen 3150 fl. ſich betreffen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Preinerszell.

7. Ecclesia hæc, ante aliquos annos renovata, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Stephani protomartyris, altare Bmæ Virginis & altare s. Nicolai Episcopi.

Colitur in hac ecclesia statua Bmæ Virginis, quæ olim in vicina sylva erat in magna populi veneratione et de mandato Episcopi in hanc ecclesiam fuit translata. — Divina hic ordinarie fiunt in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Dürnzhausen & Sünzhausen; item in feria II. Paschatis, in festis s. Josephi, Magdalenæ**), Martini, Nicolai & in Nativitate Domini in media nocte. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Magdalenæ, patrocinium vero in festo s. Stephani protomartyris. — Cœmeterium cum ossuario et sepulturis adest asseribus circumdatum. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri pendent campanæ duæ benedictæ. — Proventus ecclesiæ sunt sub cura Parochi loci & Præfecti electoralis Mospurgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich yber 900 fl. bezeugen.

---

§. 300.

Parochia s. Petri in Wolferstorff***)**

1. Hæc Parochia antehac ex concessione Episcopi erat de libera collatione Vicarii ejusdem generalis, de quo etiam testatur matricula antiqua; nunc vero est de plena dispositione & collatione Episcopi in omni mense. — Modernus Parochus est R. D. Abraham Wunderer, ex instituto clericorum in commune viventium, ao. 1727 investitus. Dat pro primis fructibus 24 flor. et 30 kr.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola, et in veteri matricula de illis sequentia leguntur: *Item in fixis redditibus 10 ß. dl. Item ex missis hebdomadalibus 7 flor. Item decimas majores & minores communibus annis æstimat ad 24 ℔. dl.*

---

*) V. 88. **) V. 89.

***) V. 91. — Vgl. §§. 399. 463. 681 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 19). — Die Filiale Thomashaſelbach, welche ſammt der Nebenkirche Berg- oder Niklas-Haſelbach und dem Weiler Willertshauſen im J. 1805 der Pfarrey Wolfersdorf beygelegt worden war, iſt ſeit dem Jahre 1838 wieder mit ihrer urſprünglichen Mutterpfarrey Attenkirchen verbunden. D.

Ex confessionalibus circiter 2 flor.)*. In actis visitalibus de ao. 1732 etiam habetur, ad hanc Parochiam pertinere drey Widen-Güetter. Decimæ juxta acta visitalia de ao. 1705 consistunt potissimum in tertia parte. Integri redditus parochiales ascendent forte ad 600 florenos. De oneribus parochialibus in citata antiqua matricula legitur: *Item Jäger-Gelt ad Landshuet 1 ℔. dl. Item Vogtey 6 β. dl. de Bullinger & Bürckhaimber. Item habet unum Cooperatorem.* Hodie Cooperator nullus adest, et alia onera non præstantur nisi Vogtey-Gelt Domino Baroni de Lösch 51 kr. 3 dl., ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 24 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 43 kr. 1 hl. — Condecimatores adsunt tres, nempe Baro de Lösch in Wolferstorff, monasterium Weichenstephanense et Dominus Comes de Perousa in Hürschhausen & Preinerstorff. — Domus parochialis & pertinentiæ**) de ligno sunt et vilis structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 450 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Wolferstorff habet alias tres ecclesias filiales, nempe in Holzhausen, Hürschhausen & Dürnhaindlfing.

4. Ecclesia parochialis bonæ, sed non admodum largæ est structuræ. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Petri Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis & altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis ac festivis, nisi in filialibus ecclesiis occurrat dedicatio aut patrocinium. Dedicatio***) incidit in Dominicam post festum s. Jacobi. Patrocinium celebratur in festo ss. Apostolorum Petri & Pauli. Item hic celebratur missa hebdomadalis diebus Sabbati, a perillustri Domina Salome Löschin nata de Weix ao. 1618 fundata, pro qua secundum acta visitalia de ao. 1705 Parochus recipit 7 florenos. Item vi lapidis sepulchralis in hac ecclesia existentis altera celebranda foret missa hebdomadalis, fundata a Domino territoriali, cujus tamen fundatio seu proventus juxta citata acta visitalia ignorantur. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis...... ac decoris, præsertim quæ hic habentur ex liberalitate familiæ Löschianæ, cujus sepulturæ etiam in hac ecclesia †) conspiciuntur. Turris continet campanas duas benedictas. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Dominum hoffmarchialem in Wolferstorff, qui defacto est Dominus Baro de Lösch. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle ſich der Zeit yber 1500 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis ss. Stephani & Udalrici in Holzhausen.

5. Hæc ecclesia, ante aliquos annos renovata et amplior facta,

*) V. 92. **) V. 93. ***) V. 94. †) V. 95.

habet duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Stephani protomartyris & Udalrici, et altare B^mæ^ Virginis, quod non est consecratum.

Res divina peragitur præprimis***) in dedicatione, quæ incidit in festum s. Udalrici, et in festo s. Stephani, in festo s. Marci, feria secunda rogationum, feria secunda Paschatis & Pentecostes et infra octavam omnium Sanctorum. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis solis asseribus clausum. Sacristia angusta instructa est paramentis paucis & necessariis. Turris continet campanas benedictas duas. — Proventus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi loci & Præfecturæ Mospurgensis. Das völlige Vermögen ſolle diſer Zeit gegen 1080 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Petri in Hürschhausen.

6. Ecclesia ista noviter reædificata, necdum consecrata, unum habet altare, s. Marci Evangelistæ honoribus erectum, licet in antiqua matricula hujus ecclesiæ patronus habeatur s. Petrus*). — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ alias celebrabatur in Dominica ante festum s. Jacobi, et postridie dedicationis dicitur missa pro defunctis; item feria secunda post Dominicam palmarum et infra octavam Sanctorum omnium. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis asseribus clausum. Sacristia instructa est paramentis paucis & præcise necessariis. Turris continet campanas duas benedictas. — Administratio reddituum hujus ecclesiæ est penes Parochum loci & Præfecturam Mospurgensem. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet dermahlen nach dem Bau faſt in nichts oder gar in wenigem beſtehen.

Ecclesia filialis s. Jacobi Apostoli in Dürnhaindlfing.

7. Ecclesia hæc, inter rurales communis notæ, tria habet altaria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi Apostoli, altare B^mæ^ Virginis auxiliatricis & altare s. Georgii martyris.

Res divina hic peragitur in festo dedicationis, quæ celebratur Dominica post octavam Corporis Christi, et in festo patrocinii s. Jacobi Apostoli; item in Dominica palmarum, feria tertia Paschatis, in festis ss. Georgii, Catharinæ, Nicolai, infra octavam Sanctorum omnium et in festo Nativitatis Domini ad auroram. Anno 1666 Georgius Kürmair, figulus de Rhur-Palzing, data summa capitali 500 florenorum fundavit missam hebdomadalem, diebus Mercurii celebrandam et ab Alberto Sigismundo Episcopo Frisingensi confirmatam**). — Cœmeterium hic habetur asseribus clausum cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis paucis & ne-

*) V. 96. **) V. 97. ***) V. 98. †) V. 99.

cessariis. In turri pendent campanæ duæ benedictæ. — Proventus ecclesiæ sunt sub cura Parochi loci & Præfecti electoralis Mospurgensis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich der Zeit gegen 1500 fl. belauffen.

---

§. 301.

Parochia s. Crucis in Oberwankhenbach *).

1. Hæc Parochia est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ omni mense. — Modernus Parochus est R. D. Franciscus Antonius Laubmer, ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos.

2. Exigui hujus Parochiæ, olim tempore belli suecici omnino destructæ, proventus recipiuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula legitur: *Item habet ex una missa hebdomadali extra Parochiam fundata 1 ℔. dl. Item decimas majores & minores æstimat ad 3 ℔. dl. Item ex confessionalibus, oblationibus & stola ad 3 β. dl.* Parochus integras habet decimas in sua Parochia, cujus tamen districtus exiguus est**). De ecclesia Gerlhausen, quæ est filialis matricis Zollingensis, propter divina ibidem celebranda, uti supra notatum est (fol. 31. §. 294. n. 10), annuatim recipit 30 florenos. — Domus parochialis cum pertinentiis ante aliquos annos incendio consumpta fuit. Hactenus horreum cum stabulis restaurata sunt, habitatio vero Parochi etiamnum deficit, qui interim in Haag commoratur.

Communicantes hujus Parochiæ novissime non plures, quam 72 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis s. Crucis in Ober-Wankhenbach non habet aliam ecclesiam filialem. Est in colle sita, et quoad fabricam valde amœna & lucida. Adsunt tria altaria***): *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Crucis. In eo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis, ad quam in festo inventionis ejus-

---

*) V. 101. — Vgl. §§. 392. 456. 681 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 18). — Die Benennung Wankenbach iſt außer Uebung gekommen und dafür nur „Obermarchenbach" im Gebrauche. Untermarchenbach iſt eine Filiale der Pfarrey Zolling, Mittermarchenbach gehört zur Pfarrey Inkofen. — Obermarchenbach, Obermarbach (§. 281), Wenigmünchen (§. 254) und Poigenberg (§. 165) ſind der Seelenzahl nach die kleinſten Pfarreyen der Erzdiöceſe München und Freyſing. D.

) V. 102. *) V. 103.

dem ingens fit populi concursus & processiones. Idem altare feria quarta hebdomadatim privilegiatum est ratione *confraternitatis* Christi in cruce agonizantis, ao. 1719 pro agonizantibus hic institutæ, quæ defacto regitur a Parocho. Colitur etiam hic antiquissima imago Christi in cruce agonizantis picta, quæ multis beneficiis immo miraculis clara est. — *Altare B*[mæ] *Virginis dolorosæ**) *et altare s. Annæ.*

Divina hic fiunt ordinarie duabus Dominicis et in festis solennioribus; in Dominica vero tertia et in festis B[mæ] Virginis & Apostolorum Parochus divina peragit in Gerlhausen, ubi est ecclesia filialis, uti mox dictum, ad matricem Zollingensem. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo inventionis s. Crucis. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia continet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ**). — Ecclesiæ hujus redditus curantur a Parocho & Præfecto electorali Mospurgensi ratione dynastiæ Isaregg. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle der Zeit yber 2400 fl. betreffen.

---

*) V. 104.

**) V. 105. — Die Seiten 106 — 112 ſind in der Reinſchrift der Schmidtiſchen Matrikel leer gelaſſen. D.

XIII.

DECANATUS RURALIS

RAMERSTORFFENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

S. ANDREAE APOSTOLI.

Parochiæ

Decanatus ruralis Ramerstorffensis*).

	Pag.	§.
Argeth	169.	307.
Aschhaimb	175.	308.
Au prope Monachium	161.	306.
Biberg	183.	309.
Ismaning	189.	310.
Kirchhaimb	155.	305.
Oberfœhring	199.	311.
Oberhæching	113.	302.
Ottendichl	211.	312.
Perg seu Paumbkirchen	225.	313.
Perlach	235.	314.
Pogenhausen	135.	303.
Saurlach	247.	315.
Trudering, Vicar.	147.	304.

*) Dieſes Decanat, ehedem von dem Orte, wo die jährliche Capitelverſammlung abgehalten wurde, Ramersdorf, jetzt aber Oberföhring genannt, enthält nunmehr auch die in neuerer Zeit entſtandenen Pfarreyen Haidhauſen und Gieſing und die vom Decanate Schwaben getrennte Pfarrey Hohenbrunn. Dagegen iſt die Pfarrey Biberg aufgelöſet und theils mit Perlach, theils mit Gieſing vereiniget, Kirchheim aber an das Decanat Schwaben abgegeben worden. D.

§. 302.

Parochia s. Stephani in Oberhaeching*).

1. Albertus II. Episcopus Frisingensis ao. 1356 hanc Parochiam consentiente capitulo cathedrali incorporavit collegiatæ ecclesiæ s. Andreæ in monte Frisingensi. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Andreas Moser, ss. theol. Candidatus, hujus capituli ruralis Decanus. Non dat primos fructus ex causa, quæ in primo hujus matriculæ volumine fol. 203 (§. 16. n. 21. Bd. I. S. 99) reperitur, ubi vide.

2. De proventibus parochialibus in antiqua matricula ita habetur: *Item in fixis redditibus et institutione prædiorum circiter 11 flor. Item a Cooperatore in Argeth loco absentiæ 12 flor. Item a quodam colono in Grasbrun 6 flor. Item ex missis hebdomadalibus 2 flor. Item decimæ in Grienwald valoris 6 flor., in Wernbrun et Buelach 3 fl. Item habet collecturam**) frumentorum in Parochia valoris 9 flor.* Condecimatores adsunt plures, nempe in pagis Oberhæching, Deisenhoven, Furth et Lanzenhaar condecimat camera episcopalis Frisingensis pro tribus partibus. Item in Oberhäching bey dem Kolberer tres partes decimarum recipit ecclesia parochialis ibidem. Item monasterium Schefftlariense tollit duas partes bey dem Hänkhel, et in Furth recipit omnes decimas bey dem Siren. Vicarius autem parochialis decimat solummodo ex duobus jugeribus frumenti et avenæ in Oberhäching, ex sex jugeribus in Deisenhoven et uno in Furth, quæ vulgo Vorländer dicuntur. In Tauff-Kirchen duas partes decimarum recipit Collegiata s. Viti et tertiam partem prædicta camera episcopalis, uti et in Kirchstockhach. Item in Tauff-Kirchen ex uno et altero prædio decimant monasteria Tegernsee et Schefftlarn. Beneficiatus in Tauff-Kirchen etiam decimat ex uno et altero prædio ibidem et in Perkhamb, uti et apud duos colonos in Pœtting***). Vicarius autem parochialis nihil tollit

---

*) V. 113. — Vgl. §§. 392. 573. 688 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 255 — 257). Ueber alle Pfarreyen dieſes Decanates findet man geſchichtliche Nachrichten in J. H. Wolf's hiſtoriſch-ſtatiſtiſcher Einzeln-Beſchreibung der Stadt München und ihrer Umgebungen (München 1847. 8) und in deſſelben Verfaſſers bayer'ſcher Chronik. Jahrg. 1843. D.

) V. 114. *) V. 115.

in Tauff-Kirchen, sed in Wining decimat apud tres colonos in dreyen Vorländern et in Potzhaimb apud duos colonos in zweyen Vorländern frumentum et avenam. In pago Niederhäching sunt etiam varii decimatores, nempe camera episcopalis, Præpositus Collegiatæ s. Viti, Comes Fugger apud rusticum Schenker, Collegiata s. Andreæ apud colonum Zeidlmayr, monasterium Tegernsee apud unum et alterum colonum. Item Beneficiatus in Niderhäching tollit etiam decimas apud unum et alterum rusticum ibidem. Vicarius parochialis hic solum decimat auf 5 Vorländern. In pago Creuz-Puelach apud tres colonos decimat monasterium Tegernsee pro duabus partibus et pro tertia Vicarius parochialis. In Alten-Puelach apud unum colonum decimat monasterium Schefftlarn duas partes, apud alios duos decimat aliquis Beneficiatus Monacensis et tertiam partem decimarum recipit Vicarius prædictus. In Grienwaldt decimat duas*) partes Beneficiatus ibidem et tertiam Vicarius parochialis. In Lauf-Zorn tollit tres partes decimarum aliquis Beneficiatus ad s. Petrum Monachii, uti et in Wernbrun duas partes, tertiam autem in Wernbrun tollit Collegiata s. Andreæ. In pago Otterloch duas partes decimarum recipit monasterium Dietrambszell et tertiam camera episcopalis prædicta. — Præter exiles decimas proventus parochiales consistunt in manso parochiali et stolæ accidentiis und in einem Widumb-Guett zu Grasbrun. Integri redditus hujus Parochiæ communibus annis ultra 700 florenos vix ascendent. — Econtra Vicarius parochialis in Oberhäching tenetur alere Cooperatorem. Item debet ad Collegiatam s. Andreæ absentiæ loco præstare annuos 30 florenos, ad seminarium episcopale 3 fl., Widumb-Steuer 2 fl. 39 kr., Jäger-Gelt 2 fl., cathedraticum 22 kr. 1 hl., ad fabricam cathedr. ecclesiæ frising. 28 kr. 3 dl. — Domus parochialis cum pertinentiis**) est valde honestæ et recentioris structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1558 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Ober-Häching habet alias sex filiales ecclesias, nempe in Niderhæching, Tauff-Kirchen, Grienwaldt, Creuz-Puelach, Kirchstockhach, Lanzenhaar.

4. Ecclesia parochialis prædicta post novissimam notabilem reparationem vel potius reædificationem inter rurales ecclesias elegantior et amœna, sed extra altare majus necdum consecrata est. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, in quo asservatur Sanctissimum et coluntur particulæ de ossibus ss. Stephani et Laurentii martyris, et altaria s. Annæ et s. Martini. Hæc duo altaria necdum sunt consecrata***).

Antiquitus in hac ecclesia parochiali fuit introducta *confraternitas* corporis Christi, quæ nunc nullos habet distinctos redditus;

---

*) V. 116. **) V. 117. ***) 118.

item confraternitas pro fidelibus defunctis, quæ administratur cumulative a Vicario parochiali et Præfecto electorali in Wolferzhausen. Diſer Bruderſchaft Vermögen ſolle diſer Zeit gegen 850 fl. betragen. — Divina fiunt in hac ecclesia parochiali ordinarie omnibus diebus dominicis et festivis. Dedicatio antehac incidit in Dominicam post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo s. Stephani. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario et sepulturis. Sacristia continet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ parochialis sunt sub cura Vicarii parochialis et Præfecturæ in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mechte diſer Zeit in 1700 fl. beſtehen.

Ecclesia filialis B^mæ Virginis in Niderhäching).*

5. Hæc ecclesia inter rurales ornatior et devotione erga Sanctissimas personas Jesu, Mariæ, Joseph celebris est. Adsunt tria altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem B^mæ Virginis. Ad hoc altare fundatum est Beneficium, cujus fundatores dicuntur fuisse ex familia Schrenkiana. Instrumentum fundationis non extat. Juxta acta visitalia de annis 1706 et 1712 proventus beneficiales consistunt in 30 florenis paratæ pecuniæ. Item de tribus colonis Beneficiatus habet duas tertias decimarum. Bey dem Rumpel- Ertel- und Gloner-Gueth gaudet integris decimis. Item adest mansus beneficialis, in zweyen Feldern beyläuffig anderthalb Juchart, in dritten Feld aber yber zwey Juchart. Pro foeno in certa via excrescente tenetur Beneficiatus cantare evangelia**) inter segetes. Juxta recessum de ao. 1686 tenetur Beneficiatus wochentlich zwey heilige Meſſen, als eine an denen Sonntägen, die andere aber an einem in der Wochen einfallenten Feyertag oder anderen gelegenen Tag zu verrichten, dann Sambſtag Abendts zu Sommers-Zeit die heilige drey Creuz processionaliter zu beſuechen und alda mit dem hochwürdigſten Guett die Benediction yber die Feldt-Früchten zu geben. Adest etiam domus beneficialis, sed misera et nova ædificatione summe indiga. Jus patronatus est penes capitum Collegiatæ s. Andreæ. Modernus Beneficiatus est R. D. Augustinus Rosen, curatus, ao. 1734 investitus. Dat pro primis fructibus 6 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.

Altare Jesu, Mariæ, Joseph. Ad hoc altare, ad quod in publicis necessitatibus sæpius solent fieri processiones publicæ, ao. 1669 authoritate ordinaria erecta fuit *confraternitas* Jesu, Mariæ, Joseph***), a sede Apostolica indulgentiis ornata. Administratur a Vicario parochiali tanquam Præside ac Directore. Altare hoc privi-

---

*) V. 119. **) V. 120. ***) V. 121.

legiatum est pro defunctis ex eadem confraternitate diebus Lunae cujuslibet septimanae. — *Altare s. Sylvestri.*

Res divina hic peragitur præter missas beneficiales alternando diebus dominicis cum ecclesia in Tauff-Kirchen; in festis tamen B^mæ^ Virginis semper in Niderhäching. Dedicatio celebratur Dominica post festum nativitatis B^mæ^ Mariæ Virginis.

Adest etiam hic *confraternitas* pro defunctis instituta, quæ est sub cumulativa administratione Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Wolferzhausen. Das Vermögen diſer Bruderſchaft ſolle ſich der Zeit yber 2700 fl. belauffen. — Asservatur etiam hic aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium etiam*) habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Vicarium parochialem et Præfectum electoralem in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mechte diſer Zeit yber 2600 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Puelach.

6. Ecclesia valde elegans et noviter reædificata. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Crucis, de qua hic asservatur valde notabilis particula, altare s. Petri et altare s. Magdalenæ.

Anno 1730 Dominicus**) Marcus de Dürsch, Churfürſtlicher Rath und Landtſchafts-Caßier, fundavit Beneficium et assignavit pro fundo 4600 florenos, de quorum annuo censu satisfit Beneficiato, ecclesiæ ejusque ministris. Beneficiatus tenetur in hac ecclesia per se ipsum celebrare missam diebus dominicis et festivis et quatuor diebus per hebdomadem. Huic Beneficio etiam contulit 500 florenos Josephus Martinus Cleer, mercator Monacensis. Jus patronatus reservavit fundator sibi, und allen ſeinen Deſcendenten mannlichen Stammens und Nahmens, allzeit dem Eltiſten; nach Abgang deren aber ſolle das Jus præsentandi allzeit dem elteren Sohn von der weiblichen Dürſchiſchen Familie zukommen; in Entſtehung deren aber ſollen auch die Töchter nach dem Senio zu diſem Recht qualificiret ſeyn. Wenn aber von des fundatoris mann- und weiblicher Linea niemandt mehr vorhanden, ſo ſolle das Jus patronatus denen Franz Claudi-Cleeriſchen Erben in München abſteigenter Lineae eben auf dieſe Weis und Ordnung, wie es***) gemeltermaſſen bey denen Dürſchiſchen geweſen, zuekommen. — Modernus Beneficiatus est R. D. Petrus Sebastianus Schaffner, ao. 1730 investitus. Dat pro primis fructibus 7 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl. †).

---

*) V. 122. **) V. 123. ***) V. 124.

†) Das Beneficium zu Kreuzpullach iſt jetzt mit der Hülfspriesterſtelle der Pfarrey

Res divina præter missas beneficiales peragitur in festo inventionis s. Crucis; item feria quarta Paschatis et Pentecostes, in festo Nativitatis Domini missa ad auroram; item in festo ss. Innocentium martyrum, item postridie festi omnium Sanctorum. Dedicatio celebratur Dominica quinta post Pascha, post quam etiam hic celebratur anniversarius. — Cœmeterium etiam hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Vicarium parochialem et Dominum hoffmarchialem loci, qui defacto est Dominus de Dürsch. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle der Zeit 1500 fl. betragen.

Capella electoralis ss. Trinitatis in Laufzorn).*

7. Hæc capella insigni opere exstructa fuit a Serenissima conjuge Alberti Ducis Bavariæ Mechthilde Leuchtenbergica. Adest unum altare, consecratum ss. Trinitati. In hoc ex institutione Serenissimi Ducis Bavariæ Maximiliani Philippi piæ memoriæ sacerdos quidam specialiter constitutus diebus dominicis ac festivis pro salario celebrat missam. Cœteroquin divina hic fiunt in festo ss. Trinitatis et in festis s. Magdalenæ ac s. Nicolai. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Udalrici. — Cœmeterium non adest. Sacristia continet paramenta melioris notæ. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Capella conservatur ex bonis altefati Serenissimi Ducis.

*Ecclesia filialis ss. Petri et Pauli in Grienwaldt**).*

8. Ecclesia hæc quoad fabricam inter rurales communis est notæ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum honoribus ss. Petri et Pauli, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Trinitatis et altare Bmæ Virginis.

In hac ecclesia fundatum est Beneficium, uti creditur a Serenissimis Bavariæ Ducibus. Tenetur Beneficiatus diebus dominicis et festivis et bis hebdomadatim celebrare missam. Proventus Beneficii consistunt maxime in duabus tertiis decimarum in Grienwaldt, in einer mittelmäſſigen Pauſtatt, ainmädiger Wiſen und in 28 fl. 12 kr. 6 hl. in parata pecunia. Adest domus beneficialis, quæ cum per-

---

Endlhauſen vereiniget. Der Cooperator von Endlhauſen wohnt nämlich als Expoſitus und Beneficiums-Verweſer in Pullach und verſieht von hier aus die ihm zugewieſene Filiale Oberbiberg. Vgl. die Diöceſanbeſchr. S. 354. D.

*) V. 125.

**) V. 126. — Vgl. Hübners, Eiſenmanns u. a. Beſchreibungen d. Stadt München, von Obernbergs Reiſen durch den Iſarkreis (IV. 141 — 143 und V. 19 — 24), das oberbayer. Archiv (III. 29 — 36) ꝛc. D.

tinentiis suis est honestæ structuræ, quæ conservatur a granario electorali. Jus patronatus est penes Serenissimum Bavariæ Electorem *). Modernus Beneficiatus est R. D. Nicolaus Landtwehr, ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos, ad episcopale seminarium 1 fl.**).

Divina alias per Vicarium parochialem in Oberhäching hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam secundam post festum nativitatis B[mæ] Virginis, et in festo patrocinii ss. Petri et Pauli. Item vigore copiæ recessus, qui reperitur in actis ecclesiasticis, teneretur Cooperator Hächinganus ad duas missas hebdomadales hic celebrandas. Hodie tamen solummodo una peragitur hebdomadatim. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis decentibus. In turri pendent duæ campanæ benedictæ. — Proventus ecclesiæ administrat Officialis electoralis granarii, qui recusat dare ratiociniorum extractus.

*Ecclesia filialis ss. Joannis Baptistæ et Evangelistæ in Tauff-Kirchen ***).*

9. Ecclesia hæc amœna et decore reparata habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis Baptistæ et Evangelistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Apolloniæ et Ottiliæ et altare ss. Sebastiani et Viti martyrum.

Anno 1426 Sigman Parochus in Hæching et Georgius Tauffkirchner cum suis hæredibus et vitricis hujus ecclesiæ fundaverunt Beneficium missæ quotidianæ, una die excepta in hebdomada, et ex bonis ejusdem ecclesiæ et eleemosynis collectis, concurrente dicto Georgio Tauffkirchner, assignaverunt pro fundo †) einen Zechent zu Pötting, einen Hof, Hueb und Lechen zu Perkhamb, eine Hueb zu Winding, eine Hueb zu Pozhamb und die Kottmühl, und aus des Kolben Hueb zu Perkhamb ½ ℔ dl., eine Hueb und zwey Lechen zu Weſterndorff, eine Wiſen in dem Otterbach, item eine Gült aus zweyen Häuſern in der Schwabinger- und Sendtlinger-Gaſſen zu München ſambt einem Krautgartten vor dem Sendtlinger-Thor zu München. Jus nominandi clericum, qui intra annum saltem sacerdos sit, reservavit sibi Parochus in Hæching et supradictus Tauffkirchner. Jus præsentandi erat tunc penes capitulum Collegiatæ s. Andreæ in monte Frisingensi. Nunc ad hoc Beneficium præsentat P. Rector societatis Jesu collegii Monacensis ††) et Beneficiatus simpliciter admittitur, nec investitur. Redditus beneficiales æstimantur nunc ad 150 florenos, pro quibus

---

*) V. 127.

**) Der Beneficiat zu Grünwald hat jetzt auch die dortige Schule zu beſorgen. D.

***) V. 128. †) V. 129. ††) V. 130.

Beneficiatus singulis diebus dominicis ac festivis tenetur dicere sacrum*), ita ut intra hebdomadem tria dicantur sacra. Domus beneficialis indiget reparatione. Modernus Beneficiatus est R. D. Petrus Seemüller. Non dat primos fructus, sed jura cancellariæ et ad seminarium episcopale 1 fl.

Divina hic ordinarie fiunt in Dominicis alternative cum ecclesia filiali in Nider-Häching, item in festis Apostolorum. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi. Patrocinium celebratur in festis ss. Joannis Baptistæ et Evangelistæ. Item juxta sententiam sub dato 18. Jul. 1731 latam tenetur Vicarius parochialis in hac ecclesia diebus Lunæ celebrare missam hebdomadalem, olim a Conrado Tauffkirchner fundatam, et etiam orare vesperas defunctorum, pro quo onere fruitur certo prato nächſt Tauffkirchen. — Habetur hic baptisterium**) et asservantur etiam sacra olea. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis decentibus. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Domini hoffmarchialis, quem defacto repræsentat P. Rector societatis Jesu collegii Monacensis, ex cujus parte non exhibentur extractus ratiociniorum ecclesiæ.

Ecclesia filialis s. Georgii in Kirchstockhach.

10. Ecclesia vilis structuræ, in fundo rustici sita, sine cœmeterio et sacristia. Altare habet unum necdum consecratum, alias in honorem s. Georgii erectum. Divina hic peraguntur in die dedicationis, quæ incidit in Dominicam secundam post festum s. Bartholomæi, et in festo patrocinii s. Georgii. Turris continet***) campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Vicario parochiali loci et Præfectura in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich gegen 1300 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Lanzenhaar.

11. Ecclesia reparatione indiga altare habet unum, in honorem s. Udalrici dedicatum, in quo divina peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum assumptionis B. M. V., patrocinium in festo s. Udalrici, item in festo s. Joannis et Pauli martyrum. Cœmeterium non adest, licet area ecclesiæ asseribus circumdata sit. Neque adest sacristia; paramenta enim asservantur in ecclesia, quæ sunt necessaria. Turris continet campanas duas benedictas†). Proventus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle der Zeit gegen 350 fl. beſtehen.

---

*) Dieſes Beſetzungsrecht wird nunmehr von Sr. Maj. dem Könige ausgeübt. D.
) V. 131. *) V. 132. †) V. 133.

§. 303.

Parochia s. Georgii in Pogenhausen *).

1. Hæc Parochia ab Alberto II Episcopo Frisingensi unita fuit collegiatæ ecclesiæ s. Viti extra muros Frisingenses. Modernus Vicarius est R. D. Simon Mair, hujus capituli ruralis Camerarius, ao. 1711 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ desumuntur ex manso parochiali, decimis majoribus ac minoribus & stolæ accidentiis. Cæteroquin antiqua matricula inter alia sic habet: *Item in fixis redditibus ex institutionibus 3 β. dl. Item ex missis hebdomadalibus 1 tt. dl. Confessionalia ad 10 florenos, panes primitiales ad 4 florenos.* Juxta acta etiam ecclesiastica ad proventus parochiales pertinet eine Widumb-Sölden zu Obergiesing und 5 Juchart Ächer. Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis ascendent ad 1000 florenos & ultra **). — Condecimatores adsunt sequentes: Camera episcopalis Frisingensis, monasterium Schöfftlariense, ecclesia parochialis hic in Pogenhausen, monasterium P. P. Paulanorum in Augia und die Churfürstliche Rechenstuben in München. Quilibet horum condecimatorum decimat tantum in certis prædiis ac terminis, nullus autem universaliter. Onera a Vicario parochiali quotannis persolvenda sunt sequentia: Pensio seu absentia 200 florenorum ad Collegiatam s. Viti persolvenda, Widumb-Steur 4 fl. 45 kr., Jäger-Gelt 2 fl. 17 kr. 1 hl., ad seminarium episcopale 5 fl., cathedraticum 22 kr. 1 hl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 28 kr. 3 hl. — Domus parochialis cum pertinentiis commoda est, nec defacto reparatione indiget.

Communicantes, quibus ipse Vicarius parochialis curam administrat, novissime 1140 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Pogenhausen juxta antiquam matriculam habet sex filiales cum sepulturis, nempe in Haidhausen, Gasteig ***), Giesing, Trudering, Riemb, Granstorff & Hart, quibus accessit filialis in Dening; sed defacto post factam harum filialium divisionem nunc sub præsenti rubrica veniunt tantum ecclesiæ filiales in Haidhausen, Gasteig & Dening.

---

*) V. 135. — Vgl. §§. 381. 572. 688, die tabellar. Diöcesanbeschreibung (S. 253), Ans. Martin's Topographie und Statistik des Landgerichtes Au (München 1837) S. 48—53, v. Obernberg's Reisen (V. 77. 78), Lipowsky's Urgeschichte von München (I. 35—37) und andere Beschreibungen der Stadt München. D.

) V. 136. *) V. 137.

4. Ecclesiæ parochialis structura inter rurales est melioris notæ. Adsunt tria altaria: *Altare majus* est dedicatum honoribus s. Georgii martyris, de cujus ossibus hic colitur particula. In hac ara asservatur Sanctissimum. — *Altare B^mæ^ Virginis.* Ad hoc altare antiquitus fuit erecta *confraternitas* ss. Rosarii; idcirco ipsum altare privilegiatum est feria sexta cujuslibet hebdomadæ pro defunctis ex eadem confraternitate, quæ nunc non habet proprium magistratum, sed regitur a Vicario parochiali. — *Altare s. Corbiniani.*

Res divina hic peragitur singulis diebus *) dominicis ac festivis, exceptis festis, quæ celebrantur in Haidhausen, Gasteig & Dening, uti infra notabitur. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum ss. Simonis & Judæ, patrocinium vero in festo s. Georgii. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium quoque cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventuum ecclesiæ administratio est penes Vicarium parochialem loci & magistratum civicum Monacensem. Das völlige Vermögen diſes Pfarrgottshauſes mechte diſer Zeit gegen 1000 fl. ausmachen.

*Ecclesia filialis s. Joannis Baptistæ in Haidhausen***).*

5. Hæc ecclesia inter rurales insignis est. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ ***), in quo asservatur Sanctissimum & colitur dextera mandibula s. Joannis Baptistæ, quam huic ecclesiæ dono dedit Serenissimus Elector Bavariæ Maximilianus I; altare B^mæ^ Virginis & altare s. Bartholomæi.

Circa annum 1493 vitrici hujus ecclesiæ cum consensu Rectoris in Pogenhausen fundaverunt Beneficium seu Capellaniam perpetuam non curatam, pro cujus fundo assignaverunt aliqua prædia, census item annuos ex domibus Monacensibus. Adest etiam habitatio pro Beneficiato satis commoda. — Vi primæ fundationis

---

*) V. 138.

**) Das Beneficium in Haidhauſen iſt i. J. 1820 zu einer eigenen Pfarrey erhoben worden, deren Paſtorirung einen Pfarrer und zwey Capläne erfordert. In dieſer Pfarrey befindet ſich das i. J. 1840 errichtete Kloſter der Frauen vom guten Hirten, eine Filiale der barmherzigen Schweſtern und das Beneficium auf dem Gaſteig. Das Patronatsrecht iſt landesherrlich. Vgl. Ant. Baumgartner's die Feyer des heil. Johannes des Täufers in Haidhauſen mit hiſtoriſchen Notizen (München 1822. 8.), Martin's Topographie des Landgerichtes Au (S. 37—45), Lipowsky's Geſchichten der Vorſtadt Au (S. 10—12), Münchner-Intelligenzblatt v. J. 1802 (Stück XV.), L. Hübner's u. A. Beſchreibungen der Stadt München, Schematismus der Geiſtlichkeit der Erzdiöceſe München und Freyſing f. d. J. 1841. (S. 141. 142) ꝛc. D.

***) V. 139.

præter personalem residentiam & alia onera teneretur Beneficiatus ad quinque missas hebdomadales, nunc vero tres hebdomadatim celebrat; integri enim proventus beneficiales cum additione, quæ datur ex ecclesiæ hujus proventibus, ad 200 florenos forte ascendent. Jus patronatus est penes Vicarium parochialem in Pogenhausen et vitricos hujus ecclesiæ. Modernus*) Beneficiatus est R. D. Joannes Mair, ao. 1718 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.

Res divina a Vicario parochiali in Pogenhausen hic peragitur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Bartholomæi & in festo patrocinii s. Joannis Baptistæ; item in festo s. Jacobi Apostoli, Bartholomæi, Andreæ & s. Joannis Evangelistæ. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis decentibus, in qua etiam asservantur sacra olea. In turri pendent campanæ duæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Vicarium parochialem in Pogenhausen et Dominum hoffmarchialem in Haidhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit yber 1800 fl. betragen.

*Capella filialis s. Wolfgangi in Haidhausen**).*

6. Hæc capella sita est in pago Haidhausen, habens unum altare, in honorem s. Wolfgangi Episcopi consecratum. Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum ss. Petri & Pauli, et in festo patrocinii s. Wolfgangi. Item hic aliqua per annum peraguntur anniversaria. Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta decentia. Turris continet campanas duas benedictas. Proventus hujus capellæ sunt sub eadem administratione, qua sunt redditus ecclesiæ filialis s. Joannis Baptistæ hujus loci.

Capella filialis Bmæ Virginis in Dening.

7. Capella hæc, a Patribus societatis Jesu***) noviter in fundo rustici ædificata, cum suo altari in honorem Bmæ Virginis consecrata est. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis. Divina cæteroquin hic non fiunt, nisi per missas votivas. Sacristia hujus capellæ provisa est paramentis necessariis. Capella conservatur a prædictis Patribus societatis.

Ecclesia filialis s. Nicolai auf dem Gasteig nächst München †).

8. Ecclesia ad leprosodochium ibidem sita & valde decenter ornata, tria habet altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s.

---

*) V. 140. **) V. 141. ***) V. 142.

†) Vgl. Crammer's teutſches Rom (S. 129), Hübner's, Lipowsky's u. A. Beſchreibungen der Stadt München. D.

Nicolai*) Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula s. Crucis, altare ss. familiæ Christi & altare s. Catharinæ virginis martyris.

Anno 1480 a diversis benefactoribus civibus Monacensibus fundatum hic fuit Beneficium missæ quotidianæ, una die per hebdomadem excepta. Assignarunt pro fundo varios census ex domibus & fundis Monacensibus. Jus patronatus & præsentandi sacerdotem, qui missas per se ipsum peragat & aliud Beneficium non habeat, reservatum fuit senatui civico Monacensi. Nunc juxta acta visitalia de ao. 1706 Beneficiatus celebrat, comprehensis etiam diebus dominicis & festivis, tria sacra hebdomadalia & proventus beneficiales se circiter ad 150 florenos extendent**). Modernus Beneficiatus est R. D. Augustinus Härpf, ao. 1712 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.

Divina alias præter missas beneficiales per Vicarium parochialem hic fieri solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi, et in festo patrocinii s. Nicolai; item in festis ss. Magdalenæ, Martini, Catharinæ, Innocentium martyrum, et in feria secunda & tertia Paschatis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Asservatur etiam oleum infirmorum. Sacristia provisa est paramentis decentibus. In turri pendent campanæ duæ benedictæ. — Ipsa ecclesia & sacristia conservatur a vitricis leprosodochii***), qui proventus ecclesiæ administrant.

9. Adest etiam huic ecclesiæ contigua *capella B^mæ Virginis Oettinganæ* cum altari non consecrato, in quo solummodo in festis paschalibus ad comprecationem quadraginta horarum ob concursum populi & ecclesiæ angustiam solet missa celebrari.

---

§. 304.

Vicariatus parochialis ss. Petri et Pauli in Trudering†).

1. De hoc Vicariatu antiqua matricula, dum agit de Parochia Pogenhausen, ita habet: *Item habet unum Cooperatorem, qui re-*

---

*) V. 143. **) V. 144. ***) V. 145.

†) V. 147. — Vgl. §§. 396. 572. 688, die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 259) und Wolf's bayerſche Chronik, Jahrg. 1843. S. 458. Trudering beſteht jetzt auch dem Namen nach als eine wirkliche Pfarrey, auf welche der Pfarrer von Bogenhauſen zu präſentiren hat. D.

sidet in Trudering, habens in suis obventionibus ad 40 flor. et propriam residentiam. Jus præsentandi Vicarium in Trudering, qui non investitur, sed ad curam simpliciter admittitur, ultima vice excercuit Vicarius parochialis in Pogenhausen, salvo tamen jure capituli collegiatæ ecclesiæ s. Viti extra muros Frisingenses, cui ipsa Parochia in Pogenhausen est incorporata, et quod jus præsentandi hunc Vicarium in Trudering pro se novissime prætendit. — Modernus Vicarius in Trudering est R. D. Michael Ignatius Hau, ao. 1722 ad curam admissus. Non dat primos fructus, solvit tamen jura cancellariæ*).

2. Proventus hujus Vicariatus desumuntur ex tenui manso et (uti constat ex actis visitalibus de annis 1706 & 1710) ex tertia parte decimarum per districtum Vicariatus. Integri proventus communibus annis ad 500 florenos non creduntur pertingere. Tenetur iste Vicarius alteri principaliori in Pogenhausen dare annuam pensionem 20 florenorum, item solvere juxta prædicta acta visitalia Widumb=Steur 2 fl. 42 kr. 2 dl., ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 22 kr. 1 hl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 28 kr. 3 dl. — Domus vicarialis cum pertinentiis est bonæ structuræ.

Communicantes sub cura Vicarii in Trudering existentes novissime 400 numerati sunt.

3. Ecclesiæ in Trudering, cujus matrix proprie est ecclesia in Pogenhausen, addictæ sunt aliæ tres ecclesiæ filiales, nempe in Riemb, Granstorff & in Haar.

4. Ecclesia in Trudering antiquæ structuræ**) est, non ita pridem reparata. Adsunt quatuor altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Apostoli Petri & Pauli, in quo asservatur Sanctissimum, et altaria Bmæ Virginis, s. Josephi & s. Cajetani.

Divina hic ordinarie peraguntur duabus Dominicis, tertia vero in Riemb & quarta in Granstorff, item in diebus festivis, in quibus res divina non fit in ecclesiis filialibus. Dedicatio celebratur Dominica ante festum nativitatis Bmæ Virginis, patrocinium vero in festo ss. Apostolorum Petri & Pauli. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium quoque adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ***). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa administratione Vicarii loci & Præfecturæ electoralis in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte der Zeit gegen 1400 fl. beſtehen.

Ecclesia filialis s. Martini in Riemb.

5. Ecclesia hæc cum sua turri est valde vilis & ruinosæ structuræ.

---

*) V. 148. **) V. 149. ***) V. 150.

Adsunt duo altaria: Altare majus, dedicatum honori s. Martini Episcopi, in quo tempore maturescentium segetum asservatur Sanctissimum, et altare s. Wilgefortis.

Divina hic fiunt ordinarie omni tertia Dominica, item feria secunda Paschatis & in festo Pentecostes & semel infra octavam omnium Sanctorum; item in dedicatione & in festo patrocinii s. Martini *). — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta pauca. In turri pendent duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Vicario loci & Præfecto electorali in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte der Zeit gegen 300 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Granstorff.

6. Ecclesia ista inter rurales satis decora est. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Crucis, altare s. Annæ & altare s. Petri de Alcantara.

Res divina hic ordinarie peragitur quarta Dominica, item in festis annunciationis & conceptionis B^mæ^ Virginis **), ss. Apostolorum Mathiæ & Matthæi, item in feria tertia Paschatis & semel infra octavam omnium Sanctorum; item in dedicatione & festo inventionis s. Crucis. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis necessariis. In turri pendent duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Vicarium loci & Præfectum electoralem in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 1030 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Haar.

7. Hæc ecclesia inter rurales communis structuræ & reparatione indiga est. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, altare B^mæ^ Virginis & altare quatuordecim Auxiliatorum ***).

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam infra octavam Ascensionis, et in festo patrocinii s. Nicolai Episcopi; item in festo ss. Innocentium martyrum & semel infra octavam omnium Sanctorum. — Cœmeterium cum ossuario & sepulturis quidem adest, sed non sacristia, bene vero paramenta pro necessitate. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Vicario & Abbate monasterii Rottensis, a quo non exhibentur ratiociniorum extractus.

---

*) V. 151. **) V. 152. ***) V. 153.

§. 305.

Parochia s. Andreæ in Kirchhaimb *).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis & de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. — Modernus Parochus est R. D. Josephus König, ao. 1707 investitus, hujus ruralis capituli testis synodalis. Dat pro primis fructibus 35 florenos.

2. De proventibus hujus Parochiæ in veteri matricula ita habetur: *Item in fixis redditibus & institutione prædioli in Feldt-Kirchen 1 flor. ac alios census, quæ in summa se ad 1 ℔. & 5 dl. extendunt. Item ex missis hebdomadalibus & anniversariis circiter 13 flor. Confessionalia ad tres flor. æstimat, panes primitiales ad 5 flor.* Proventus parochiales recipiuntur maxime ex manso parochiali & decimis, quæ consistunt in tertia parte**). Integri proventus communibus annis censentur ascendere posse ad 600 florenos. Condecimatores adsunt tres, nempe duæ Collegiatæ s. Viti et Joannis Baptistæ Frisingæ ac hospitale s. Spiritus Monachii. Parochus tenetur præstare Widumb-Steur und Jäger-Gelt 5 fl. 51 kr., ad seminarium episcopale 2 fl., cathedraticum 22 kr. 1 hl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 28 kr. 3 dl. — Domus parochialis cum pertinentiis est etiamnum honestæ structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 386 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Kirchhaimb habet unam solam filialem, nempe in Feldt-Kirchen.

4. Ecclesia parochialis est valde decoræ & amœnæ structuræ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Andreæ ***) Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis & altare s. Joannis Baptistæ, in quo colitur particula s. Crucis.

In hac quoque ecclesia parochiali jam ultra centum annos introducta existit *confraternitas* ss. Rosarii, quæ administratur a Parocho & vitricis ecclesiæ. In ratiociniis etiam judicialibus fit mentio de confraternitate fidelium defunctorum, quæ est sub administratione Parochi & Præfecturæ in Wolferzhausen. Das Vermögen diſer Bruderſchaft ſolle der Zeit gegen 130 fl. betragen. — Divina

*) V. 155. — Vgl. §§. 388. 563. 688, die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 254 u. 255), Lipowsky's Urgeſchichte von München (I. 50), v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkreis (I. 312. IV. 141.) D.

) V. 156. *) V. 157.

hic fiunt alternative in Dominicis cum ecclesia filiali in Feldt-Kirchen, item in festis omnibus $B^{\text{mæ}}$ Virginis, excepto festo conceptionis, quod peragitur in Feldt-Kirchen. Item hic res divina peragitur in festis Apostolorum, exceptis *) festis ss. Philippi et Jacobi & Jacobi majoris, quæ pariter celebrantur in Feldt-Kirchen. Dedicatio incidit in Dominicam secundam post festum s. Michaelis, patrocinium vero ad festum s. Andreæ Apostoli. Item juxta acta visitalia de ao. 1733 hic dicitur missa hebdomadalis. — Baptisterium cum sacris oleis hic habetur. Sacristia provisa est paramentis admodum decoris. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa cura Parochi & Præfecti electoralis in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit gegen 1500 fl. belauffen.

*Ecclesia filialis s. Michaelis in Feldt-Kirchen**).*

5. Ecclesiæ hujus structura parva quidem ***), sed melioris notæ est. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Annæ & altare s. Catharinæ virginis martyris.

1. Hæc Parochia jam a tempore Nitkeri Episcopi Frisingensis censetur esse incorporata ecclesiæ collegiatæ s. Viti martyris extra muros civitatis Frisingensis. Vicarius parochialis præsentatur a capitulo prædictæ Collegiatæ, ab Ordinario Frisingensi investiendus. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Nicolaus Praschler, ss. theol. Lic., ao. 1734 investitus. Dat pro primis fructibus 45 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sunt de decimis majoribus et minoribus, manso parochiali & stola. In antiqua matricula fit etiam mentio confessionalium & panum primitialium. Ibidem etiam habetur: *Item dicto capitulo s. Viti pro incorporatione 31 flor. 3 ß. 20 dl.* Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis creduntur posse conficere 1500 florenos***). In prædio rusticali Zächerl in Zambdorff decimas colligit ecclesia parochialis in Zamb-

---

*) V. 223.

**) V. 225. — Vgl. §§. 381. 562. 688, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 252. 253) und Anſ. Martin's Topographie des Landgerichtes Au (S. 45—48). Dem Pfarrer iſt ſeit dem J. 1806 die Präſesſtelle der St. Michaels-Erzbruderſchaft in Berg am Lehm (in Joſephsburg) beygelegt, wegen welcher er einen Caplan zu halten hat. Auch befindet ſich in Berg ein Filialinſtitut der engliſchen Fräulein mit einem Erziehungshauſe für Mädchen aus dem Bürgerſtande und ein Reconvalescenz- und Ruhehaus der barmherzigen Schweſtern. D.

***) V. 226.

dorff, et de aliis duobus prædiis in Perg am Laimb decimæ pertinent ad leprosodochium auf dem Gaſteig prope Monachium. Vicarius parochialis tenetur præstare absentiæ loco ad prædictum capitulum s. Viti annuatim 130 florenos et 3 Vierttel Korn, ad seminarium episcopale 5 fl., cathedraticum 22 kr. 1 hl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 28 kr. 3 dl., Widumb-Steur 5 fl. 36 kr., Jägergelt 34 kr. 2 hl. — Domus parochialis cum pertinentiis nova & commoda est. Communicantes hujus Parochiæ novissime 130 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Paumb-Kirchen non habet aliam filialem ecclesiam, nisi capellam s. Viti martyris in campo & capellam lauretanam in Perg. Adest etiam capella aulica s. Michaelis in arce Josephs-Burg*).

4. Ecclesia parochialis noviter reparata & amœna tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula de ossibus s. Stephani protomartyris, altare Bmæ Virginis & altare s. Sigismundi martyris.

Res divina hic ordinarie peragitur omnibus diebus dominicis et festivis, exceptis festis s. Nicolai, Martini, Innocentium & dedicationis capellæ s. Viti, ubi divina in illa capella peragi solent. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur Dominica ante festum s. Mathiæ, patrocinium vero in festo s. Stephani. Habetur etiam hic *confraternitas* perpetuæ adorationis Sanctissimi**). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis valde decoris. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Vicarium parochialem & Præfectum electoralem in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes betraget diſer Zeit ÿber 8500 fl.

Capella filialis Bmæ Virginis lauretanæ.

5. Hanc capellam juxta formam sacræ domus lauretanæ cum consensu Viti Adami Episcopi Frisingensis ædificavit illustris Domina Maria Jacobe de Lerchenfeldt.

Ad altare hujus capellæ, ubi statua Bmæ Virginis beneficiis clara est, eadem Domina de Lerchenfeldt fundavit***) Beneficium et pro fundo assignavit summas sufficientes et domum pro habitatione Beneficiati, quæ conservatur ex redditibus capellæ. Benefi-

*) IV. 227. **) IV. 228.

***) V. 229. — Das Beneficium in Berg am Lehm (Laim) wurde im Jahre 1841 durch Joſ. Thoman bedeutend aufgebeſſert. Der Beneficiat lieſt einen Theil ſeiner Meſſen in der neu hergerichteten Capelle des Filialinſtitutes der engliſchen Fräulein zu Berg und verſieht dort auch die Stelle eines Katecheten. D.

ciati proventus extendunt se juxta acta visitalia ad 170 florenos et obligatur ad quinque missas hebdomadales et ad actualem residentiam. Circa jus patronatus fuit constitutum, daß aus des Herrn Georgii Conradi und des Herrn Bruders Joannis Caspari Freyherrn von Lerchenfeldt ehelichen Manns Erben jedesmahl der Hofmarkh Perg Innhaber das jus nominandi & præsentandi haben ſolle; wann aber die Hofmarkh in frembde Händ kommen mechte, ſoll es allzeit der Eltiſte von gedachten Herrn Conradi männlichen Descendenten, und auf deren Abgang des obgemelten Herrn Caspari Freyherrn von Lerchenfeldt männliche Descendenten, folgents aber die rechtmäſſige Inhaber der Hofmarch Perg beſitzen. Vi tamen specialium pactorum Serenissimus*) Elector Coloniensis Clemens Augustus, tanquam modernus possessor hoffmarchiæ Perg, jus habet recommendandi sacerdotem ad hoc Beneficium præsentandum. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Georgius Pizer, ao. 1734 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.

Dedicatio capellæ lauretanæ celebratur in Dominica ante festum s. Galli. Non adest cœmeterium, licet area capellæ sit clausa. Sacristia instructa est paramentis valde decoris. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventuum hujus capellæ cura est penes Vicarium parochialem & Dominum hoffmarchialem in Perg, qui tamen non exhibet extractus de capellæ ratiociniis.

6. Notant acta visitalia de annis 1706 & 1710 capellæ lauretanæ adjectum aliud *sacellum* cum uno altari, in quo quiescit corpus s. Placidi martyris.

*Capella filialis s. Viti martyris in campo***).*

7. Capella hæc modicæ, sed tamen amœnæ est structuræ. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Viti martyris, in quo colitur particula s. Viti martyris, altare B^mæ Virginis et altare s. Antonii de Padua.

Divina hic fiunt in festo s. Viti, Nicolai, ss. Innocentium, Martini. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Viti. In Dominica Pentecostes hæc capella visitatur processione. — Cœmeterium et sepulturæ hic non adsunt, licet area capellæ sit clausa. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri habentur duæ campanæ benedictæ***). — Proventus hujus capellæ continentur sub ratiociniis ecclesiæ parochialis, a qua illa conservatur.

Huic Capellæ annexum est *eremitorium*, in quo habitat Frater congregationi eremiticæ addictus.

Capella aulica in arce Josephsburg†).

8. Capella hæc pulcherrime adornata duo habet altaria: *Al-*

---

*) V. 230. **) V. 231. ***) 232.

†) Vgl. Crammers teutſches Rom (S. 144. 145), Burgholzer's, Weſtenrieder's

tare majus est dedicatum honoribus s. Michaelis Archangeli. Anno 1693 Serenissimus Elector Coloniensis & Episcopus Frisingensis Josephus Clemens ex Ducibus Bavariæ hic instituit celeberrimam et hactenus in plurimas ecclesias dilatatam *archiconfraternitatem* s. Michaelis Archangeli, ab Innocentio *) P. XII. multis beneficiis decoratam; unde idem altare privilegiatum est pro defunctis ex eadem confraternitate, quæ regitur per proprium magistratum et quivis Vicarius parochialis in Perg vocatur Consultor natus **). — *Altare s. Clementis.* In hoc altari colitur corpus s. Clementis martyris.

Solent in hac capella celebrari ordinarie duæ missæ hebdomadales, una ex mediis archiconfraternitatis, altera ex fundatione altefati Serenissimi Electoris, de qua sacerdos suum stipendium 50 florenorum recipit ex proventibus hoffmarchiæ Perg. Dicitur, hanc posteriorem missam ex capella lauretana fuisse translatam in hanc capellam aulicam. Dedicatio hujus capellæ celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis.

---

§. 314.

Parochia s. Michaelis in Perlach ***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis & de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. — Modernus Parochus est R. D. Josephus Carolus Ossinger ab Haibach, ss. theol. Lic., ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso parochiali, decimis & stolæ accidentiis. In antiqua matricula etiam sequentia leguntur: *Item in missis hebdomadalibus & anniversariis 15 flor.*

---

u. A. Beſchreibungen der Stadt München. — Die jetzige große und ſchöne St. Michaels-Kirche in Berg iſt bey der Vereinigung der Präſes-Stelle der St. Michaels-Erzbruderſchaft mit der Pfarrey Baumkirchen durch ein kgl. Decret vom 19. Dec. 1806 zur Pfarrkirche beſtimmt worden. Neben derſelben hat jetzt der Beneficiat ſeine Wohnung. D.

*) V. 233.

**) Vgl. Die Bruderſchaft zum hl. Erzengel Michael zu Berg am Laim. München 1696 und München 1732. 8. D.

***) V. 235. — Vgl. §§. 393. 571. 688 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 258). D.

Confeſſionalia 3 flor. Item panes primitiales ad 6 flor. Parochus tertia decimarum parte in tota Parochia fruitur exceptis tribus villicis, nempe Ambtman, Pichler und Saliter, qui se a præstatione decimarum exemptos esse prætendunt. Condecimat autem in pago Perlach Serenissimus Elector*) Bavariæ in duabus partibus, et eodem modo in pago Ramerstorff condecimat monasterium monialium auf dem Anger in München. Pertinet etiam ad redditus parochiales ein Saliter-Haus und Garthen (alias nuncupatur die Schnaitt-Hueb), item ein Sölden-Güettl zu Perlach. Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis creduntur ad 700 florenos posse ascendere. Econtra tenetur Parochus solvere annuatim Widumb-Steur und Jäger-Gelt 6 fl. 35 kr., ad seminarium episcopale 3 florenos, cathedraticum 22 kr. 1 hl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 28 kr. 3 dl. — Domus parochialis noviter ædificata cum pertinentiis non patitur defectum.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 460 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Perlach habet duas filiales, nempe in Ramerstorff & capellam s. Colomani ad ingressum pagi Perlach**).

4. Ecclesia parochialis noviter & splendide ædificata, non tamen perfecta est. Adsunt quinque altaria: *Altare majus* est dedicatum honoribus s. Michaelis Archangeli. In eo asservatur Sanctissimum. Idem altare singulis feriis quintis privilegiatum est pro *confraternitate* Corporis Christi hic authoritate ordinaria instituta, quæ tamen hucusque nec proprio magistratu, nec mediis sufficientibus provisa defacto regitur a Parocho. — *Altaria s. Annæ, omnium Sanctorum, Matris dolorosæ & s. Joannis Nepomuceni.*

Divina hic fiunt omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis festis B^{mæ}***) Virginis, quæ celebrantur in Ramerstorff. Dedicatio et patrocinium hujus ecclesiæ in festo s. Michaelis coincidunt. Confraternitatem pro fidelibus defunctis hic introductam fuisse, constat etiam ex ratiociniorum extractibus des Landtgerichts Wolferzhauſen. Das Vermögen diſer Bruderſchaft hat ſich in letzter Rechnung auf 1525 fl. 25 kr. 4 hl. herausgeworffen. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Sacristia instructa est paramentis necessariis. Cœmeterium habet ossuarium & sepulturas. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes hat in letzter Rechnung 7642 fl. 8 kr. 5 hl. betroffen †).

Ecclesia filialis B^{mæ} Virginis in Ramerstorff ††).

5. Ecclesia hæc insigniter decorata est & statua B^{mæ} Virginis

*) V. 236.

**) V. 237. — Seit dem Jahre 1804 gehört auch die ehemalige Pfarrkirche zu Unterbiberg als Filiale zu Perlach. D.

***) V. 238. †) V. 239.

††) Ueber die Wallfahrtskirche in Ramersdorf ſehe man Fr. Joſ. Lipowsky's hiſto-

miraculosa celebris. Adsunt sex altaria: *Altare majus* est dedicatum honoribus Bmæ Virginis, hic miraculis & beneficiis, nec non peregrinationibus honoratæ. In eodem altari asservatur Sanctissimum & coluntur multa ossa & reliquiæ de virginibus societatis s. Ursulæ.

6. Anno 1405 Serenissimus Dux Bavariæ Ernestus cum sua Serenissima conjuge Elisabetha fundavit Beneficium missæ quotidianæ in hoc altari peragendae. Pro fundo assignarunt zuſammen 20 ß. Münchner Pfenning, welche jährlich zu geben von dem Gottshaus und Markh Dieſſen und ab denen Steuern der Stadt Landtſperg, nebſt ainem Stainhaus, ſo auf der Kirchmauer zu Ramerſtorff gelegen iſt*). Jus patronatus reservaverunt fundatores ihren Erben und Nachkommen. Hodie Beneficiatus juxta acta visitalia in hac ara diebus Sabbati celebrat missam hebdomadalem, cum hoc Beneficium defacto unitum sit alteri, de quo infra ad altare s. Sigismundi dicetur**).

7. Ad idem altare ao. 1424 Stephanus, Parochus in Perlach, cum vitricis ecclesiæ in Ramerstorff & cum consensu senatus civici Monacensis ex eleemosynis & bonis dictæ ecclesiæ fundavit *missam matutinalem.* Moderni proventus hujus Beneficii se extendunt circiter ad 180 florenos. Adest etiam domus beneficialis bene constituta. Unde Beneficiatus tribus per hebdomadem diebus, præsertim in dominicis & festivis, dicit missam matutinalem. Jus patronatus competit Parocho in Perlach cum vitricis ecclesiæ in Ramerstorff. Modernus Beneficiatus est***) R. D. Franciscus Textor, curatus, ao. 1711 investitus. Dat pro primis fructibus 15 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.

8. *Altare s. Sigismundi martyris.* In hoc altari colitur potior pars ossium s. Valeriæ Sabinæ virginis martyris (nom. propr.). Ad idem altare juxta acta visitationis peraguntur missæ Beneficii, quod ao. 1381 Serenissimi Duces Bavariæ Stephanus, Fridericus & Joannes assignatis annuis 25 libris denariorum Monacensium ex variis bonis in hac ecclesia fundaverunt et jus patronatus

---

riſche Nachrichten über die Wallfahrtskirche zu Ramersdorf (8. München o. J.); Erklärung jener merkwürdigen Begebenheiten, welche die Kirche zu Ramersdorf als die älteſte Wallfahrtsſtätte nach der von Altenötting betreffen (8. München 1828); L. Hübner's Beſchreibung der Stadt München (I. 427—428) ꝛc. D.

*) V. 240.

**) Das herzogliche (Erneſtiniſche) Beneficium iſt i. J. 1776 in die jetzt Königliche Hofkirche zum hl. Michael in München verlegt worden, wo daſſelbe noch beſteht. Vom Jahre 1806 bis zum Jahre 1841 war es mit der Pfarrkanzel von St. Peter vereiniget. — Ramersdorf hat ſeitdem nur mehr zwey Prieſter, einen Frühmeſſer und den hl. Kreuz-Beneficiaten. D.

***) V. 241.

reservaverunt Ducibus superioris Bavariæ. Beneficiatus vi hujus fundationis est quotidianus & tenetur satisfacere suæ obligationi per se ipsum. Anno 1696 hoc Beneficium fuit authoritate ordinaria unitum illi, quod fundavit Serenissimus Dux Bavariæ Ernestus, de quo supra ad altare majus dictum est*). Hodie Beneficiatus celebrat in hac ara ratione hujus Beneficii sex missas hebdomadales, ita ut computata obligatione alterius Beneficii sit quotidianus. Redditus utriusque Beneficii creduntur conjunctim importare 500 florenos. Modernus Beneficiatus est R. D. Antonius Cajetanus de Unertl, ao. 1703 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

Altare s. Hieronymi.

9. *Altare s. Crucis.* In hoc altari, in quo colitur notabilis particula de s. Cruce, ao. 1435 Stephanus, Parochus in Perla ch, cum consensu et consilio senatus civici Monacensis & vitricorum hujus ecclesiæ, fundavit missam quotidianam, una die per hebdomadem excepta. Assignata sunt varia bona & census, ex eleemosyna huic ecclesiæ collata empti, quæ omnia computando missam s. Leonardi, de qua mox infra, moderno tempore **) creduntur ad 250 florenos ascendere. Domus beneficialis est bene constituta. Jus patronatus est penes Parochum in Perlach & vitricos hujus ecclesiæ. Adest decretum in actis ecclesiasticis de dato 19 Jan. 1696, vi cujus Beneficiatus s. Crucis fuit obligatus, ut imposterum intra 14 dies dicat 5 missas beneficiales. Modernus Beneficiatus est R. D. Matthæus Josephus Görttner, curatus, ao. 1720 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl.

10. *Altare ss. Leonardi & Martini.* Ad hoc altare ao. 1654 Martinus Ruepp, Beneficiatus in Ramerstorff, fundavit missam hebdomadalem, ab Alberto Sigismundo Episcopo Frisingensi confirmatam. Dedit pro fundo summam capitalem 1000 florenorum, de cujus censibus satisfit Presbytero & ecclesiæ. Hæc missa adjecta fuit Beneficio s. Crucis, de quo mox supra ***).

Altare B^mæ^ Virginis est erectum retro porticum organi, sed nondum consecratum.

11. Divina præter missas beneficiales alias hic fiunt singulis diebus festivis B^mæ^ Virginis, item Dominica infra octavam Corporis Christi & in festo ss. Innocentium martyrum. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in ipsa Dominica ss. Trinitatis. Item tenetur Parochus hic dicere missam hebdomadalem diebus Sabbati et, quantum ex actis colligitur, ratione hujus missæ adjectum fuit Parocho prædium, eine Hueb zu Perlach, die unſer lieben Frauen zu Ramerſtorff zugehörig war. *Confraternitatem* pro fidelibus defunctis hic intro-

*) V. 242. **) V. 243. ***) V. 244.

ductam fuisse, constat etiam ex extractibus rationum des Landtgerichts Wolferzhausen. Das Vermögen diser Bruderschaft hat sich in letzter Rechnung auf 871 fl. 17 kr. 4 hl. erstreckhet. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est *) paramentis multis & valde decoris, etiam pretiosis. In turri pendent campanæ quatuor benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa cura Parochi & magistratus civici Monacensis, qui non exhibet ratiociniorum extractus.

Capella filialis s. Colomani martyris.

12. Capella hæc antiquæ structuræ, ad ingressum pagi Perlach sita, tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Colomani martyris, altare s. Annæ & altare s. Antonii de Padua. — Divina hic peraguntur in die dedicationis, quæ celebratur Dominica secunda post Pascha, et in festo s. Colomani martyris (die 13 Octob.). — Cœmeterium consecratum non adest, sed ea area servit pro sepultura infantium **) non baptizatorum. Paramenta portantur huc ex ecclesia parochiali. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus capellæ sunt contentæ sub redditibus ecclesiæ parochialis.

---

§. 315.

Parochia s. Andreæ Apostoli in Saurlach ***).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de libera collatione Episcopi Frisingensis & de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. Modernus Parochus est Franciscus Pogschüz, ao. 1714 investitus. Dat pro primis fructibus 30 florenos.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso, decimis majoribus & minoribus atque stolæ accidentiis. In veteri matricula ita legitur: *Item in fixis redditibus 2 tl. dl. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 20 flor. inclusis etiam minoribus. Confessionalia æstimat ad 3 flor. Item panes primitiales æstimat ad 4 flor.* Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis ad 500 florenos forte ascendent. Condecimat in duabus decimaram partibus Dominus Comes de Tattenbach et quidam colonus in Saurlach, qui integras †) decimas recipit in agris des Zechentmayrs.

---

*) V. 245. **) V. 246.

***) V. 247. — Vgl. §§. 395. 566. 688 und die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 258). D.

†) V. 248.

Parochus tenetur præstare Widumb-Steur 2 fl. 30 kr. 2 hl., Jäger-Gelt 24 kr. 2 hl., cathedraticum 22 kr. 1 hl., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 28 kr. 3 dl., ad seminarium episcopale 2 fl. — Domus parochialis lignea cum pertinentiis reparatione indigeret.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 450 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Saurlach habet aliam ecclesiam filialem, nempe in Faistenhaar & capellam filialem in Staucharding.

4. Ecclesiæ hujus structura est melioris notæ inter rurales. Adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Andreæ Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum *), altare B^{mæ} Virginis et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic fiunt ordinarie successive duabus Dominicis & tertia in Faistenhaar. Item hic divina fiunt in diebus festivis, exceptis festis annunciationis & nativitatis B^{mæ} Virginis & ss. Petri et Pauli, conversionis s. Pauli, Mathiæ & Bartholomæi Apostolorum, Stephani, Sylvestri; item in feriis secundis Paschatis & Pentecostes, quibus diebus divina fiunt in Faistenhaar. Dedicatio ecclesiæ parochialis incidit in Dominicam secundam post festum s. Michaelis; patrocinium celebratur in festo s. Andreæ Apostoli. In veteri matricula legitur: *Item habet in dicta parochiali ecclesia Beneficium ad altare s. Leonardi fundatum, valoris 24 ℔. dl.* Unter denen Kirchen-Rechnungen bey dem Churfürſtlichen Landtgericht Wolferzhauſen iſt auch St. Andreä-Frueh-Meeß zu Saurlach begriffen, deren Vermögen ſich gegen 2800 fl. belaufft **). Hoc tempore nihil constat de fundatione aut observatione hujus Beneficii in Saurlach, nisi quod detur colonus ibidem, qui vocatur Fruhe-Meeſſer, ex quo colligitur, Beneficiatum olim in domo illius coloni habitasse. In actis visitalibus de ao. 1706 & 1712 habetur, Parochum teneri ad missam hebdomadalem in parochiali hac ecclesia. Modernus Parochus hanc obligationem negat & asserit, a Primissaria se solos quinque florenos participare pro dicendis 10 missis annuis. Bonum foret, si hoc Beneficium posset reduci ad pristinum statum. Item in ratiociniis supradictæ Præfecturæ adducitur *confraternitas* fidelium defunctorum. Deren völliges Vermögen wirdet kaum ſich auf 40 fl. belauffen. — Baptisterium in hac ecclesia parochiali adest cum sacris oleis. Sacristia instructa est paramentis competentibus. Cœmeterium habet sepulturas cum ossuario. In turri sunt tres campanæ benedictæ ***). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gotts-hauſes mechte der Zeit gegen 1700 fl. ſich erſtreckhen.

---

*) V. 249. **) V. 250. ***) V. 251.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Faistenhaar.

5. Ecclesia hæc recentioris structuræ tria habet altaria: Altare majus, dedicatum honoribus ss. Apostolorum Petri & Pauli, in quo asservatur Sanctissimum, altare Christi crucifixi & altare B^mæ Virginis.

Divina hic fiunt, prout supra ad ecclesiam parochialem annotatum est; item in festo Nativitatis Domini ad auroram*). Dedicatio celebratur in Dominica ante festum exaltationis s. Crucis, patrocinium in festo ss. Apostolorum Petri & Pauli. — Asservatur hic oleum infirmorum. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum electoralem in Aibling. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte der Zeit gegen 1400 fl. ausmachen.

Capella filialis s. Annæ in Staucharding.

6. Capella hæc, ante 36 annos a colono in sylva habitante cum consensu Ordinarii ædificata, necdum consecrata est. Adest unum altare**), in honorem s. Annæ erectum. Divina hic fiunt a Parocho in die festo s. Annæ. Per annum alias fiunt hic plures missæ votivæ. — Cœmeterium nullum adest. In angusta sacristia asservantur aliqua paramenta. In turri sunt duæ campanulæ benedictæ. — Proventus hujus capellæ consistunt potissimum in impositis gazophylacio & curantur maxime a Parocho in Saurlach.

*) V. 252.

**) V. 253. — Die Seiten 254—268 ſind in der Handſchrift leer gelaſſen. D.

XIV.

DECANATUS RURALIS

SCHWABENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

S. LANTPERTI EPISCOPI FRISINGENSIS.

Parochiæ

Decanatus ruralis Schwabensis*).

	Pag.	§.
Anzing	305.	318.
Egmating	351.	322.
Finsing	337.	320.
Hochenbrun	287.	317.
Oberneuching	343.	321.
Schwaben	317.	319.
Zorngolting	269.	316.

*) Das heutige Decanat Schwaben enthält die Pfarreyen Anzing, Buch am Burgrhain, Finſing, Forſtinning, Hohenlinden, Iſen, Kirchheim, Neuching, Pemering, Poigenberg und Schwaben. Die Pfarreyen Egmating und Zorneting gehören jetzt zum Decanate Steinhering, die Pfarrey Hohenbrunn zum Decanate Oberföhring. Buch, Forſtinning, Hohenlinden, Iſen und Pemering waren früher dem Ruralcapitel Waſſerburg, Kirchheim dem Ruralcapitel Ramersdorf, Poigenberg dem Capitel Erding zugetheilt. D.

§. 316.

Parochia s. Martini Episcopi in Zorngolting *).

1. Hæc Parochia est in alternis mensibus de libera collatione Episcopi et de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. Modernus Parochus est R. D. Mathias Welshoffer, hujus capituli ruralis Decanus, ao. 1720 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, decimis & accidentiis stolæ. Juxta acta ecclesiastica adest etiam prædium dotale in Pöring. Item antiqua matricula notat fixos quosdam Parochi redditus ex institutione, missis hebdomadalibus et honorantiis ecclesiarum. Redditus porro integri, si bona fuerit messis, ascendent ad 800 florenos & ultra. Parochus antehac debuit habere unum solum Cooperatorem eique victum & salarium præstare, nunc autem ad duos alendos obligatus est. Siquidem ao. 1733 authoritate **) ordinaria ad instantiam P. Magni Aman, collegii societatis Jesu Monachii Rectoris, permissum fuit, ut imposterum secundus Cooperator adjungeretur Parocho, huicque ex mediis ecclesiæ filialis s. Ottiliæ in Meschenfeldt pro sustentando hujusmodi Cooperatore annui ducenti floreni assignentur, unde Parochus secundario huic Cooperatori victum & salarium præstare debet, prout pluribus habetur in instrumento confirmationis dicto anno expeditæ. Primarius Cooperator juxta antiquam matriculam gaudet etiam accidentalibus collecturis. — In hac Parochia dantur plurimi condecimatores, et inprimis ipsa ecclesia parochialis in Zorngolting in eodem pago integras tollit decimas ex agris quatuor colonorum & aus einer Lochen unius & ex uno agro alterius cujusdem coloni ibidem. Item Reverendissimum capitulum cathedrale Frisingense participat integras decimas bey dem Zechentbaurn in Zorngolting, et apud reliquos colonos tam ibidem quam in Wolffersperg duas decimarum partes. Ecclesia filialis in Pöring integras tollit ***) decimas apud sex colonos ibidem. Apud reliquos tertiam

*) V. 269. — Vgl. §§. 400. 468. 682 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 268. 269). D.

) V. 270. *) V. 271.

decimarum partem tollunt tres rustici, quorum unus in Eglharting, alter in Pöring, tertius in Ilching suum habet prædium. Item in Ingelsperg duabus decimarum partibus gaudet ecclesia parochialis in Anzing, et tertio quovis anno integras decimas bey dem ſogenannten Baurn tollit ecclesia filialis in Pöring. Item in Neukirchen, Wolfessing, Eglharting & Riedering mediam decimarum partem participat residentia Eberspergensis societatis Jesu. Item in Ilching duarum decimarum partium condecimator est Dominus hoffmarchialis in Falkhenberg. Item in Puech in duabus partibus condecimant tres rustici in Oeglfing, Parochiæ Ottendichel. Von einer Lochen, cujus modo possessor est venator, integram decimam tollit ipse possessor, hac tamen conditione, daß Er jährlich in festo ss. Apostolorum Petri & Pauli diſen Zechent durch den Kirchprobſten abbachen und der Gemaindt und armen Leuthen ausſpendten, vor den dritten Thail aber einem Pfarrer vier Laib Brod geben laſſen ſolle. Panes isti prius benedicuntur a *) Cooperatore. Item in Harthausen ecclesia filialis ibidem ex uno prædio Seidenguet integram decimam tollit. De reliquis duas partes percipit monasterium auf dem Anger in München, exceptis duobus prædiis, de quibus duas partes participat capitulum collegiatæ ecclesiæ B. M. V. Monachii. Item Parochus debet præstare Widumb-Steur 5 fl. 28 kr. 2 hl., Jägergelt 2 fl. 17 kr. 4 hl., ad seminarium episcopale 3 fl. et cathedraticum 17 kr. — Domus parochialis cum horreo & stabulis sunt honestæ structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 892 numerabantur.

3. Ecclesia parochialis in Zorngolting præter capellam s. Antonii de Padua extra pagum Zorngolting habet alias septem ecclesias filiales, nempe Pöring, Neukirchen, Harthausen, Puech, Meschenfeldt, Ilching, Wolffersperg.

4. Ecclesia parochialis est novæ & spectabilis structuræ. Habet quatuor altaria **): *Altare majus* est consecratum in honorem s. Martini Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum. Est privilegiatum feria quinta ratione confraternitatis perpetuæ adorationis Sanctissimi. — *Altare B^{mæ} Virginis Mariæ.* — *Altare ss. Bartholomæi Apostoli & Leonardi Abbatis, et altare s. Crucis & Matris dolorosæ* in medio ecclesiæ ante chorum.

Divina hic fiunt in Dominica Paschatis, Pentecostes & in festo Nativitatis Domini, item in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi, et in festo patrocinii s. Martini; alias autem in Dominicis & diebus festivis alternatim cum ecclesia filiali Pœring. Adest *confraternitas* Corporis Christi seu perpetuæ adorationis Sanctissimi, confirmata ab Alberto Sigismundo Episcopo

*) V. 272. **) V. 273.

Frisingensi, administratur a Parocho & Præfecto*) electorali in Schwaben cumulative. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus. Adest cœmeterium cum sepulturis & ossuario. Turris continet quatuor campanas benedictas. — Proventus sunt sub cumulativa administratione Parochi et Præfecti electoralis in Schwaben. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes möchte ſich gegen 2800 fl. erſtreckhen; allein werden wegen des neuen Bau noch einige Schulden hinaus zu bezahlen ſeyn.

Sacellum s. Antonii de Padua.

5. Hæc capella ab Ignatio Koch, hospite in Zorngolting, et Anna ejus uxore ædificata fuit. Habet unum altare, consecratum in honorem s. Antonii Paduani. Successive Melchior Mayr, hospes ibidem, cum dictam Annam viduam duxisset in uxorem, ao. 1711 cum eadem sua uxore fundavit missam hebdomadalem, quæ singulis diebus Martis hic a Parocho celebratur & a Joanne Francisco Episcopo Frisingensi confirmata fuit. Fundus hujus missæ consistit**) in prædio in Siggenhoffen, Landgerichts Schwaben, der Kürmayr Hoff genandt, et in summa capitali 200 florenorum, ad censum annuum elocatorum, et inde recipit Parochus pro stipendio suo 26 fl. 10 kr. Residui proventus ecclesiæ parochiali, cui hæc fundatio incorporata est, cedunt & exinde pro paramentis & ecclesiæ ministris satifit. — Dedicatio incidit in Dominicam post octavam Corporis Christi, in qua tamen non fiunt hic divina. In festo patrocinii s. Antonii Paduani loco missæ hebdomadalis celebratur solenne officium, sub quo fit publica memoria fundatorum. — Sacristia non adest, nec paramenta, quippe quæ deportantur huc ex ecclesia parochiali; nec adest cœmeterium aut sepultura. In turricula non est campana.

Ecclesia filialis s. Georgii in Pœring.

6. Ecclesia hæc noviter ædificata & perquam amœna habet tria altaria***): Altare majus, consecratum in honorem s. Georgii martyris, in cujus tabernaculo tempore solum aestivo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis Mariæ & altare s. Annæ.

Divina hic fiunt in festo patrocinii s. Georgii & in dedicatione, quæ celebratur in Dominica ante festum s. Galli; item in Dominicis & festis alternatim cum ecclesia parochiali in Zorngolting. In hac etiam ecclesia parochiani processionaliter solent convenire in festo s. Georgii, s. Marci & in feria secunda rogationum. Sacristia provisa est paramentis competentibus. — Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa admini-

*) V. 274. **) V. 275. ***) V. 276.

stratione Parochi et Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit ÿber 900 fl. ſich erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Ottiliæ in Meschenfeldt.

7. Hæc ecclesia est valde spectabilis et pulchre *) ædificata. Habet tria altaria: *Altare majus* est consecratum in honorem s. Ottiliæ virginis, hoc in loco plurimis beneficiis claræ, de cujus ossibus etiam hic particula colitur, item etiam particula s. Crucis. — *Altare Matris dolorosæ* et *altare ss. Sebastiani martyris et Bennonis Episcopi.*

Divina fiunt in hac ecclesia in festo dedicationis, quæ incidit in Dominicam quintam post Pascha et in festo s. Ottiliæ tanquam patrocinii. Item debet secundarius Cooperator in Zorngolting semper duabus Dominicis hic in Meschenfeldt, tertia vero Dominica in Harthausen divina peragere; diebus festis autem inter has duas ecclesias filiales alternare juxta specificationem ao. 1733 confirmatam. Item debet secundarius Cooperator alias per hebdomadam hic quotidie celebrare missam et tres missas hebdomadales tenetur applicare ad intentionem collegii societatis Jesu, reliquas potest libere applicare. Item tenetur Parochus vel primus Cooperator in Zorngolting singulis **) diebus Veneris hic celebrare missam, quæ tamen est liberæ applicationis. — In hac insuper ecclesia ao. 1674 accedente consensu Alberti Sigismundi Episcopi Frisingensis introducta fuit *confraternitas* Jesu, Mariæ, Joseph, unde altare majus privilegiatum est diebus Lunæ per annum pro defunctis ex confraternitate, quæ defacto est sub administratione P. Rectoris collegii societatis Jesu Monacensis. Ad hanc ecclesiam vicinæ Parochiæ per annum solent processionaliter convenire. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est argentea suppellectile et paramentis insignibus. Turris continet quatuor campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub privativa administratione prædicti P. Rectoris; quanti autem sint, non quidem constat, non tamen erunt exigui.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Harthausen ***).

8. Ecclesia hæc angusta est et reparatione indiget. Habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Andreæ Apostoli, in quo tempore æstivo asservatur Sanctissimum; altare B^{mæ} Virginis, in quo colitur imago benefica B^{mæ} Virginis Mariæ, ex ecclesia Meschenfeldt olim huc translata, quam in communi necessitate processionaliter solent visitare parochiani; et altare ss. Joannis Baptistæ et Laurentii martyris.

---

*) V. 277. **) V. 278. ***) V. 279.

Divina hic ordinarie fiunt a secundario Cooperatore in Zorngolting noviter instituto tertia Dominica, in festis B$^{\text{mæ}}$ Virginis, dedicationis, quæ incidit in Dominicam ante festum nativitatis B. M. V., patrocinii s. Andreæ Apostoli et in aliis festis per annum juxta specificationem confirmatam et supra*) de ecclesia Meschenfeldtensi allegatam. Habetur etiam hic ex consuetudine missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum sepulturis et ossuario. Sacristia angusta et humida habet paramenta vilia. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ cum Parocho cumulative administrat Præfectus electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit auf 1500 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Petri in Puech.

9. Ecclesia hæc ante 50 annos noviter ædificata fuit. Habet altaria tria: Altare majus, consecratum in honorem s. Petri Apostoli, altare ss. Trinitatis et altare s. Antonii de Padua.

Divina hic ordinarie fiunt in Dominica tertia**), in festis patrocinii s. Petri Apostoli, dedicationis, quæ celebratur Dominica ante festum s. Laurentii, Circumcisionis Domini, feria secunda Paschatis, Dominica ss. Trinitatis, in Nativitate Christi missa ad auroram, et in festis ss. Nicolai Episcopi et Sylvestri. Item feria secunda rogationum hic processionaliter conveniunt parochiani. Item ex consuetudine hic habetur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum sepulturis et ossuario. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus ecclesiæ cum Parocho administrat Præfectus electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich kaum der Zeit auf 140 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Neukirchen.

10. Hæc ecclesia ante biennium funditus reædificata fuit. Necdum est consecrata. Habet tria altaria***): *Altare majus* est erectum in honorem s. Crucis et in eo asservatur et colitur particula ejusdem, quæ, uti traditio est, ex donatione illustrissimi Domini Eberhardi Comitis de Sempt et Ebersperg huc pervenit. — *Altare B$^{\text{mæ}}$ Virginis dolorosæ* et *altare s. Helenæ.*

Divina hic fiunt ordinarie tertia Dominica, nec non in festis B$^{\text{mæ}}$ Virginis, in festis inventionis et exaltationis s. Crucis, in festo dedicationis, quæ habebatur in Dominica post nativitatem B. M. V., item in festo Nativitatis Domini et feria quarta rogationum, quo die et in festo inventionis s. Crucis parochiani hanc ecclesiam proces-

---

*) V. 280. **) V. 281. ***) V. 282.

sionaliter frequentant. Item hic ex consuetudine habetur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt pariter sub cumulativa*) administratione Parochi loci et Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen hat ſich vorhin bey dieſem Gottshaus auf 730 fl. erſtreckhet, welches aber durch dermahligen Bau wirdet gänzlich erſchöpfet ſeyn worden.

Ecclesia filialis s. Ursulæ in Ilching.

11. Ista ecclesia seu capella, cum antehac fuerit ferme tota vergens ad ruinam, primum ante annum fuit notabiliter reparata. Habet unum altare, consecratum in honorem s. Ursulæ.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur ipso festo s. Ursulæ, in quo etiam celebratur patrocinium. In feria quarta rogationum huc parochianorum fit processio. Item hic divina fiunt in festo ss. Innocentium martyrum. — Cœmeterium et sacristia non adsunt. Paramenta habentur necessaria. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus capellæ administrat Parochus loci cum Præfecto electorali in Schwaben**). Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt vorhin zwar gegen 190 fl. beſtandten, wirdet aber anjetzo nach deſſen Reparation meiſtens dahin verwendet ſeyn worden.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Wolffersperg.

12. Hæc ecclesia seu potius capella, quæ erat quidem parva, sed tamen amœna, die 25. Aprilis ao. 1728 fulmine tacta, nunc totaliter destructa jacet. Speratur tamen, eam hoc anno 1737 esse reædificandam. Habuit tria altaria. Primum erat consecratum in honorem s. Udalrici Episcopi, in cujus festo die etiam hic celebrabatur dedicatio, quo die parochiani hic in processione conveniunt. Reliqua altaria B. M. V. et ss. trium Regum habebant ligneas mensas et idcirco non erant consecrata. Item ex consuetudine post solennitatem paschalem etiam una die hic celebratur missa. — Cœteroquin nec cœmeterium nec sacristia***) adfuit. Paramenta habebantur paucissima. Turris continebat duas campanas benedictas. — Proventus hujus capellæ sunt sub cumulativa administratione Parochi loci et Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mag ſich der Zeit auf 800 fl. belauffen.

---

*) V. 283. **) V. 284. ***) V. 285.

§. 317.

Parochia s. Stephani in Hochenbrun*).

1. Hanc Parochiam Enicho Episcopus Frisingensis ao. 1311 accedente capituli cathedralis consensu capitulo Collegiatæ s. Andreæ in monte Frisingensi donavit et univit. Vicarius parochialis Episcopo a capitulo dictæ Collegiatæ præsentatur et ab Episcopo investiri solet. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Laurentius Sutner, hujus capituli ruralis Camerarius, ao. 1701 investitus. Non dat primos fructus Episcopo, sed dicto capitulo s. Andreæ. Econtra post electionem et confirmationem cujuslibet Decani prædictæ Collegiatæ ratione Parochiarum huic Collegiatæ incorporatarum Episcopo ex antiqua compositione solvuntur 133 fl. 20 kr., prout in primo volumine hujus matriculæ fol. 203 (§. 16. n. 21.) jam fuit annotatum **).

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, qui correspondet curiæ rusticanæ, ex decimis et accidentiis stolæ. Vicarius parochialis tenetur habere Cooperatorem, eique victum et salarium præstare. Habet etiam nunc Provisorem ad libitum. Antiqua matricula jam tunc præter Cooperatorem etiam Sacellanum adfuisse denotat, pro cujus tamen sustentatione Vicario parochiali ab ecclesiæ vitricis aliquod emolumentum debetur. Item teste eadem matricula ex institutione et missis hebdomadalibus idem Vicarius aliquos proventus recipit. — In hac Parochia sunt multi condecimatores, et quidem in pago Hochenbrun condecimat ecclesia ipsa parochialis et duæ Collegiatæ s. Andreæ Frisingæ et B^mæ^ Virginis Monachii. In Sigertsbrun participat decimas etiam ipsa ecclesia s. Petri ibidem et hospitale s. Spiritus et dicta Collegiata B^mæ^ Virginis Monachii. In Hechenkirchen condecimat Dominus illius loci, Beneficiatus ibidem et monasterium Schefftlinganum *(sic!)*. In Prunthall condecimat ipsa ecclesia ibidem et dictum monasterium. In Hoffolding decimas etiam tollit monasterium ***) Attilense. In Grasbrun condecimant ipsa ecclesia ibidem, parochialis ecclesia in Schliersee, Beneficiatus in Ramerstorff et monasterium Fürstenfeldense. — Redditus proinde parochiales communiter æstimantur ascendere ad 900 fl. Econtra tenetur Vicarius parochialis ad annuam pensionem seu absentiam 30 florenorum capitulo Collegiatæ

---

*) V. 287. — Vgl. §§. 386. 471. 682 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 265. 266). D.

) V. 288. *) V. 289.

s. Andreæ solvendam, ad episcopale seminarium 4 fl., Widumb-Steur 9 fl. 8 kr., Jägergelt 2 fl., cathedraticum 17 kr. — Domus parochialis nuper incendio consumpta cum horreo et stabulis optime restaurata et reædificata fuit. Adest etiam *(domus)* lignea separata, in qua habitant Cooperator et Provisor.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1069 numerabantur.

3. Ecclesia parochialis in Hochenbrun habet sex filiales ecclesias, nempe Grasbrun, Prunthall, Hechenkirchen, Hoffolding, s. Petri in Sigertsbrun et s. Leonardi prope Sigertsbrun*).

4. Ecclesia parochialis, nunc optime reparata, habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Stephani protomartyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominica secunda, alternando cum ecclesia filiali Grasbrun; festa tamen principalia, exceptis pluribus festis B^mæ^ Virginis per annum, celebrantur in hac ecclesia parochiali. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Matthæi. Patrocinium habetur in festo s. Stephani. Item debet Vicarius parochialis hic celebrare duas missas hebdomadales diebus ad libitum. Adest *confraternitas* perpetuæ adorationis Sanctissimi, a nemine tamen dotata, nullumque habens magistratum, nec scitur, a quo fuerit introducta aut confirmata**). Confraternitas vero animarum administratur cumulative a loci Parocho et Præfecto in Schwaben. Diſer Bruderſchaft Vermögen wirdet ſich diſer Zeit gegen 400 fl. belauffen. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium quoque cum sepulturis et ossuario. Sacristia habet paramenta competentia. Turris incendio valde destructa, sed modo bene restaurata continet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ parochialis administrat Vicarius parochialis cum Præfecto electorali in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mag ſich diſer Zeit auf 430 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Udalrici Episcopi in Grasbrun.

5. Ista ecclesia ante 40 annos noviter fuit ædificata. Habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Udalrici Episcopi***), in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Mariæ Virginis et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic ordinarie fiunt Dominica secunda, alternando cum ecclesia parochiali. Item festa B^mæ^ Virginis, exceptis purificationis et

---

*) V. 290. — Wegen der hierher gehörigen Capelle in Keferlohe ſehe man oben (S. 487), v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkreis (II. 2—5) und Bergmanns beurkundete Geſchichte der Stadt München (S. 40). D.

) V. 291. *) V. 292.

præsentationis, hic celebrantur. Item hic divina fiunt feria tertia Paschatis et Pentecostes et in nocte Nativitatis Domini. Dedicatio incidit in Dominicam post nativitatem B. M. V. Patrocinium celebratur in festo s. Udalrici. Item hic celebratur missa hebdomadalis. — Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium habet ossuarium et sepulturas. Sacristia habet paramenta necessaria et competentia. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ filialis sunt sub cura Vicarii parochialis in Hochenbrun et electoralis Præfecti in Schwaben. Diſes Gottshauſes völliges Vermögen mag dermahlen ſich auf 2100 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai Episcopi in Prunthall).*

6. Ecclesiæ hujus structura est admodum ruinosa. Habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Mariæ Virginis et altare Jesu, Mariæ, Joseph.

Divina hic ordinarie peraguntur Dominica secunda, alternando cum filiali ecclesia in Hoffolding, item in festo Nativitatis et Resurrectionis Domini, item in festo s. Margaritæ virginis martyris. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Nicolai Episcopi. Item hic celebratur missa hebdomadalis. Adest etiam *confraternitas* pro fidelibus defunctis instituta, quæ est sub cumulativa Vicarii parochialis loci et electoralis Præfecti in**) Wolferzhausen administratione. Diſer Bruderſchaft Vermögen belauffet ſich diſer Zeit gegen 170 fl. — Hic quoque asservatur aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium habet sepulturas et ossuarium. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ filialis curat Vicarius parochialis in Hochenbrun et electoralis Præfectus in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit auf 950 fl. belauffen.

Ecclesia filialis B. M. V. in Hechenkirchen.

7. Ista ecclesia est de communi inter rurales structura. Habet tria altaria:

Altare majus est consecratum in honorem B^mæ^ Virginis Mariæ dolorosæ. In eodem asservatur Sanctissimum. — Ad hanc aram ao. 1493***) illustris Dominus Joannes Wager in Hechenkirchen et Adelhaidis ejus conjux ex suis, nec non Parochus in Hochenbrun et vitrici ac communitas in Hechenkirchen ex hujus filialis ecclesiæ bonis fundaverunt missam perpetuam et quotidianam (excepto uno vacante die) seu Primissariam. Hoc tamen tempore leguntur

*) V. 293. **) V. 294. ***) V. 295.

tantummodo duo sacra hebdomadalia. Fundus pro hoc Beneficio assignatus consistit in einer halben Hueb zu Hechenkirchen ſambt dem Haus pro habitatione Beneficiati; item 10 Tagwerckh Wiſmad zu Perghaimb; item ein Hof zu Perghaimb; item ein Hof zu Obergieſing; item zwey Thail Großzechent aus dem Prunhof zu Hechen-Kirchen; item gros- und kleiner Zechent aus der Lindthueb daſelbſt; item von zweyen Güettlen zu Hochenbrun 7½ ß dl. Item ein Hof zu Hochenbrun; item 8 fl. von dem Gottshaus zu Hechen-Kirchen. Isti autem proventus moderno tempore 130 fl. vix excedent. Beneficiatus vi fundationis alio Beneficio carere, actualiter residere et missam ipsemet providere debet. Videtur etiam ex verbis fundationis, ac si Beneficiatus in subsidium Parochi deberet esse curatus. Jus patronatus fundatori*) und deſſen leiblichen und männlichen Erben reservatum fuit, illis autem extinctis transibit ad Vicarium parochialem in Hochenbrun et vitricos hujus ecclesiæ filialis. Modernus Beneficiatus est R. D. Gregorius Krath, ad præsentationem Domini Alberti Antonii Wager Liberi Baronis in Vilshaimb anno 1715 investitus. Dat pro primis fructibus 6 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl., cathedraticum 13 kr.

Altaria B^mæ Virginis et *s. Joannis Baptistæ.*

Divina præter missas beneficiales hic ordinarie fiunt in festis primariis Domini et B^mæ Virginis, excepto festo præsentationis; item feria secunda Paschatis et Pentecostes, item in festis ss. Martini et Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur ipso festo nativitatis B^mæ Mariæ Virginis. Item hic celebratur missa hebdomadalis. — Aqua baptismalis non tantum hic asservatur cum sacris oleis, sed et baptisterium adest. Cœmeterium habet sepulturas et**) ossuarium. Sacristia habet paramenta necessaria. In ecclesia etiam est sepultura illustris familiæ Wagerianæ. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis in Hochen-Brun et Præfectus electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 2000 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Hoffolding.

8. Ista Ecclesia, antehac plurimum ruinosa, ante aliquos annos de novo fuit ædificata. Habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Crucis, in quo asservatur Sanctissimum, altare passionis Dominicæ et altare s. Antonii de Padua.

Divina hic ordinarie peraguntur Dominica***) secunda, alternando cum ecclesia filiali Prunthall, item in Dominica Pentecostes,

---

*) V. 296. **) V. 297. ***) V. 298.

in festis Apostolorum (exceptis s. Joannis Evang. et s. Bartholomæi), in festo Nativitatis Domini; item in dedicatione, quæ celebratur Dominica ante festum s. Lucæ, et in patrocinio, nempe in festo inventionis s. Crucis. Item hic celebratur missa hebdomadalis. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium habet ossuarium et sepulturas. Sacristia continet paramenta necessaria. Turris habet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Vicario parochiali in Hochenbrun et ab electorali granario Monacensi. Das völlige Vermögen diſes Gotts-hauſes wirdet dermalen durch deſſen Neubau mehriſtens erſchöpfet ſeyn.

Ecclesia filialis s. Petri Apostoli in Sigertsbrun.

9. Ecclesia hæc ante 50 circiter annos noviter fuit ædificata. Habet tria altaria*): Altare majus, consecratum in honorem s. Petri Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare trium Regum et altare s. Antonii de Padua.

Divina hic ordinarie fiunt in festo Epiphaniæ, ss. Bartholomæi et Joannis Evangelistæ, item in festo patrocinii ss. Apostolorum Petri et Pauli et in dedicatione, quæ celebratur Dominica post festum s. Michaelis. Item hic celebratur missa hebdomadalis. Hac in ecclesia etiam existit *confraternitas* pro fidelibus defunctis, quæ administratur a Vicario parochiali in Hochenbrun et electorali Præfecto in Schwaben. Diſer Bruderſchaft Vermögen wirdet ſich auf 150 fl. erſtreckhen. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Adest cœmeterium cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta exigua, sed necessaria. Turris continet duas campanas benedictas**). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa administratione Vicarii parochialis in Hochenbrun et electoralis Præfecti in Schwaben. Das gänzliche Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 630 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Leonardi et s. Barbaræ prope Sigertsbrun.

10. Ecclesia ista valde pulchra, ante multos jam annos sumtuose renovata, in aperto campo sita est. Habet quatuor altaria:

Altare majus est consecratum in honorem s. Leonardi Abbatis, hic multis beneficiis clari. — Ad hanc aram ao. 1460 capitulum Collegiatæ s. Andreæ Frisingæ, tanquam patronus Parochiæ Hochenbrun, cum vitricis hujus ecclesiæ et communitate hujus loci fundavit Beneficium missæ quotidianæ excepto uno vel altero die. Pro fundo assignatum fuit prædiolum in Sigertsbrun pro habitatione Beneficiati***), ein Hof zu Schaltdorff und Mühl bey Schaltdorff, ein Lechen bey diſer Mühl, ein Lechen zu Egmating, ein Dritttheil Zechent aus

*) V. 299. **) V. 300. ***) V. 301.

fünf Güettern zu Northoffen, ein Wiſmath auf dem Egriſt, ein halbes Lechen zu Sighartsbrun, ein Garten und Wiſmath zu Egmating. Hæc prædia omnia erant propria ecclesiæ s. Leonardi et Barbaræ. Item 3 β jährlicher Gilt aus einem Lechen zu Prunthall. Item 2 ℔ dl. aus anderem Guet diſes s. Leonardi Gottshauſes, bis andere 2 ℔ ewigen Gelts mögen erkauffet werden. Hi proventus ex his bonis 60 florenos vix importabunt. Unde hodie Beneficiatus ab hac ecclesia recipit additamentum 80 florenorum. Juxta fundationis tenorem Beneficiatus in subsidium Parochi debet esse curatus. Jus patronatus juxta fundationem est penes capitulum collegiatæ ecclesiæ s. Andreæ ita tamen, ut cum assensu et consilio Vicarii parochialis in Hochenbrun, vitricorum hujus ecclesiæ et communitatis in Sigertsbrun præsentet Presbyterum, etsi dictum capitulum velit esse Patronus absolutus. Beneficiatus tenetur ad*) personalem residentiam, qui defacto celebrat duas missas hebdomadales. Modernus Beneficiatus est R. D. Antonius Benno Deschler, ao. 1716 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos et ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 13 kr.

Altare s. Barbaræ virginis martyris. — Altare s. Sebastiani martyris. — Altare in oratorio ecclesiæ non consecratum.

Præter missas beneficiales alias divina fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Scapularis, et in festo patrocinii s. Leonardi, ubi convenit hic ingens peregrinantium numerus, prout etiam hæc ecclesia frequentibus processionibus frequentatur *(visitatur?)*. — Cœmeterium non adest. Sacristia ampla est et habet paramenta competentia**). Turris continet campanas tres benedictas. — Proventus administrat Vicarius parochialis in Hochenbrun et Præfectus electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes beſtehet in einem merklichen Quanto und mechte ſich diſer Zeit gegen 15000 fl. erſtreckhen.

---

§. 318.

Parochia B^mæ Mariæ Virginis in Anzing***).

1. Hanc Parochiam Otto II. Episcopus Frisingensis circa annum 1219 collegiatæ ecclesiæ s. Viti extra muros Frisingenses con-

*) V. 302. **) V. 303.

***) V. 305. — Vgl. §§. 380. 466. 682 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 263. 264). D.

tulit ac univit. Vicarius parochialis Episcopo a capitulo dictæ Collegiatæ præsentatur et ab Episcopo investiri solet. Dat pro primis fructibus 80 florenos. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Antonius Hueber, ss. theol. et ss. canonum Candidatus, in hoc capitulo rurali testis synodalis.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, accidentiis stolæ et ex decimis, quarum tertiam partem Vicarius parochialis percipit potissimum ex tota Parochia, ausgenommen in dem Dorff Poing und bey dem Garthoffer zu Anglprechting, auch bey dem Neumayr Guett zu Anzing, ubi jus colligendi decimas habet Collegiata s. Viti. Vicarius parochialis tenetur habere Cooperatorem eique victum et salarium præstare. Item tenetur nunc ratione fundationis Hürnerianæ, de qua mox infra, habere alterum sacerdotem curatum*). Antiqua matricula Vicario parochiali fixos quosdam redditus ex institutione et missis hebdomadalibus attribuit. Condecimatores sunt: Collegiata s. Viti Frisingæ, das Churfürſtliche Caſtenambt in München, Dominus de Höger et Dominus in Maurstetten. Vicarius parochialis tenetur dictæ collegiatæ ecclesiæ pro absentia solvere annuos 157 florenos, ad seminarium episcopale 4 fl. et cathedraticum 13 kr. Item zum Churfürſtlichen Caſtenambt München 1 Viertl Korn, 10 Viertl Haaber, Widumb-Steur 4 fl. 51 kr. 2 dl., Jäger-Gelt 2 fl. 17 kr. 1 dl. Redditus proinde parochiales secundum rationem primorum fructuum æstimantur ad 1500 fl. et ferme ultra ascendere. — Domus parochialis misera est et totaliter ruinosa. Horreum cum stabulis incendio devastatum restaurandum est. Adest tamen bona habitatio pro Cooperatore.

Communicantes hujus Parochiæ juxta ultimam descriptionem 919 numerabantur.

3. Ecclesia parochialis in Anzing præter**) capellam s. Viti et capellam arcis in pago ibidem habet alias tres ecclesias filiales, nempe Purfing, Poing, Paldthaimb.

4. Ecclesia parochialis inter rurales quoad fabricam et splendorem ædificii longe excellit. Habet septem altaria:

Altare majus est consecratum in honorem B^{mæ} Virginis, Matris ter admirabilis, cujus imago hic prodigiosa exposita a multis per annum publicis processionibus et peregrinantibus colitur, et præsertim patientes defectum oculorum hic frequens experiuntur auxilium. In hoc altari asservatur Sanctissimum. Hoc altare etiam privilegiatum est diebus Sabbati ratione *confraternitatis* s. Scapularis B. M. V. de monte Carmelo hic institutæ, a Dominis Joanne Bap-

---

*) V. 306. **) V. 307.

tista et Francisco Benedicto Höger dotatæ ac ab Alberto Sigismundo Episcopo Frisingensi ao. 1670 confirmatæ.

5. Anno 1723 Franciscus Casparus Hürner, postarius et hospes in Anzing*) et Anna Maria ipsius uxor nata Trappentreuin, fundaverunt Beneficium manuale trium missarum hebdomadalium (dreyen Fruehe-Meſſen), quarum duæ in Dominica et Sabbato in altari majori, tertia vero die Veneris in ara s. Crucis ordinarie celebranda est. Item dicenda est etiam quarta missa, cum libera tamen applicatione sacerdotis, usque dum hoc Beneficium melioretur. Fundus consistit in summa capitali 3680 florenorum, ad censum annuum elocatorum, de quo Vicario parochiali pro tenendo præter Cooperatorem altero sacerdote curato huicque competenti salario præstando 150 floreni cedunt, de residuo vero census satisfit ecclesiæ ejusque ministris pro paramentis etc. et labore. Jus patronatus in casum meliorandi Beneficii eventualiter reservatum fuit denen Hürneriſchen oder Trappentreuiſchen Befreundten, prout etiam defacto præ aliis ex iisdem familiis habilis sacerdos, si adsit, ad hoc manuale Beneficium assumendus est.

*Altare s. Crucis et ss. Ruperti et Wolfgangi***). Hic solet venerationi exponi notabilis particula s. Crucis. — *Altare ss. Udalrici et Rochi.* — *Altare s. Antonii de Padua.* — *Altare s. Leonardi Abbatis.* — *Altare Dominicæ passionis* et *altare Bmæ Virginis.*

6. Divina hic fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis et festivis, paucis exceptis. Dedicatio incidit in proximam diem dominicam post festum s. Galli. Patrocinium celebratur in die nativitatis B. M. V. Habetur hic etiam *confraternitas* pro fidelibus defunctis, quæ administratur a Vicario parochiali loci et Præfecto electorali in Schwaben. Das völlige Vermögen diſer Bruderſchaft belauffet ſich der Zeit auf gegen 750 fl. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium quoque cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta elegantia. Turris continet quatuor campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ parochialis cum***) Vicario parochiali administrat electoralis Præfectus in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet der Zeit ſich gegen 6400 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Viti in Anzing.

7. Ista ecclesia seu capella renovata habet unum altare, in honorem s. Viti martyris consecratum. Divina hic fiunt in festo s. Viti martyris, item in festo s. Georgii martyris, item feria sexta infra octavam Ascensionis Domini, et singulis feriis sextis hic dicenda est missa hebdomadalis, pro qua olim legatæ fuerunt decimæ

---

*) V. 308. **) V. 309. ***) V. 310.

in Frotzhoffen Parochiæ Anzingensis. Dedicatio celebratur Dominica ante festum ss. Simonis et Judæ. — Sacristia non habet omnia necessaria paramenta, quippe quæ solent deferri huc ex ecclesia parochiali. Cœmeterium tempore pestis usitatum defacto non servit pro sepultura. Turris continet campanam unam benedictam. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa*) administratione Vicarii parochialis loci et electoralis Præfecti in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gotthauſes wirdet gegen 950 ſich erſtreckhen.

Capella s. Crucis extra arcem Högerianam in pago Anzing.

8. Antonius Benno Höger, Consiliarius electoralis et mercator Monachii, ao. 1692 hanc capellam in honorem s. Crucis accedente episcopali consensu erexit et elegantibus paramentis ornavit. Capella hæc omni elevationis mentalis stimulo referta habet unum altare consecratum, ubi prostat statua Christi crucifixi sub tremenda vulnerum specie. In eodem altari requiescit corpus s. Fidelis martyris (nom. propr.) publicæ venerationi expositum. Retro hanc aram est sepulchrum Christi ad normam Jerosolymitani. A latere adest scala sancta. Sub ipsa capella adest crypta et in eadem sepultura pro familia Högeriana**). — Divina hic fiunt per hebdomadem per Sacellanum, quem pro libitu suo sibi constituit eique stipendium solvit Dominus arcis Anzinganæ, salvis tamen per omnia juribus parochialibus et ecclesiæ parochialis; dedicationem vero hujus capellæ celebrat Vicarius parochialis in Dominica post festum s. Galli. Turriculum hujus capellæ habet campanam unam benedictam.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Poing.

9. Hæc ecclesia est vetusta et reparatione indiga. Habet duo altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo tempore maturescentium segetum solet asservari Sanctissimum, et altare s. Martini Episcopi.

Divina hic ordinarie fiunt in festis Domini***) et in Dominica secunda, alternando nempe cum ecclesia filiali in Purfing; item semel infra octavam Corporis Christi et semel infra octavam omnium sanctorum; item tempore Quadragesimæ una die confessionis paschalis et una die benedictionis salis. Dedicatio celebratur in festo patrocinii s. Michaelis. — Cœmeterium cum ossuario et sepulturis adest. Sacristia habet paramenta exigua et denique necessaria. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ec-

*) V. 311.

**) V. 312. — Das jetzt in Anzing beſtehende högeriſche Beneficium iſt erſt i. J. 1760 geſtiftet und im Jahre 1766 oberhirtlich beſtätiget worden. D.

***) V. 313.

clesiæ administrat Vicarius parochialis in Anzing et Præfectus electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes erſtreckhet ſich diſer Zeit gegen 1000 fl.

Ecclesia filialis s. Laurentii martyris in Purfing.

10. Ecclesia ista in edito colle sita vetustæ est structuræ. Habet tria altaria[*]: Altare majus, consecratum in honorem s. Laurentii martyris, in quo tempore maturescentium segetum asservatur Sanctissimum, altare s. Sylvestri Papæ et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic fiunt ordinarie diebus dominicis alternando cum ecclesia in Poing; item in dedicatione, quæ celebratur in ipso festo patrocinii s. Laurentii; item in die benedictionis salis et in die confessionis paschalis; item feria secunda Paschatis et Pentecostes, feria quarta rogationum, ubi hæc ecclesia visitatur processione; item die una infra octavas Corporis Christi et omnium Sanctorum; item in festis ss. Stephani et Sylvestri. — Cœmeterium adest cum sepulturis et ossuario. Sacristia habet paramenta vilia et exigua. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis in Anzing et electoralis Præfectus in Schwaben. Das völlige[**] Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit bey 3700 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Corbiniani in Palthaimb.

11. Hæc ecclesia parva et vilis structuræ habet altare unicum, s. Corbiniani honoribus intitulatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum ss. Simonis et Judæ, in festo patrocinii s. Corbiniani Episcopi; item in una die, qua benedicitur sal et aqua, et in una die confessionis paschalis, in feria quarta infra octavas Paschatis et Pentecostes, item in una die infra octavas Corporis Christi et omnium Sanctorum; item in festo s. Jacobi majoris, s. Magdalenæ, quo die hæc ecclesia visitatur processione, et in festo ss. Innocentium. — Cœmeterium cum sepulturis et ossuario hic habetur. Sacristia habet paramenta exigua. Turris continet campanas duas benedictas[***]. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis in Anzing et electoralis Præfecti in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet der Zeit in 530 fl. beſtehen.

---

*) V. 314. **) V. 315. ***) V. 316.

§. 319.

Parochia s. Margaritæ Virginis martyris in Schwaben*).

1. Hanc Parochiam antiqua matricula sub titulo s. Stephani martyris in Nannshaimb exprimit, in quo loco nempe antiquitus erat ecclesia parochialis. Eadem Parochia ex incorporatione Nicodemi Episcopi Frisingensis de anno 1438 pertinet ad Reverendissimum cathedrale capitulum Frisingense. Vicarius parochialis a prædicto Reverendissimo capitulo perpetuationem vel investituram recipit et Episcopo pro approbatione et admissione ad curam se sistere debet, et pro juribus cancellariæ dat 10 florenos. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Joannes Casparus Kressierer, ss. theol. Doctor, ao. 1733 perpetuatus. Debet habere duos Cooperatores, unum in Nannshaimb et alterum in Gelting, eisque salarium præstare. Adest etiam defacto Provisor in Schwaben.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, decimis & accidentiis stolæ. Antiqua matricula Vicario parochiali ex**) ecclesia Nannshaimb et aliis institutionibus quosdam proventus assignat. Adsunt tamen condecimatores, et inprimis Reverendissimum capitulum cathedrale quoad duas partes in Gelting (ubi Vicarius parochialis apud duo majora prædia ibidem nihil omnino participat), Ottersperg, Pliening & Nannshaimb. Item in pagis Neufarn & Parstorff quoad duas partes similiter condecimat das Churfürſtliche Caſten-Amt in München, uti etiam in Schwaben idem officium granarii condecimat in aliquibus agris, in aliquibus etiam Dominus Comes de Hörwarth ab Hochenburg & monasterium Rottense. Item in hac Parochia condecimant ecclesiæ locorum in aliquibus villis, ubi Vicarius parochialis non tantum de decimis nihil participat, sed ipse de aliquibus suis agris, ad mansum parochialem immediate pertinentibus, decimas præstare debet, quod raro aut nuspiam continget. Annua hujus Parochiæ onera a Vicario præstanda sunt: Absentia 125 florenorum Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi persolvenda, ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 13 kr.***), das Jäger-Gelt 2 fl. 17 kr. 1 hl., Widumb-Steur 6 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis ruinosa est.

Communicantes hujus Parochiæ juxta ultimam descriptionem 1379 numerabantur.

---

*) V. 317. — Vgl. §§. 395. 467. 682 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 267. 268). D.

) V. 318. *) V. 319.

3. Ecclesia parochialis in Schwaben præter duas capellas, nempe in arce electorali & Gerstlacherianam, item ecclesiam cœmeterii in Schwaben, habet septem alias filiales ecclesias, nempe Nannshaimb, Gelting, Pliening, Grueb, Parstorff, Neufarn, Ottersperg. Cætero-quin ecclesia in Schwaben antiquitus gerebat titulum ss. Philippi et Jacobi.

4. Ecclesia parochialis in Schwaben est insignis structuræ. Habet sex altaria:

Altare majus est intitulatum honoribus s. Margaritæ virginis martyris. In eo asservatur Sanctissimum. Est privilegiatum quavis feria quarta universaliter pro defunctis.

Altare ss. Rosarii B. M. V. Hic authoritate Episcopi instituta habetur *confraternitas* ss. Rosarii, quæ regitur a proprio magistratu *). Idem altare feria secunda cujuslibet hebdomadæ privilegiatum est pro defunctis ex eadem confraternitate. Imago B^{mæ} Virginis hic exposita beneficiis clara est.

5. Ad eandem aram Joannes Rittinger, geweſter Churfürſtlicher Gerichtſchreiber zu Schwaben, ao. 1715 fundavit *missam hebdomadalem*, feria secunda a Vicario parochiali sub expositione Sanctissimi adjunctis litaniis lauretanis celebrandam. Assignavit pro fundo annuos canones aus einem Hafnerhaus zu Schwaben, aus einem Haus und Garten zu Ober-Neuching, aus dem Pezen-Güetl zu Gelting, item aus einem andern Haus und Garten, auch Mos-Wiſen zu Ober-Neuching, aus dem Schneider-Haus und zweyen Gärten alda, item aus einem andern Haus und Garten diſes Orths, aus einem Haus und zweyen Gärten zu Pliening, aus des Stüfters aignen Fiſchwaſſer zu Wolfsmühl, item aus ſein (Stüfters) aignen ſogenannt Handloſiſchen Behauſung eine ablösliche Gült; welche ſamentliche Grundgülten und ablösliche Gült zuſammen machen 40 fl. 29 kr. De his annuis canonibus datur Vicario parochiali stipendium 26 florenorum, residuum vero unacum laudemiis cedit ecclesiæ parochiali pro paramentis, quæ etiam **) satisfacit ecclesiæ ministris. Missam hanc dicto anno confirmavit Joannes Franciscus Episcopus Frisingensis.

Altare s. Josephi, altare Matris dolorosæ & altare ss. Barbaræ, Catharinæ & Agathæ virginum martyrum.

6. Anno 1709 magistratus civicus Schwabensis, principaliter vero Joannes Gerstlacher praxator ibidem, ad aram s. Barbaræ fundaverunt Beneficium quatuor missarum hebdomadalium (vier Fruhe-Meſſen), a Joanne Francisco Episcopo Frisingensi confirmatarum, welche allwegen an Sonn- und Feurtagen, wo aber einige Feurtäg in der Wochen nicht einfahlen, an denen Werchtägen, als nemlich zwey vor

*) V. 320. **) V. 321.

die Gerſtlacheriſche Freundtſchaft, die Dritte vor die ybrige Guetthäter diſes geſtüften Beneficii zu leſen ſeynd. Die vierte Meeß ſoll ein Beneficiat zwar auch verrichten, kann ſolche aber neben anderen drey vacanten ad libitum appliciren. An allen Quatember-Mittwochen aber ſolle der Beneficiat anſtatt der dritten eine Seel-Meeß vor die Caſpar Grueberſche Freundtſchaft*) zu leſen ſchuldig seyn. Pro fundo hujus Beneficii præter competentem domum beneficialem assignata fuit summa capitalis 4500 florenorum, de cujus annuo censu Beneficiatus recipit 200 florenos; de residuo vero censu satisfit ecclesiæ pro paramentis etc. Jus patronatus ad hanc Primissariam reservatum fuit dem Johann Gerſtlacher und deſſen Brüedern Wolfgang, Joſeph, dann ihren ältiſten männlichen Deſcendenten weltlichen Standts; bey Abgang aber der Gerſtlacheriſchen Linie dem bürgerlichen Rhat zu Schwaben. — Modernus Beneficiatus & Primissarius est R. D. Casparus Zechetmayr, sacerdos jubilæus, ao. 1724 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl., pro cathedratico 13 kr.

Altare s. Antonii de Padua & altare Christi patientis.

7. Divina in hac ecclesia parochiali fiunt omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur primo die Maji, patrocinium vero in festo s. Margaritæ virginis martyris. — Baptisterium adest cum sacris oleis. Cœmeterium angustum habet ossuarium cum**) sepulturis. Sacristia instructa est paramentis competentibus. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ parochialis administrat Vicarius parochialis & electoralis Præfectus in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mechte ſich der Zeit gegen 5000 fl. zwar erſtreckhen, es hat aber ſelbiges wegen des geführten Baues viele Schulden noch abzulegen.

Ecclesia B^mæ^ Virginis in cœmeterio.

8. Juxta acta visitalia hæc ecclesia aliquando fuit parochialis, antequam nimirum moderna ecclesia parochialis in hanc formam, uti nunc est, redacta fuit. Habet unum altare, in honorem B^mæ^ Virginis erectum. Divina fiunt in dedicatione, et in festis ss. Philippi & Jacobi & s. Margaritæ hic dicitur missa matutinalis. Sacristia et paramenta propria non adsunt. Proventus hujus ecclesiæ solummodo consistunt in iis, quæ reperiuntur posita in gazophylacio, et pauca important***).

Sacellum in arce electorali Schwabensi.

9. Hoc sacellum, insigniter constructum, prætenditur nunc esse capella Regia et a visitatione episcopali immunis. Adest in eadem altare, in honorem s. Mariæ Magdalenæ erectum. Divina hic a Vicario parochiali bis fiunt in anno, nempe in festo patrocinii s. Ma-

*) V. 322. **) V. 323. ***) V. 324.

riæ Magdalenæ, et in festo s. Martini, quo die dedicatio hujus sacelli et quidem a Vicario parochiali celebratur.

Capella B^mæ Virginis auxiliatricis in campo, dicta Gerstlacheriana.

10. Hanc capellam in hunc locum transtulit et cum uno altari, in honorem B^mæ Virginis auxiliatricis erecto, ædificavit Joannes Gerstlacher, praxator in Schwaben, et in ea missam hebdomadalem sabbatinam a Primissario dicendam ordinasse dicitur, de cujus tamen fundatione & confirmatione nihil ex actis ecclesiasticis constat. Dedicatio hujus capellæ celebratur a dicto Primissario Dominica proxima post festum s. Martini.

Adest etiam *capella* domestica in ædibus*) Actuarii Præfecturæ Schwabensis, in honorem s. Annæ erecta, sed necdum consecrata.

Ecclesia filialis B^mæ Virginis in Gelting.

11. Ista ecclesia etiamnum veteris & bonæ est structuræ. Habet quinque altaria:

Altare majus est consecratum in honorem B^mæ Virginis Mariæ, cujus statua in bino ecclesiæ incendio illæsa plurimis beneficiis clarescit & publicis processionibus visitatur. In hoc altari asservatur Sanctissimum.

Altare s. Annæ. Ad hanc aram ao. 1478 Joannes Frauendienst, Parochus in Nannshaimb, et vitrici ecclesiæ in Gelting cum communitate ibidem fundaverunt missam quotidianam. Pro fundo assignaverunt sequentia prædia, desumpta ex bonis ecclesiæ in Gelting et aliorum benefactorum eleemosynis, ex quibus Beneficiatus**) possit percipere 24 libras denariorum Monacensium. Der Hof zu Cronackher (giebt) 9½ ℔. dl., die Mühl auf dem Nannshaimber-Moos 6 ℔. dl., eine Wiſen, genannt die Peugen, zu Lautterſtorff 6 β. dl., eine Hofſtatt zu Zorngolting 3 β. dl., ein Lechen (des Lentleins Lechen) 12 β. dl., eine Wiſen auf der Geltinger-Au (4 Tagwerchs) 1 ℔. dl., eine Hofſtatt zu Gelting 7 β. dl., ein Lechen bey der Kirchen zu Gelting 4 ℔. dl. Item domum & agros pro habitatione Beneficiati nechſt der Kirchen zu Gelting. Cum autem successive de his proventibus aliqua fuerint deperdita, ao. 1612 Christophorus Fischer, Beneficiatus in Gelting, missæ hujus fundationem mit 4 Sölden-Häuſern zu Schwaben und ainem zu Pliening addito anniversarii servandi onere auxit. Proventus omnes hodierno tempore ultra 150 florenos non ascendent. Unde ao. 1646 missarum beneficialium obligatio, ad revocationem tamen, restricta fuit ad tres hebdomadales. Jus patronatus in plu-

---

*) V. 325. **) V. 326.

ribus actibus hactenus exercuit Sereniſsimus Elector Bavariæ. Beneficio a plurimis annis annexa est Cooperatura Parochiæ Schwabensis. Modernus Beneficiatus est*) R. D. Jacobus Lang, ao. 1708 investitus. Dat pro primis fructibus 12 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 13 kr. — Notandum, in actis visitalibus de annis 1707 & 1710 haberi, prædictum Beneficium fuiſse fundatum a Sereniſsima Maria Anna Electrice Bavariæ, quod forte de aliquo novo ejusdem augmento erit intelligendum. — Item super hoc altare fiunt specialia ratiocinia de redditibus ad illud pertinentibus sub consueta cumulativa administratione. Das Vermögen diſes Altars wirdet ſich der Zeit über 200 fl. erſtreckhen.

Altare fidelium defunctorum. Hic instituta est *confraternitas* fidelium defunctorum, quæ est sub administratione Vicarii parochialis & electoralis Præfecti in Schwaben. Deren völliges Vermögen beſtehet der Zeit gegen 480 fl. — *Altaria s. Sebastiani martyris***) *et s. Joannis Baptistæ.*

Divina fiunt in hac ecclesia singulis diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Michaelis. — Adest baptisterium cum sacris oleis. Cœmeterium habet oſsuarium & sepulturas. Sacristia provisa est paramentis vilibus & exiguis. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus ecclesiæ sunt sub cumulativa administratione Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich diſer Zeit auf 2900 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Pliening.

12. Ecclesiæ hujus fabrica inter rurales notæ communis est. Habet duo altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Crucis***), et altare s. Leonardi Abbatis & Floriani martyris.

Divina fiunt in festis inventionis & exaltationis s. Crucis. Item hic dicitur miſsa hebdomadalis a Cooperatore in Nannshaimb sine certa tamen applicatione. Dedicatio celebratur Dominica post festum exaltationis s. Crucis. — Cœmeterium seu area circa ecclesiam quidem adest, sed sine sepultura & oſsuario. Sacristia etiam hic non habetur, sed paramenta aſservantur in armario ad latus chori. — Proventus ecclesiæ sunt pariter sub cumulativa administratione prædicta. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 320 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Nannshaimb.

13. Ecclesia ista fuit olim vera parochialis, uti etiamnum denotat antiqua matricula, et eo tempore unus Cooperator existebat in Gelting†) et alter in Schwaben. Nunc in hoc loco & domo

---

*) V. 327. **) V. 328. ***) V. 329. †) V. 330.

commode ædificata continuo residet Cooperator, quem etiam *Vicarium* dicunt et in gremium capituli ruralis recipi solet, qui defacto est R. D. Thomas Jacobus Hochenleuthner. Dat ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 13 kr.

Ecclesia in Nannshaimb nunc admodum ruinosa est et reædificatione indiga. Habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Stephani promartyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis & altare ss. Sylvestri & Thomæ Cantuariensis.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Aegidii, item in festo patrocinii s. Stephani, feria secunda Paschatis & Pentecostes, item in festis conversionis s. Pauli, Josephi, Sebastiani, Viti & Nativitatis Domini. Item hic habetur missa hebdomadalis cum libera applicatione*). — Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium habet ossuarium & sepulturas. Sacristia habet paramenta vilioris notæ. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa administratione, uti aliæ hujus Parochiæ filiales. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mag ſich der Zeit gegen 430 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Grueb.

14. Hujus ecclesiæ fabrica paupercula est et humilis, angusta et madida, in fundo rustici sita. Habet unnum altare, in honorem s. Udalrici consecratum. Divina fiunt in festo dedicationis, quæ in Dominicam secundam post festum s. Aegidii incidit, et in festo patrocinii s. Udalrici, quo die a vicinis ecclesia processione visitatur. — Non adest cœmeterium nec sacristia, nec paramenta propria hic habentur. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem**) cumulativa administratione. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte der Zeit 130 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Parstorff.

15. Ista ecclesia, extra chorum noviter ædificata, habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Joannis Baptistæ, Evangelistæ & Nepomuceni, et altare s. Wolfgangi Episcopi.

Divina fiunt diebus festivis et dominicis alternative cum ecclesia in Neufahrn, item in festo dedicationis, quæ celebratur Dominica post festum s. Galli, et in festo patrocinii s. Nicolai & s. Joannis Baptistæ. — Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia habet paramenta vilioris***) notæ. Turris habet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cumulativa

---

*) V. 331. **) V. 332. ***) V. 333.

administratione, qua aliæ ecclesiæ hujus Parochiæ. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte ſich der Zeit auf 400 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Petri in Neufahrn.

16. Ecclesia hæc vilis structuræ habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Petri Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Andreæ Apostoli & altare ss. progenitorum Christi, novissime erectum, necdum consecratum.

Divina hic fiunt in Dominicis & festis diebus *) alternative cum filiali ecclesia in Parstorff. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Matthæi, item in festo patrocinii s. Petri et s. Michaelis. — Cœmeterium, sepultura & ossuarium hic habetur. Sacristia obscura habet paramenta vilia. Turris continet campanas duas benedictas. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est cumulativa, Vicarii nempe parochialis & electoralis Præfecti in Schwaben. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet der Zeit gegen 640 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Pancratii martyris in Ottersperg.

17. Ista ecclesia pauperculæ structuræ unicum habet altare, in honorem s. Pancratii consecratum. Divina hic fiunt in die dedicationis, quæ incidit in Dominicam post festum assumptionis B. M. V., in festo patrocinii s. Pancratii martyris **), feria quarta Paschatis & Pentecostes & in festo ss. Innocentium. — Non adest sepultura, nec ossuarium, area autem circumdat ecclesiam. Sacristia hic pariter nulla est, nec adsunt paramenta propria. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem cumulativa administratione, qua reliquorum filialium redditus curantur. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte der Zeit gegen 540 fl. beſtehen.

---

§. 320.

Parochia s. Georgii in Finsing ***).

1. Apparet ex historia Frisingensi, ac si hæc Parochia jam tempore Ottonis Episcopi Frisingensis fuerit incorporata monasterio Tegernseensi, penes cujus Abbatem & conventum etiamnum est jus

*) V. 334. **) V. 335.

***) V. 337. — Vgl. §§. 384. 469. 682 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 265). D.

præsentandi Parochum vel Vicarium parochialem, qui ab Ordinario recipit investituram; incorporatio autem ex antiqua matricula minime colligitur. — Modernus Parochus est R. D. Ferdinandus Josephus Maisser, ao. 1734 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus parochiales consistunt in œconomia mansi, tertia parte decimarum & accidentiis stolæ. Adest etiam aliud prædiolum, das Füeger-Güetl genannt, quod Parochus solet locare in emphyteusin. Redditus parochiales moderno tempore se extendent ad 800 florenos. Condecimatores adsunt camera episcopalis Frisingensis, monasterium Tegernseense, ecclesia parochialis in Finsing et Dominus Baro*) de Morawiski. Onera Parocho incumbentia sunt sequentia: Cathedraticum 13 kr., ad seminarium episcopale 3 fl., ad monasterium Tegernseense solvit Parochus annuam pensionem 25 florenorum, quæ in antiqua aliqua rerum parochialium descriptione vocatur *Reservatum*, Widumb-Steur 11 fl. 50 kr. 6 hl., Jäger-Gelt 1 fl. 34 kr. 2 hl. — Fabrica domus parochialis est etiamnum tolerabilis & communis notæ. *Vide infra fol. 341 (n. 6).*

Communicantes hujus Parochiæ novissime 419 numerabantur.

3. Ecclesia parochialis in Finsing habet unam solam filialem, nempe s. Quirini, in extremitate pagi ibidem sitam.

4. Ecclesia parochialis, ante 50 circiter annos noviter & eleganter ædificata, habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare Bmæ Virginis**) et altare ss. 14 Auxiliatorum.

Adest in actis ecclesiasticis vetusta quædam informatio Sebastiani Perstl Parochi in Finsing, ubi habetur, in ara 14 Auxiliatorum esse fundatam missam hebdomadalem, die Jovis dicendam. Consentit antiqua matricula, in eodem nempe altari fundatum esse Beneficium, dictum Primissariam, quæ sit de præsentatione Abbatis in Tegernsee. Ex eadem matricula habetur, *Parochum fixos quosdam redditus percipere ex institutione & missis hebdomadalibus.* Similiter *in altari s. Joannis Baptistæ* (quale tamen altare sub hoc titulo non amplius est in hac ecclesia noviter reædificata) *per Dominos Widerspacher fuisse fundatam missam hebdomadalem die Martis dicendam.*

Divina hic fiunt omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium in festo s. Georgii martyris. — Baptisterium cum sacris oleis hic adest, item cœmeterium cum sepulturis & ossuario. Sacristia instructa est paramentis competentibus. Turris continet duas campa-

---

*) V. 338. **) V. 339.

nas benedictas. In hac ecclesia sepulturam habent familiæ*) nobilium Dominorum Widerspacher & Altershamer. — Proventus ecclesiæ administrantur a Parocho loci & Præfecto electorali Schwabensi cumulative. Das völlige Vermögen diſes Pfarr=Gottshauſes mag der Zeit gegen 1600 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Quirini martyris.

5. Ista ecclesia, in extremitate pagi Finsing sita, nunc totaliter ruinosa est. Adest altare unum, in honorem s. Quirini martyris consecratum, et majus; lateralia enim non sunt apta ad sacrificium. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur post Dominica festum s. Galli, et in die patrocinii s. Quirini (die 15 Junii). Item hic a Parocho celebranda est missa hebdomadalis die Veneris, de qua stipendium 25 florenorum recipit a monasterio Tegernseensi et ex certis summis capitalibus, ad hanc missam destinatis. — Cœmeterium aut sepultura non adest**), licet area cirumdet ecclesiam. Sacristia non adest, paramenta hic habentur exigua. — Proventus proprios hæc ecclesia non habet, sed necessaria eidem subministrat ecclesia parochialis.

6. Notandum, in antiqua matricula Parocho in Finsing in fixis redditibus ex institutione 5 flor. et ex missis hebdomadalibus 4 florenos attribui.

---

§. 321.

Parochia s. Martini Episcopi in Oberneuching***).

1. Hæc Parochia est in alternis mensibus de libera collatione Episcopi et de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. Mo-

---

*) V. 340. **) V. 341.

***) V. 343. — Vgl. §§. 391. 465. 682 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 266. 267). — Ueber die Synode zu Neuching ſehe man Ant. Winters die drey großen Synoden der agilolfingiſchen Periode zu Aſchheim, Dingolfing und Neuching in den hiſtoriſchen Abhandlungen der k. b. Akademie der Wiſſenſchaften (München 1807. 4. S. 86—146) und Synodus Nivhingana sub Tassilone Bojoariæ Duce ao. 774 celebrata, ex codice Benedictoburano recens eruta & observationibus illustrata a P. Hermanno Scholliner, abgedruckt in Weſtenrieder's Beyträgen (Bd. I. S. 1 — 30) nebſt den von Winter citirten Schriften. D.

dernus Parochus est R. D. Joannes Georgius Hillmer, ao. 1718 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, decimis (quarum potissimum quartam partem in tota Parochia Parochus recipit) et accidentiis stolæ. Antiqua etiam matricula mentionem facit de alio prædio dotali in Riexing & missis hebdomadalibus, unde Parocho sui proventus accedunt. Redditus porro integri æstimantur ascendere ad 800 florenos & ultra. Econtra tenetur Parochus ad annuam 28 florenorum pensionem, Prædicaturæ ecclesiæ cathedralis Frisingensis persolvendam, cui hæc Parochia in antiqua matricula incorporata*) vocatur. Item Widumb-Steur 8 fl. 54 kr., Jäger-Gelt 2 fl. 17 kr., ad seminarium episcopale 5 florenos, cathedraticum 13 kr. Condecimatores adsunt tres, nempe Reverendissimum capitulum cathedrale Frisingense in duabus, Collegiata s. Andreæ Frisingæ in tribus, et Dominus Comes de Perousa etiam in duabus decimarum partibus. —. Domus parochialis cum horreo et stabulis sunt satis honestæ structuræ.

Communicantes juxta ultimam descriptionem 574 numerabantur.

3. Ecclesia parochialis in Ober-Neuching habet duas ecclesias filiales, nempe in Nieder-Neuching et Hoffsingolding.

4. Ecclesia parochialis est decentis structuræ. Habet quatuor altaria: *Altare majus,* consecratum in honorem s. Martini Episcopi. In eodem asservatur Sanctissimum et exponi solet particula s. Crucis**). — *Altare B^mæ Virginis* est privilegiatum ratione confraternitatis ss. Rosarii hic institutæ. — *Altare s. Sylvestri,* situm in choro septentrionali seu Paar-Kirchen. Colitur hic particula de ossibus s. Sylvestri.

5. *Altare s. Annæ* est constructum in annexa ecclesiæ capella, quæ originaliter a Dominis Nicolao, Conrado, Hermano & Eberhardo Neuchinger de Neuching in honorem B^mæ Virginis exstructa et ibidem ao. 1343 Beneficium fundatum fuit. Redditus beneficiales, qui ultra 200 florenos parum ascendent, sumuntur juxta primam fundationem ex prædio in Neuching & ex alio prædio in Lauen et ex certis decimis. Beneficiatus præter personalem residentiam et celebrandam missam dominicalem tenetur ad tres missas hebdomadales diebus Lunæ, Mercurii & Sabbati dicendas***), prout colligitur partim ex instrumento transactionis de anno 1592 inter familiam Neuchingerianam initæ, et partim ex actis visitalibus de anno 1706. Item obligatur Beneficiatus in quatuor principalibus B^mæ Virginis festivitatibus ad celebrandam missam. Item dedicatio hujus capellæ particulariter celebratur a Beneficiato Dominica quarta post Pascha. Jus patronatus fuit reservatum Seniori de familia de

*) V. 344. **) V. 345. ***) V. 346.

Neuching, qua nunc extincta ex contractu idem jus nunc prætendit Dominus de Armansperg, reclamante fisco episcopali, unde lite durante Beneficium modo provisorio possidet R. D. Blasius Stifftl. Dantur alias de eodem Beneficio pro primis fructibus 10 floreni, ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 13 kr. Adest etiam domus beneficialis, quæ tamen multa reparatione indigeret.

6. Divina in hac ecclesia parochiali fiunt singulis diebus dominicis & festivis, excepta tertia Dominica. Dedicatio celebratur in feſto s. Martini, ubi etiam coincidit festum patrocinii*). *Confraternitas* ss. Rosarii in hac quoque ecclesia est instituta, quæ tamen non habet proprium magistratum, sed subest cumulativæ administrationi, sicut ipsa ecclesia. Das Vermögen diſer Bruderſchaft beſtehet der Zeit yber 800 fl. Ad hanc confraternitatem ao. 1730 R. D. Casparus Frick, Beneficiatus in Ober-Neuching, fundavit rosarium, cum litaniis lauretanis & Salve Regina coram ara majori hujus ecclesiæ in diebus dominicis & festivis, et quidem in festis Domini, Dominæ & Apostolorum exposito Sanctissimo publice orandum. Assignavit hunc in finem summam 515 florenorum, de cujus annuo censu Parocho, ecclesiæ ejusque ministris pro labore & paramentis satisfit. — Baptisterium adest cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia hic habetur commoda & competentibus instructa paramentis. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus ecclesiæ administrantur a**) Parocho in Ober-Neuching et Domino hoffmarchiali in Ottenhoffen, qui defacto est Dominus Comes de Perousa. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes mag diſer Zeit gegen 3600 fl. beſtehen.

Ecclesia filialis s. Joannis Baptistæ in Nieder-Neuching.

7. Hæc ecclesia, ante 50 circiter annos de novo ædificata, satis pulchra & lucida, habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^{mæ} Virginis & altare s. Joannis Evangelistæ.

Divina in hac ecclesia ordinarie fiunt Dominica tertia et in festis ss. Petri & Pauli, Joannis Evangelistæ, Floriani martyris & s. Udalrici, item feria tertia Paschatis & Pentecostes. Item tenetur Parochus hic celebrare missam menstruam***) die Mercurii & Veneris. Dedicatio incidit in Dominicam secundam Octobris, patrocinium vero habetur in festo s. Joannis Baptistæ. — Adest cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem administratione cumulativa, sicut ecclesiæ parochialis, de qua mox supra. Das völlige Vermögen di-

*) V. 347. **) V. 348. ***) V. 349.

ſes Gottshauſes mag ſich der Zeit gegen 850 fl. belauffen, iſt jedoch wegen deſſen neuen Bau mit mehrern Schulden beladen.

Ecclesia filialis B^mæ Virginis in Hoff-Singolding.

8. Hæc ecclesia parva sita est in fundo rustici vicini. Habet unum altare, in honorem s. Mariæ Magdalenæ consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur ipsa Dominica ss. Trinitatis, item in festo s. Magdalenæ, ss. Innocentium; item feria tertia**) Paschatis & Pentecostes. Item hic habetur missa hebdomadalis die Sabbati celebranda. Cœmeterium nullum adest. Sacristia habet paramenta pauca & vilia. Turris continet campanam unam benedictam. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus in Ober-Neuching & Dominus hoffmarchialis in Aufhausen, qui defacto est Dominus Comes Fugger.

---

§. 322.

Parochia ss. Michaelis & Joann. Bapt. in Egmating**).

1. Hæc Parochia est in alternis mensibus de libera collatione Episcopi & de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ. Modernus Parochus est R. D. Balthasar Angerer, ao. 1699 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso parochiali, decimis & accidentiis stolæ, qui integri proventus creduntur ascendere ad 800 florenos. Matricula antiqua Parocho quosdam fixos redditus ex institutione & missis hebdomadalibus attribuit. Beneficiatus in Ober-Pframern antehac in hac Parochia solus egit Cooperatorem, nunc autem constitutus est etiam Cooperator localis, cui ex fundatione supradicti moderni Parochi quilibet successor tenetur præstare victum, salarium & habitationem. Beneficiatus tamen juxta transactionem de anno 1729 initam in assignatis locis exercet curam et inde***) conventam recipit recognitionem. — Domus parochialis cum pertinentiis defacto est structuræ honestæ.

Condecimatores in hac Parochia quam plurimi adsunt. In Eg-

---

*) V. 350.

**) V. 351. — Vgl. §§. 383. 470. 682 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 264. 265). D.

***) V. 352.

mating hat die Herrſchaft alda zwey Thail Zehent. Bey dem Wolfändl aber hat Pfarrer allein den Zehent, dagegen bey dem Prunhueber die Herrſchaft allein. Bey dem Soyer alda hat Pfarrer ainen, die Pfarr-Kirchen aber zwey Thail. Bey denen Vorländern hat der Pfarrer den Zehent allein in der ganzen Pfarr. — In Orthoffen hat Pfarrer ainen, der Obermayr alda den andern, und den dritten Thail Zehents das Beneficium zu Sigertsbrun. — In Ober-Pfrämern hat ein Pfarrer ainen und der Beneficiat alda zwey Thail; bey Weſtermayr-Hof aber hat der Pfarrer ainen, die andern zwey Thail aber ſeynt Lechen-Aigen, dem Lechner von Caſtenſoyen und dem Kögl zu Zorngolting angehörig. Bey der Kalteneckher-Sölden hat der Pfarrer ainen, die andern zwey Thail der Zehentmayr zu Pfrämern. Bey der Laimerſchmidts-Sölden*) hat der Pfarrer ainen, der Beneficiat ainen und das Gottshaus Ober-Pfrämern auch ainen Thail. Bey dem Schäffler in dem Egmatinger-Feld hat Pfarrer den ganzen Zehent. Bey dem Schneider-Haus hat Pfarrer ainen Thail, die anderen zwey Thail, wie auch bey ſeinem aignen Hof hat Zehentmayr in Nammen des Collegiat-Stüfts zu München. Bey dem Prunthaller-Hof hat Pfarrer ainen, Beneficiat ainen, und den dritten Thail das Gottshaus Ober-Pfrämern. Bey dem Hözl hat Beneficiat allen Zehent, bey dem Saliter aber der Pfarrer. — In Nider-Pfrämern beym Strommer, Fenrer, Schatthoffer, Hüeber, Grill hat Pfarrer ainen, Beneficiat ainen und das Gottshaus Ober-Pfrämern auch ainen Thail Zehents. Bey dem Braun hat Pfarrer ainen, Lechner von Caſtenſoyen ainen und der Kögl von Zorngolting ainen Thail. Bey dem Pöttinger und bey den Franzen hat Pfarrer ainen, das Gottshaus Niederpfrämern ainen, den dritten obgemelter Lechner und Kögl miteinander. In einem Krauthackher im Mitterfeldt hat den Zehent allein der Pfarrer. — In Reinſtorff bey drey Hueben hat Pfarrer**) ainen und die andern zwey Thail der Provlederer von Glon als Lechen, aigen zu der Grafſchaft Haag. — In Creuz bey dem Mayr und Weſtermayr hat Pfarrer ainen, die ybrige zwey Thail das Collegiatſtüft zu München, bey dem Meßner halben Lechen aber der Pfarrer allein den Zehent. — In Caſtenſoyen bey dem Härtl, Grill, Franz, Heiß, Lechner hat Pfarrer ainen, die andern zwey Thail das Gottshaus Ober-Pfrämern. — In Lindach bey dem Lechel und Weindl hat Pfarrer ainen, die andern zwey Thail die Herrſchaft zu Egmating. Bey dem Mayr aber hat die zwey Thail das Collegiat-Stüft zu München. Bey dem Wimmer hat Pfarrer allen Zehent. — In Eſterndorf bey drey Hueben und drey Lechen hat der Pfarrer ainen, die andern zwey Thail der Lechner von Pfrämern und Kögl von Zorngolting, bey ſeiner Sölden aber der Pfarrer den Zehent allein. — In Schlacht bey ainer Hueben, 8 Sölden und 8 Lechen hat Pfarrer ainen, das Gottshaus ainen und den dritten Thail der Wimmer alda. Bey dem Urban hat das Gottshaus Creuz den völltgen Zehent***). — In Ober- und Nider-Soyen hat Pfarrer ainen, der Rädl

*) V. 353. **) V. 354. ***) V. 355.

von Adling ainen und Obermayr und Grill den dritten Thail Zechents. — In Münchſteur bey 3 Höffen und 2 Hueben hat Pfarrer ainen, der Stettner von Thall ainen und den dritten Thail Zechents das Gottshaus Münchſteur und die Bruederſchaft zu Glonn, welche gedachtem Stettner den vierten Thail, das Gottshaus aber deme die fünfte Garb geben mues. Bey dem Schmidt hat der Pfarrer den Zechent allein. — In Reiſenthaller-Ainödt hat Pfarrer ainen, der Stettner den anderen und den dritten Thail Zechents das Gottshaus zu Münchſteur. — In Spillberg hat Pfarrer ainen Thail, die ybrige zwey fängen die Spillberger und Lachner allda. — In Loiberſtorff hat Pfarrer ainen, den anderen und dritten hat der Spillberger. Der Wagner hat zwey Thail bey ſeinem Guett ſelbſt zu genüeſſen.

Item tenetur Parochus præstare der Herrſchaft zu Egmating Steur 1 fl. 30 kr. 3 dl., Jäger-Gelt zum Landgericht Schwaben 2 fl.*), ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum 13 kr.

Communicantes in hac Parochia novissime 900 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Egmating habet septem filiales ecclesias, nempe in Ober- und Nider-Pfrämern, Creutz, Münch-Steur, Lindach, Esterndorff & Schlacht.

4. Ecclesia parochialis nunc satis commode constructa habet tria altaria: *Altare majus* est consecratum in honorem s. Michaelis Archangeli & Joannis Baptistæ. In eo asservatur Sanctissimum et particula de s. Cruce. Ad hanc aram ao. 1706 authoritate Joannis Francisci Episcopi instituta fuit *confraternitas* ss. Rosarii, quæ administratur a proprio magistratu & hoc altare feria sexta cujuslibet hebdomadæ privilegiatum est pro defunctis ex eadem confraternitate. — *Altare s. Catharinæ virginis martyris***) *& altare inventionis s. Crucis.*

Divina in hac ecclesia fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur ipso festo s. Michaelis, quo die et festo s. Joannis Baptistæ incidunt quoque festum *(sic!)* patrocinii. Circa servanda tamen divina in hac Parochia, postquam institutus est etiam Cooperator localis, maxime attendenda est ordinatio de anno 1729, authoritate episcopali facta.

5. In eadem ecclesia modernus Parochus, Dominus Balthasar Angerer, fundavit *missam hebdomadalem,* in honorem s. Annæ feria tertia legendam, et a Joanne Francisco Episcopo Frisingensi confirmatam, pro cujus celebratione accedunt unicuique successori 21 floreni. Fundus hujus missæ consistit in domo in Aibling cum pertinentiis, in einem halben Hof zu Saurlach, dann in einem Häuſl cum tribus agris in Högling, ex quorum bonorum annuis canonibus satisfit Parocho, ecclesiæ ejusque ministris. Cura hujus missæ incumbit magistratui confraternitatis ss. Rosarii in Egmating.

---

*) V. 356. **) V. 357.

6. Eidem insuper ecclesiæ parochiali cohæret et*) annexa est *capella* B^mæ^ Virginis annunciatæ cum uno altari, in quo Parochus tenetur celebrare duas missas hebdomadales pro familia Schrenkiana, quæ hic suam habet sepulturam, et pro his missis recipit Parochus, uti testantur acta visitalia, a Domino hoffmarchiali in Egmating 50 florenos annuos. Altare hujus capellæ speciali indulto Pontificio est perpetuo privilegiatum feria secunda cujuslibet hebdomadæ pro defunctis ex eadem familia Schrenkiana. Dedicatio hujus capellæ celebratur Dominica ante festum s. Bartholomæi.

7. Baptisterium adest cum sacris oleis. Cœmeterium habet ossuarium & sepulturas. Sacristia habet paramenta necessaria. Turris continet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus cum Domino hoffmarchiali in Egmating, qui defacto est Dominus de Wolframstorff.

In arce Egmating adest etiam oratorium antiquitus erectum, sed non consecratum.

*Ecclesia filialis s. Andreæ in Oberpfræmern***).

8. Ista ecclesia, ante 50 circiter annos noviter ædificata & satis pulchra, habet tria altaria:

Altare majus est consecratum in honorem s. Andreæ Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum. Juxta decretum de dato 6. Sept. 1724 diebus Veneris in hoc altari esset celebranda a Cooperatore missa hebdomadalis, pro bono totius communitatis sæpius applicanda. Videtur tamen, per novam ordinationem divinorum servandorum de anno 1729 hic mutationem intervenisse.

Altare B^mæ^ Virginis dolorosæ. In hoc altari colitur imago B^mæ^ Virginis, Christum de Cruce depositum super genua tenentis, plurimis beneficiis clara. Ex actis visitalibus constat, quod die 8 Julii anni 1704, quo hostes in Bavariam irruerunt, supra corpus Christi in hac imagine***) aliquæ guttæ humoris & coloris instar vini neccarici apparuerint, defluxerint et a diversis abstersæ fuerint.

9. Ad idem altare ao. 1436 vitrici hujus ecclesiæ, accedente consilio & assensu Parochi in Egmating & communitatis hujus loci, fundaverunt B e n e f i c i u m missæ quotidianæ, signanter autem in festis Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, omnium Sanctorum & in die commemorationis fidelium defunctorum celebrandæ. Pro fundo hujus missæ & Beneficii assignata sunt prædia, die Hetzl-Hueb und die Hueb zu Oſterndorf, auch die Zechent zu Pfrämern und das Wagenlechen alda, addita obligatione proventuum hujusmodi infra sexennium augendorum, qui tamen omnes moderno tempore ultra 130 florenos parum conficient.

*) V. 358. **) V. 359. ***) V. 360.

Unde nunc intra 14 dies Beneficiatus tenetur ad 5 missas. Domus beneficialis lignea est, sed tamen habitabilis. Beneficii hujus confirmatio secuta est authoritate Nicodemi Episcopi Frisingensis. Jus patronatus ad hoc Beneficium competit Parocho in Egmating & vitricis hujus ecclesiæ filialis. Modernus*) Beneficiatus est R. D. Sebastianus Angerer, ao. 1715 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos, ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 13 kr.

Altare s. Stephani protomartyris.

10. Divina præter missas beneficiales in hac ecclesia fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis & festivis, circa quæ tamen attendi debet nova divinorum ordinatio, jam supra allegata. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Ursulæ, patrocinium in festo s. Andreæ. — In eadem ecclesia ao. 1719 modernus Parochus in Egmating Balthasar Angerer instituit et dotavit *confraternitatem* de passione Domini pro obtinenda felici morte. Confirmata fuit hæc confraternitas a Joanne Francisco Episcopo Frisingensi. Altare majus hujus ecclesiæ est privilegiatum singulis feriis sextis pro defunctis ex hac confraternitate. Itidem modernus Parochus fundavit missam confraternitatis hujus hebdomadalem, a Beneficiato quavis feria sexta legendam et authoritate ordinaria confirmatam**), pro qua ex deputatis redditibus confraternitatis, quæ habet proprium magistratum, Beneficiatus recipit annuos 26 florenos. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis competentibus. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus in Egmating & Præfectus electoralis in Schwaben cumulative. Das Vermögen diſes Gottshauſes mechte der Zeit gegen 800 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Georgii martyris in Niderpfræmern.

11. Hæc ecclesia, antea totaliter ruinosa et informis, ante 24 annos fuit reædificata et postmodum consecrata. Habet unum altare, in honorem s. Georgii erectum. Divina hic ordinarie fiunt in dedicatione, quæ celebratur Dominica post festum***) s. Ursulæ, et in festo patrocinii s. Georgii martyris. Est tamen attendenda nova divinorum servandorum ordinatio de anno 1729, quatenus etiam hanc ecclesiam tangat, et jam supra allegata fuit. — Cœmeterium non adest. Sacristia quidem hic habetur, sed caret propriis paramentis, quæ ex Ober-Pfrämern huc deferri solent. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi loci & Præfecti electoralis in Schwaben. Das völlige Vermögen mag ſich der Zeit auf 700 fl. erſtreckhen.

---

*) V. 361. **) V. 362. ***) V. 363.

Ecclesia filialis B^mæ Virginis in Creutz.

12. Hæc ecclesia communis inter rurales est structuræ. Habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem B^mæ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum *), altare s. Bartholomæi Apostoli et altare s. Judæ Thaddæi.

Divina secundum acta visitalia de anno 1707 hic ordinarie peraguntur duabus semper Dominicis successive et tertia Dominica in Münchsteur, item in potioribus festis B^mæ Virginis et in festis Apostolorum & in omnibus aliis festis solennioribus. Hac etiam in parte attendi debet ordinatio servandorum divinorum de anno 1729. Dedicatio celebratur Dominica infra octavam Ascensionis. — Cœmeterium habet ossuarium & sepulturas. Sacristia instructa est paramentis necessariis. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem cumulativa administratione, sub qua aliæ sunt ecclesiæ filiales hujus Parochiæ. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich der Zeit gegen 1300 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Münchsteur **).

13. Hujus ecclesiæ structura est communis notæ inter rurales. Habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Augustini Episcopi & altare s. Judæ Thaddæi Apostoli.

Divina secundum acta visitalia de anno 1707 fiunt Dominica ordinarie tertia, feria secunda Paschatis & Pentecostes & in festo s. Joann. Evangelistæ. Dedicatio celebratur Dominica post nativitatem s. Joann. Baptistæ, patrocinium in festo nativitatis ejusdem. Attendi etiam debet ordinatio divinorum, de qua hactenus dictum est in aliis filialibus ecclesiis hujus Parochiæ ***). — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria, sed vilia. Turris continet campanas duas benedictas. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ pertinet ad Parochum in Egmating & Præfectum electoralem in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes mag ſich der Zeit gegen 380 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Lindach.

14. Ecclesia hæc in edito loco sita communis est structuræ. Habet unum altare, in honorem s. Apostoli Andreæ consecratum. Divina hic secundum acta visitalia de anno 1707 fiunt in dedicatione et in festo patrocinii s. Andreæ, quæ festa coincidunt. In festo ss. Philippi & Jacobi huc instituitur processio. Videatur ordinatio divinorum in hac †) Parochia servandorum de anno 1729. — Cœmeterium et sacristia non adsunt, paramenta habentur hic nulla propria. Ad-

*) V. 364. **) V. 365. **) V. 366. †) V. 367.

ministratio proventuum est eadem, quæ aliarum ecclesiarum filialium hujus Parochiæ. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet ſich diſer Zeit höher nit als gegen 40 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Leonardi in Esterndorff.

15. Ecclesia hæc vilioris structuræ, ante paucos annos reparata, habet unum altare, in honorem s. Leonardi Abbatis consecratum. Res divina præter missam menstruam hic celebrari consuetam peragitur feria quarta infra octavam Paschæ & Pentecostes & Nativitate Domini. Dedicatio celebratur in festo ss. Simonis & Judæ *). Non adest cœmeterium nec sacristia. Paramenta quoque hic habentur exigua. Administratio proventuum est eadem, quæ aliarum ecclesiarum filialium hujus Parochiæ. Das völlige Vermögen wirdet dermalen gegen 580 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Martini in Schlacht.

16. Ecclesia hæc pariter est structuræ exiguæ, habens unum altare, consecratum in honorem s. Martini. Reliqua duo altaria sunt solummodo pro forma, nec consecranda. Divina hic fiunt feria quarta infra octavam Paschatis & Pentecostes & Nativitate Domini. Dedicatio & patrocinium celebratur in festo s. Martini. Cæteroquin videatur ordinatio divinorum de anno 1729, jam sæpius allegata **). Cœmeterium non adest nec sacristia. Paramenta hic habentur exigua. Proventuum administratio est penes Parochum loci & Præfectum electoralem in Schwaben. Das Vermögen diſes Gottshauſes mag dermalen gegen 580 fl. ausmachen.

---

*) V. 368.

**) V. 369. — Die Seiten 370 — 380 ſind in der Reinſchrift der Schmidtiſchen Matrikel leer gelaſſen. D.

XV.

DECANATUS RURALIS

TOELZENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

S. JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE.

Parochiæ

Decanatus ruralis Tœlzensis*).

	Pag.	§.
Ascholding, Vicar.	445.	327.
Aufkirchen *am Würmsee*	451.	328.
Beurberg	471.	329.
Berg, Vicar.	477.	330.
Deining	485.	332.
Dietramszell	507.	333.
Endlhausen	513.	334.
Gaissach, Vicar.	527.	335.
Hechenberg	533.	336.
Kœnigsdorff	403.	324.
Lenggries, Vicar.	541.	337.
Minsing	555.	338.
Schœfftlarn	571.	339.
Schlechdorff	585.	340.
Tankirchen	599.	341.
Tegerndorff, Vicar.	481.	331.
Thæning	433.	326.
Tœlz	381.	323.
Wallersee, Curatia	615.	342.
Wolfratshausen	415.	325.

*) Im Jahre 1826 wurden aus dem Ruralcapitel Tölz zwey Decanate, Tölz und Wolfratshauſen gebildet. (Vgl. Schematismus d. Erzdiöceſe München-Freyſing f. d. J. 1827. S. 114). — Zum Decanate Tölz gehören die Pfarreyen: Dietramszell mit der Expoſitur Thankirchen, Gaiſach, Hechenberg, Königsdorf, Lenggries und Tölz; zum Decanate Wolfratshauſen: Aſcholding, Aufkirchen bey Starnberg, Deining, Endelhanſen, Minſing mit der Expoſitur Tegerndorf, Scheftlarn, Thanning und Wolfratshauſen. Das Pfarrvicariat Berg iſt jetzt eine Filiale der Pfarrey Minſing und der Expoſitur Tegerndorf. Schlechdorf ſammt der daran ſtoßenden, nach der Kloſteraufhebung neuerrichteten Pfarrey Ohlſtadt wurde dem Decanate Werdenfels zugetheilt. Die Curatie am Wallerſee (Walchenſee), im Bisthum Augsburg entlegen, hat ganz aufgehört, ſeitdem in Walchenſee eine eigene, gleichfalls nach der Kloſteraufhebung neu errichtete, organiſirte Pfarrey beſteht. D.

§. 323.

Parochia B[mæ] Virginis in Tölz seu Parochia Kœnigsdorff*).

1. Ecclesia B[mæ] Virginis in oppido Tœlz juxta antiquam matriculam filialis est ecclesiæ parochialis s. Laurentii in Königsdorff. Notandum siquidem est, Parochum Königsdorffensem moderno tempore et ordinarie residere in oppido Tölz, econtra vero in pago Königsdorff existere Vicarium, qui ad præsentationem Parochi perpetuari solet. Parochia Königsdorff, quæ nunc communi voce Tölz appellatur, de illis esse censetur, quarum libera dispositio et collatio in omni mense pertinet ad Episcopum Frisingensem, de qua re plura docebunt acta ecclesiastica, quæ videantur ab anno 1668 usque 1705. — Modernus Parochus est R. D. Nicodemus Samweber, philosophiæ Magister**) et sacrorum canonum Candidatus, ao. 1702 investitus. Dat pro primis fructibus 70 florenos. — Parochus in Königsdorff et Tölz habet jus præsentandi suos Vicarios in Ascholding, Gaissach, Lenggries, Hechenberg et Königsdorff***).

2. Proventus parochiales recipiuntur potissimum ex decimis, quarum tertiam partem per totam Parochiam recipit Parochus; item de subditis ad Parochiam spectantibus, nec non etiam de pensionibus Vicariorum et stolæ accidentiis et decimis minoribus. Condecimant in oppido Tölzensi duo praxatores Gerstlacher et Schändel. In pago Wackhersperg condecimat camera electoralis et in pago Fischbach condecimat Dominus Comes de Hörwarth. De redditibus parochialibus in antiqua matricula sic legitur: *Item in fixis*

---

*) V. 381. — Vgl. §§. 396 u. 666, die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 364 — 366), Joſ. Aloys Ströber's Beſchreibung des Landgerichts Tölz, abgedruckt in Weſtenrieder's Beyträgen (V. 243 — 320), Hazzi's ſtatiſtiſche Aufſchlüße (II. Bd. I. Abth. S. 1 — 51), v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkreis (I. 120 — 133), das Ulmer geograph. Lexikon v. Bayern, Lipowsky's Nationalgarde-Almanach (Jahrg. 1816 S. 162. 163), v. Hefner's Beſchreibung von Tegernſee (S. 151 — 154) ꝛc. — In Tölz befinden ſich jetzt nebſt dem Franciscanerkloſter auch Filialhäuſer der barmherzigen Schweſtern und der armen Schulſchweſtern. — Auf die Pfarrey Tölz wird jetzt in jedem zweyten Erledigungsfalle von Sr. Kgl. Maj. präſentirt. D.

**) V. 382.

***) Dieſe Vicariate ſind i. J. 1837 als Pfarreyen erklärt worden. D.

redditibus ex institutione habet circiter 23 fl. 4 β dl., in anniversariis fundatis, missis hebdomadalibus et aliis institutionibus circa ecclesiam) a vitricis 22 fl. 4 β dl. Item propter circuitum singulis diebus dominicis cum venerabili sacramento peragendum 4 β dl. Confessionalia ad 8 fl. æstimat (olim habuit 14), item decimas personales ad 12 β dl., panes primitiales ad 2 flor.* Integri proventus hujus Parochiæ communibus annis censentur posse ascendere ad 1500 florenos. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem et solvere ad Reverendissimum capitulum Frisingense annuatim pensionem 50 florenorum, Widumb-Steur 7 fl. 58 kr. 2 dl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. Frisingensis 12 kr., ad seminarium episcopale 5 fl. In veteri matricula legitur etiam: *Jäger-Gelt Principi pro parte sua 12 β dl. Item Cooperatori in Gaissach, qui ibidem habet propriam residentiam, cui dat 5 ℔ dl.* — Domus parochialis in Tölz non patitur singulares defectus.

Communicantes oppidi Tölzensis et ecclesiarum filialium novissime 3508 numerati sunt**).

3. Ecclesiæ B^{mæ} Virginis in oppido Tœlz annumerantur ecclesiæ filiales tres, nempe s. Crucis in monte Hechenberg et ecclesiæ in Wackhersperg et Fischbach; item capellæ duæ B^{mæ} Virginis, nempe in cœmeterio et extra oppidum am Mühlfeld. Item capella Matris dolorosæ in monte Hechenberg et capella s. Sebastiani auf dem Lechen. Item capellæ in arce electorali in Tœlz et am Artzbach.

4. Ecclesia B^{mæ} Virginis in Tœlz, satis magnifica et sublimis, altaria habet novem: *Altare majus* est dedicatum in honorem B^{mæ} Virginis hic beneficæ, quæ etiam processionibus visitari solet. In eodem asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis. — *Altare s. Crucis* est privilegiatum omni feria tertia pro***) defunctis generaliter. — *Altaria s. Sebastiani martyris — s. Josephi — ss. trium Regum — s. Nicolai Episcopi — s. Bartholomæi — s. Annæ,* et *altare alterum s. Annæ* in sacello chori.

Ad hanc ultimam aram (s. Annæ) ao. 1612 illustris Domina Anna Guidobona Cavalchina Baronissa de Liechtenberg, nata de Pienzenau in Reicherspeyrn et Saxenkhamb, præter solenne anniversarium, certas etiam missas angariales et eleemosynam, de quibus successive ao. 1620 noviter disposuit, fundavit missam hebdomadalem, omni feria tertia legendam†), et pro fundo assignavit summam capitalem 2000 florenorum, de cujus annuo censu satisfit presbyteris et ecclesiæ ministris.

5. Notandum, in hac ecclesia antiquitus fundata fuisse quinque

---

*) V. 383. **) V. 384. ***) V. 385. †) V. 386.

Beneficia, et quidem primum fuit fundatum ao. 1428 a Petro Salbenkirchner, Vicario in Tœlz, ad altare s. Erasmi cum onere missæ quotidianæ exceptis forte duabus diebus per hebdomadem. — Secundum Beneficium ao. 1476 fuit fundatum a Joanne Copper, Presbytero et Primissario in Tölz, itidem cum onere missæ quotidianæ excepta una per hebdomadem die, in ara ss. trium Regum dicendæ. — Tertium Beneficium ao. 1485 fuit fundatum vel potius completum a consulibus oppidi Tölzensis, non minus cum onere missæ quotidianæ in ara ss. Leonardi et Georgii celebrandæ excepta una per hebdomadem die. Confirmationem desuper impertivit Sixtus Episcopus Frisingensis *). — Quartum Beneficium ao. 1489 fundaverunt Georgius Heigel, Presbyter in Tölz, et Georgius Heigel, Parochus in Ismaning, aliique concurrentes plures benefactores cum onere missæ quotidianæ in altari s. Nicolai celebrandæ excepta una per hebdomadem die. — Quintum Beneficium ao. 1521 fundavit supradictus Georgius Heigel, Parochus in Ismaning, cum onere missæ etiam quotidianæ in ara s. Bartholomæi celebrandæ excepta una die per hebdomadem. — Cum autem successu temporum fundi, census et bona ad hæc quinque Beneficia deputata non sufficerent, ut exinde quinque Beneficiati congrue sustentari possent, Vitus Adamus Episcopus Frisingensis ao. 1630 ea ita univit, ut duobus Beneficiatis a magistratu civico Tölzensi præsentandis conferantur, quorum unus Beneficiatus ss. trium Regum et Erasmi, alter vero Beneficiatus ss. Leonardi et Georgii nuncupatur **). Jus patronatus ***) ad utrumque modernum Beneficium competit magistratui civico Tölzensi, prout eidem ad singula quinque supradicta Beneficia ex antiqua fundatione competebat. — Modernus Beneficiatus ss. Leonardi et Georgii est R. D. Ferdinandus Gänsler, ao. 1718 investitus. Dat pro primis fructibus 12 florenos et ad episcopale seminarium 5 florenos. Obligatio Beneficiati juxta ordinationem episcopalem de anno 1630 est, ut extra dies dominicas infra hebdomadem celebret etiam quatuor missas hebdomadales, quæ celebrantur in ara s. Crucis. Redditus beneficiales præter valde commodam habitationem æstimantur se bene extendere ad 240 florenos. — Beneficiatus Beneficii ss. trium Regum et Erasmi est defacto R. D. Philippus Jacobus Hözel, ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos et ad episcopale seminarium

---

*) V. 387.

**) Gegenwärtig iſt dem Beneficiaten der St. Georgs- und Leonhards-Meſſe auch das i. J. 1765 geſtiftete ſchöttliſche Beneficium beygegeben. Seit der Abfaſſung dieſer Matrikel ſind in Tölz überdieß noch das Nokheriſche, das Reiſchliſche, das Poppiſche und das Nibleriſche Beneficium neugeſtiftet worden. D.

***) V. 388.

1 fl. Obligatur juxta supradictam*) ordinationem episcopalem de anno 1630, extra dies dominicas dicere hebdomadatim 4 missas, quæ dicuntur in ara trium Regum. Beneficiales proventus præter commodam habitationem creduntur transcendere 200 florenos.

6. Divina in hac ecclesia fiunt quotidie. Dedicatio celebratur Dominica quarta post Pascha. Cathedram ordinarie, sed tantum precario, ornant P. P. Franciscani, exceptis festis Domini et Dominæ et concionibus menstruis, in quibus concionatur Parochus. Floret etiam hic *confraternitas* B^mæ^ Virginis sine labe conceptæ, authoritate ordinaria hic introducta et proprium habens magistratum, quæ potissimum conservatur ex annuis sodalium oblationibus. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est insignibus paramentis. In turri habentur quinque campanæ benedictæ**). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Tölz. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet ſich diſer Zeit gegen 20000 fl. belauffen.

Capella B^mæ^ Virginis in cœmeterio.

7. Capella hæc, vulgo crypta nuncupata et reparata, ita ut videatur nova consecratione indigere, sita est in cœmeterio ecclesiæ majoris. Adest altare unicum, in honorem B^mæ^ Virginis consecratum, cujus statua beneficiis clara est et processionibus visitari solet. Ipsum altare privilegiatum est pro defunctis ex *archiconfraternitate* ss. Rosarii hic instituta, quæ regitur per proprium magistratum. Præter multa sacra votiva in hoc sacello in aliquibus festivitatibus B^mæ^ Virginis divina fieri solent***) præcipue ratione supradictæ archiconfraternitatis. Dedicatio hujus capellæ incidit in Dominicam post festum omnium Sanctorum.

Capella filialis B^mæ^ Virginis am Mühlfeldt.

8. Hæc capella, recenter et eleganter reædificata, necdum consecrata est. Adsunt tria altaria: *Altare majus* est erectum in honorem B^mæ^ Virginis auxiliatricis hic beneficiis claræ, ubi etiam colitur particula authentica de s. Cruce. Solent etiam huc institui processiones publicæ. — *Altare s. Sylvestri* et *altare s. Rochi.*

Juxta acta visitalia de anno 1707 a quodam cive Tölzensi†) in altari majori fundata est missa hebdomadalis cum stipendio 35 crucigerorum. Verum hæc missa hebdomadalis erit verisimiliter eadem, quam ao. 1674 in ara s. Rochi authoritate ordinaria fundavit Casparus Seibolt, civis et praxator Tölzensis, et a Parocho deinceps celebrari voluit, assignata pro fundo summa capitali 800

*) V. 389. **) V. 390. ***) V. 391. †) V. 392.

florenorum, de cujus censibus satisfit Parocho, capellæ et ministris. — Circa annum 1628 in hac capella introducta fuit *confraternitas* s. Rochi, in cujus die festo hic cantatur solenne officium.

Divina hic ordinarie fiunt in festo præsentationis B$^{\text{mæ}}$ Virginis. Dedicatio fuit celebrari solita in Dominica post festum s. Bartholomæi. — Adest cœmeterium et sacristia valde decenter instructa. In turri sunt duæ campanæ benedictæ*). — Proventus hujus capellæ sunt sub cura parochiali et magistratus civici Tölzensis, qui facta nova hujus capellæ exstructione ferme erunt exhausti.

Capella in arce electorali in Tölz.

9. Capella hæc veteris structuræ cum uno altari non habet signa consecrationis, solent ibidem nihilominus subinde celebrari missæ privatæ pro devotione Præfecti electoralis.

Capella filialis s. Sebastiani auf dem Lechen.

10. Capella hæc multum ruinosa habet altare unum, in honorem s. Sebastiani dedicatum. Divina hic fiunt in die dedicationis, quæ incidit in Dominicam post festum visitationis B$^{\text{mæ}}$ Virginis, et in festo patrocinii s. Sebastiani**). Cœmeterium cum ossuario et sepulturis hic quidem adest, sed non sacristia, quia paramenta ex vicina ecclesia in Wackhersperg huc deportantur. Proventus hujus capellæ curantur a Parocho et Præfecto electorali Tölzensi. Das ganze Vermögen diſes Gottshauſes würdet ſich diſer Zeit gegen 300 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Crucis auf dem Hechenberg nächst Tölz.

11. Hæc capella ex beneficentia et impensis Domini Friderici Nockher, electoralis rei salinariæ Præfecti, ædificata et una cum aliis passionis Dominicæ stationibus elegantissime in duplici forma sub uno tamen tecto cum duabus turribus exstructa, altaria habet quatuor et quidem in *anteriori* capella altare majus est consecratum in honorem s. Crucis, de qua hic colitur authentica particula***) et etiam asservatur corpus s. Victoris martyris (nom. attribut.). Altare alterum est dedicatum in honorem et memoriam sepulchri Domini. — In capella *inferiori* ad scalam sanctam hic erectam altare majus est dedicatum Christo patienti, altare alterum est dedicatum in honorem s. Friderici Episcopi martyris.

Divina in hac ecclesia seu duplici capella fiunt ordinarie in festis inventionis s. Crucis, item in diebus dedicationum, quæ in anteriori capella incidit in Dominicam post festum exaltationis s. Crucis, in inferiori capella autem in Dominicam quintam post Pa-

*) V. 393. **) V. 394. ***) V. 395.

scha. Solent etiam hic*) fieri per annum plurimæ missæ votivæ. Item hic introducta extat *confraternitas* de agonia Christi, quæ potissimum conservatur ex fidelium oblationibus nec habet proprium magistratum, bene vero altare privilegiatum pro defunctis ex eadem confraternitate. — Cœmeterium non adest. Sacristia instructa est paramentis valde decentibus. In turribus sunt tres campanæ benedictæ. — Curam in temporalibus super geminam hanc capellam de facto gerit ipse fundator.

Capella Matris dolorosæ in monte Hechenberg.

12. Hæc capella, impensis maxime fabrorum lignariorum (deren Zimmerleuthen zu Tölz) ædificata et exstructa, cum suo altari dedicata est in honorem**) B^mæ Virginis dolorosæ. Divina præter missas votivas per annum fiunt in festo dolorum B^mæ Virginis et in festo dedicationis, quæ incidit in Dominicam post festum nativitatis B^mæ Virginis. Item hic introducta fuit *confraternitas* sub titulo Matris dolorosæ, quæ maxime sustentatur ex oblationibus fidelium, nec habet magistratum, bene autem altare privilegiatum pro defunctis ex eadem confraternitate. — Cœmeterium aut sacristia non adsunt. Paramenta ex vicina capella s. Crucis huc deportari solent. In turricula sunt duæ campanæ benedictæ.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Wackhersperg.

13. Ecclesia hæc exigui et antiqui est operis. Habet tria altaria***): Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo solet asservari Sanctissimum, altare B^mæ Virginis et altare ss. Joannis et Pauli martyrum†).

Divina hic fiunt potissimum in 38 diebus festivis per annum, in Dominicis autem alternative cum ecclesia filiali in Fischbach, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707. Dedicatio incidit in Dominicam post nativitatem B^mæ Virginis. Patrocinium celebratur in festo s. Nicolai Episcopi. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Item hic habetur baptisterium cum sacris oleis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur††) a Parocho et electorali Præfecto in Tœlz. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit bey 2500 fl. betreffen.

---

*) V. 396. **) V. 397. ***) V. 398.

†) Ueber die Grundſteinlegung zu einer neuen Kirche in Wackersberg ſehe man von Besnard's Literatur-Zeitung für die kath. Geiſtlichkeit (Jahrg. 1829. Intelligenzblatt 7. S. 108 — 112). D.

††) V. 399.

Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Fischbach.

14. Ecclesia hæc inter rurales illustrior et ornatior est. In ea sunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo tempore æstivo solet asservari Sanctissimum, altare s. Georgii martyris et altare s. Elisabethæ.

Divina hic fiunt in Dominicis alternative cum ecclesia filiali Wackhersperg et secundum acta visitalia de ao. 1707 in 30 festis per annum. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Martini*). Patrocinium celebratur in festo s. Joannis Baptistæ. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Dominum Comitem de Hörwarth in Hochenburg. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Capella B^mæ Virginis am Artzbach.

15. Anno 1730 concessa fuit facultas communitati am Aerzbach exstruendi capellam, quæ habet altare erectum in honorem B^mæ Virginis auxiliatricis. Hæc capella benedicta est et insuper concessum**) fuit, ut super ara mobili in unaquaque hebdomade, in die tamen feriali, possit ibidem celebrari missa. Sacristia et paramenta propria nondum adsunt, quæ recipiuntur ex arce Wackhersperg.

---

§. 324.

Parochia s. Laurentii in Kœnigsdorff***).

1. Ecclesia s. Laurentii in Königsdorff est matrix et parochialis, etiamsi hodierno tempore Parochus resideat in oppido Tœlz; et quod hæc Parochia censeatur esse de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense, superius dictum est. In pago autem Königsdorff nunc residet Vicarius parochialis, qui ad præsentationem Parochi Tölzensis solet perpetuari. — Modernus Vicarius est R. D. Franciscus Paulus Kirein, jur. utr. Lic., ao. 1718 perpetuatus. Non dat primos fructus.

---

*) V. 400. **) V. 401.

***) V. 403. — Vgl. §§. 388 u. 663 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 356 u. 357). Seit dem Jahre 1837 hat Königsdorf den Rang und den Namen einer Pfarrey, auf welche der Pfarrer von Tölz präſentirt. — Ueber das dort beſtandene Schloß ſehe man v. Obernbergs Reiſen (I. 101). D.

2. Proventus hujus Vicariatus consistunt in fructibus integri mansi seu curtis rusticæ, in decimis majoribus et minoribus, nec non in stolæ accidentiis. Antiqua matricula inter fructus Parochiæ numerat panes primitiales et confessionalia. Juxta acta visitalia de ao. 1707 Vicarius parochialis de tribus colonis*) recipit integras decimas; alias autem potissimum gaudet tertia decimarum parte per totam Parochiam. Condecimatores adsunt quatuor, nempe monasterium Benedictoburanum, quod a potiori per totam Parochiam condecimat, et Weichenstephanense, quod solummodo apud duos colonos condecimat, utrumque autem monasterium percipiunt duas tertias decimarum. Item Beneficiatus s. Crucis in Königsdorff apud quinque colonos eodem modo condecimat. Denique Dominus Comes de Hörwarth in certo Parochiæ districtu cum Vicario parochiali decimas percipit. Integri proventus melioribus annis putantur facile ascendere posse ad 1000 florenos. Econtra Vicarius Parocho in Tœlz solvit annuam pensionem **65** florenorum, et in veteri matricula legitur: *Item eadem ecclesia est capitulo ecclesiæ Frisingensis incorporata pro 40 flor. inclusive dictæ absentiæ.* Item Vicarius præstat Widumbſteur**) 6 fl. 46 kr. 1 dl., Jägergelt 5 fl., ad seminarium episcopale 3 fl. In veteri insuper matricula legitur: *Item habet Capellanum, cui ab ecclesià datur salarium 28 flor., de quibus Plebano pro tabula sibi Capellano danda cedunt 14 flor.* Hodie talis Capellanus non adest. — Domus parochialis est satis commoda habitatio.

Communicantes, qui ecclesiæ in Kœnigsdorff annumerantur, novissime 1180 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Königsdorff, præter capellam s. Michaelis in cœmeterio, sub se continet alias tres ecclesias filiales, nempe in Geretsried, Huppenberg et Ober-Puechen.

4. Ecclesia parochialis, inter rurales alias ecclesias magnitudine excellens, sex habet altaria:

Altare majus est dedicatum honoribus s. Laurentii martyris***). In eo asservatur Sanctissimum et est privilegiatum singulis feriis sextis pro defunctis ex *confraternitate* ss. Nominis Jesu, quæ hic ao. 1715 authoritate ordinaria introducta et a Sede Apostolica indulgentiis ornata, nunc a Præside et magistratu regitur et piis fidelium largitionibus conservatur.

Altare s. Crucis. In hoc colitur corpus s. Mauritii martyris (propr. nom.). — Anno 1479 Casparus Schmidthauser, Canonicus cathedralis Frisingens et Parochus, cum vitricis ecclesiæ in Königsdorff ex bonis prædictæ ecclesiæ ad aram s. Crucis fundaverunt

---

*) V. 404. **) V. 405. ***) V. 406.

Beneficium missæ quotidianæ, excepta una per hebdomadem die et assignaverunt præter aliquas decimas varios etiam census et redditus ex fundis et bonis in Königsdorff, Niderhaimb, Osterhoffen, Hochentilching, cum domo*) et horto pro habitatione Beneficiati, quæ nunc satis commoda et ampla est. Jus præsentandi reservatum fuit Parochis in Königsdorff, nunc in Tœlz. Proventus beneficiales moderno tempore censentur ascendere posse ad 150 florenos, pro quibus juxta decretum de dato 23. Junii 1710 Beneficiatus tenetur applicare pro fundatoribus tria sacra hebdomadalia. Item Beneficiatus defacto gaudet additione 60 florenorum ex proventibus ecclesiæ filialis in Geretsriedt, intuitu cujus in eadem ecclesia legere et applicare debet 20 per annum missas. Modernus Beneficiatus est R. D. Christophorus Mair, ao. 1736 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.

*Altare s. Annæ. — Altare s. Catharinæ. — Altare s. Rochi***). — *Altare B^mæ^ Virginis* in choro occidentali, in quo colitur statua B^mæ^ Virginis hic plurimis beneficiis præfulgentis, quæ etiam publicis processionibus visitatur.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis diebus dedicationum et patrociniorum ecclesiarum filialium. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi, patrocinium vero celebratur in festo s. Laurentii. Cæteroquin in hac ecclesia conspiciuntur sepulturæ nobilium Dominorum de Hechenkirchen. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario et sepulturis, in quod deportari solent omnia funera ex tota Parochia, etiamsi filiales ecclesiæ etiam habeant sua cœmeteria. Sacristia instructa est paramentis***) decentibus. In turri sunt campanæ quatuor benedictæ. — Proventus curantur a Vicario parochiali et Præfecto electorali in Wolferzhausen. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 4000 fl. betreffen.

Capella s. Michaelis Archangeli in cœmeterio.

5. Hæc capella ante aliquot annos pulchre renovata et tribus altaribus ornata fuit. Altare majus est consecratum in honorem s. Michaelis Archangeli. — Altare s. Joannis Nepomuceni martyris et altare s. Francisci Xaverii. — Dedicatio hujus capellæ celebratur Dominica ante festum s. Michaelis et patrocinium in ipso festo hujus s. Archangeli †).

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis in Ober-Puechen.

6. Ecclesia hæc nunc reparata et satis est pulchra. Adsunt in

*) V. 407. **) V. 408. ***) V. 409. †) V. 410.

ea duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem $\text{B}^{\text{mæ}}$ Virginis, et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic præter quatuor angariales missas fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis, et in festo s. Leonardi. Cæteroquin votivæ missæ hic plures fiunt ad Beatissimam Virginem et s. Leonardum. — Cœmeterium hic habetur pro peste infectis sine ossuario. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Vicarium parochialem et Abbatem*) Benedictoburanum, tanquam Dominum loci hoffmarchialem. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit kundtbahr.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Huppenberg.

7. Ecclesia hæc noviter reædificata et amœna tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris, altare $\text{B}^{\text{mæ}}$ Virginis et altare s. Martini Episcopi.

Divina ordinarie hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur Dominica prima mensis Maji, item in festo patrocinii s. Margaritæ et in festo ss. Martini et Innocentium martyrum. — Cœmeterium seu area ecclesiæ quidem**) adest, sed sine sepulturis et ossuario. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem et Præfectum electoralem Tölzensem. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit nach geführtem Neubau über einige hundert Gulden wenig betragen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Gerets-Riedt.

8. Ecclesia hæc noviter reparata habet unum altare, consecratum in honorem s. Nicolai Episcopi. Divina hic ordinarie fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam secundam post festum s. Michaelis, et in festo patrocinii s. Nicolai Episcopi. Item a Beneficiato in Königsdorff hic per annum leguntur 20 sacra cum certa applicatione, cujus intuitu ex redditibus hujus***) ecclesiæ recipit annuatim 60 florenos, uti supra dictum est. — Cœmeterium aut area ecclesiæ quidem adest, sed absque ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſoll diſer Zeit yber 3000 fl. betreffen.

---

*) V. 411. **) V. 412. ***) V. 413.

§. 325.

Parochia s. Andreæ in Wolfratshausen *).

1. Hæc Parochia juxta veterem matriculam est *de præsentatione Capellani arcis Principum Monacensium;* in recentioribus libris investiturarum patronus hujus Parochiæ exprimitur Beneficiatus ss. Laurentii et Margaritæ in veteri arce Monachii, qui semper solet esse Capellanus aulicus Serenissimi Electoris Bavariæ. Modernus Parochus est R. D. Joannes Baptista Maurer, ss. theol. Lic., ao. 1715 investitus. Est hujus ruralis capituli Camerarius. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. De proventibus hujus Parochiæ, qui potissimum consistunt in decimis et stola, in veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet circiter 12 flor., item prædium dotale in Taning possit colono locare pro 7 flor. Item in anniversariis***) *et institutionibus confirmatis habet 12 flor. 51 β dl. Item in missis hebdomadalibus circiter 7 flor. Confessionalia ad 5 flor., item panes primitiales ad 5 flor.* In Wolfratshausen Parochus habet unam tertiam decimarum, et ibi condecimant ecclesia parochialis et Beneficium s. Catharinæ. In Gelting nihil percipit Parochus, sed ibi condecimant Empacher, hospes in Wolfratshausen, et Beneficiatus in Ergertshausen ac monasterium Benedictoburanum. In der Schwaig Wahl Parochus etiam percipit unam tertiam decimarum, ac ibi condecimant ecclesia parochialis et Baro de Pienzenau. In Maldenberg itidem Parochus gaudet tertia parte; in Dorffen autem habet ferme mediam decimarum partem et ibi condecimat Serenissimus Bavariæ Elector et monasterium Schoefftlarn, quod etiam decimat trans Isaram in Ergertshausen. In Holzhausen vero condecimant hæredes Virgilii Mair, Papyrificis Monacensis. Integri proventus communibus annis censentur conficere 900 flor.***). Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem, cujus tamen intuitu, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707, ab ecclesiis suis recipit additionem 60 florenorum. Item solvit Widumb=Steur 2 fl. 21 kr., Jäger=Gelt 1 fl., cathedraticum 12 kr. et ad fabricam ecclesiæ cathedralis frising.

---

*) V. 415. — Vgl. §§. 399. u. 659, die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 366 u. 367), Hazzi's ſtatiſtiſche Aufſchlüße (III. 176 — 225), Max v. Freyberg's neue Beyträge zur vaterländiſchen Geſchichte und Topographie (I. Bd. 1. Heft), v. Obernberg's Reiſen durch den Iſarkreis (I. 105 — 108), v. Lipowsky's Nationalgarde=Almanach (Jahrg. 1816. S. 207. 208), Adrian v. Riedl's Reiſeatlas von Bayern ꝛc. — Die Mädchenſchulen in Wolfratshauſen werden jetzt von armen Schulſchweſtern verſehen. D.

) V. 416. *) V. 417.

12 kr. Item in prædictis actis visitalibus notatur, Parochum solvere suo patrono pensionem 52 florenorum, recipit tamen Parochus a suo Vicario in Thaening eandem summam. De oneribus Parochi habetur in veteri matricula: *Item dicta ecclesia est incorporata Capellano ducali* (nempe patrono hujus Parochiæ prædicto) *pro 52 flor. Item ludimagistro 12 β ac prandia et expensas cum Capellanis faciendas, ad 26 fl. taxatas. Item habet duos Cooperatores in Wolfratshausen, unum ut Vicarium, qui alteri Cooperatori dat tabulam et quartam partem accidentalium.* — Domus parochialis nunc commode et satis eleganter ædificata*) non patitur defectum.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1431 inventi sunt.

3. Ecclesiæ parochiali in Wolfratshausen præter Vicariatum in Thäning et ecclesias ad eundem pertinentes, de quibus infra, annumerantur tres ecclesiæ aliæ filiales, nempe s. Nantwini extra oppidum, in Gelting et Dorffen; item capellæ ss. Trinitatis, B^mæ^ Virginis, s. Joannis Baptistæ extra mœnia arcis et s. Nicolai in arce Wolfratshausen.

4. Ecclesia parochialis, satis pulchra et magnifica, altaria habet sex sequentia:

Altare majus est dedicatum in honorem s. Andreæ Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum.

Altare s. Crucis et s. Catharinæ, in medio extra chorum situm, in quo colitur corpus**) s. Candidati martyris (propr. nom.). — Anno 1427 magistratus et cives oppidi Wolfratshausen fundaverunt Beneficium primæ missæ quotidianæ, una die excepta per hebdomadem. Assignarunt pro congrua sustentatione Beneficiati prædia, decimas, hortos ac census varios. Concessum est Beneficiato vi decreti de dato 21. April. 1687 et 30. Oct. 1719, ut usque ad meliorationem fructuum beneficialium, quæ nunc communibus annis ad 200 florenos non ascendunt, gaudere possit tribus per quamlibet hebdomadem diebus vacantibus, et in illis in alia ecclesia celebrare valeat. Jus patronatus competit magistratui prædicto. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Petrus Abele, ao. 1710 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos et ad seminarium episcopale 1 fl. Domum beneficialem conservat patronus***).

Altare B^mæ^ Virginis Gloggoviensis. — Altare itidem B^mæ^ Virginis. — Altare s. Antonii de Padua.

Altare s. Sebastiani. Ad hoc altare authoritate ordinaria ao. 1620 introducta et a Paulo V. summo Pontifice indulgentiis decorata fuit *confraternitas* s. Sebastiani martyris. Unde hoc altare

---

*) V. 418. **) V. 419. ***) V. 420.

feriis secundis privilegiatum est pro defunctis ex eadem confraternitate. Successit ao. 1714 altera confraternitas pro fidelibus defunctis, authoritate ordinaria introducta et a Sede Apostolica gratiis ornata, ratione cujus altare privilegiatum est singulis Sabbatis. Utraque confraternitas regitur per proprium magistratum*).

Divina in hac ecclesia fiunt quotidie. Dedicatio incidit in Dominicam post festum nativitatis B^mæ^ Virginis. Patrocinium celebratur in festo s. Andreæ Apostoli. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis decentibus. In turri sunt sex campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et magistratum oppidi Wolfratshausen. Das Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich, ſo ſich doch gegen 5000 fl. diſer Zeit belauffet.

Capella ss. Trinitatis.

5. Hæc capella pulchra, in colle ecclesiæ parochiali contiguo ao. 1715 sumptibus Josephi Lang, tunc postæ Imperialis Norinbergæ Officialis, ædificata**), altare habet unum, ss. Trinitati consecratum. — Anno 1735 hæredes supradicti Josephi Lang, consulis et mercatoris in Wolfratshausen, piam ejusdem voluntatem executi, fundaverunt Beneficium duarum missarum hebdomadalium et unius menstruæ in hac capella, tertiæ vero missæ in ara privilegiata ecclesiæ parochialis celebrandæ. Dederunt præter domum beneficialem pro dote 3800 florenos, de quorum annuo censu satisfit Beneficiato, nec non Parocho ratione celebrandæ dedicationis et festi ss. Trinitatis in hac capella, et ecclesiæ pro paramentis ejusque ministris. Beneficiatus in subsidium pro recompensatione a Parocho danda obligatur etiam servire in cura animarum. Jus patronatus reservatum fuit vor die Langiſche und respective Raabiſche Freundſchaft Mann- und weiblichen Geſchlechts; nach deren Erlöſchung aber der Helena Ridin***), Handelsmanin in München, ihren Söhnen und deren Kindern Mann- und weiblichen Geſchlechts, de quo videatur instrumentum fundationis et confirmationis. — Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Carnotsch, ao. 1735 investitus. Dat pro primis fructibus 7 florenos †).

Divina hic præter missas supradictas fiunt in festo ss. Trinita-

---

*) V. 421. **) V. 422. ***) V. 423.

†) Im Jahre 1810 wurde das Langiſche Zehnuhrmeß-Beneficium theils mit der Pfarrey, theils mit dem Frühmeßbeneficium in Wolfratshauſen vereiniget. Seitdem muß der Pfarrer an Sonn- und Feyertagen durch ſeinen Coadjutor die Zehnuhrmeſſe leſen laſſen und die Langiſch-Raabiſche Freundſchaft übt in jedem dritten Erledigungsfalle des Frühmeß-Beneficiums das Präſentationsrecht aus. D.

tis et in dedicatione, quæ incidit juxta primam determinationem in Dominicam primam post festum ss. Trinitatis, nunc celebratur in Dominica quinta post Pascha. — Cœmeterium et sacristia non adsunt, paramenta tamen necessaria hic asservantur. In turri sunt campanæ duæ benedictæ.

Capella Bmæ Virginis.

6. Hæc capella, ex communi, uti refertur, oppidanorum voto tempore Sueci ad pedem collis infra oppidum *) Wolfratshausen in forma octanguli exstructa et ao. 1645 consecrata, altare habet unum, in honorem Bmæ Virginis consecratum. Divina præter missas per annum votivas hic ordinarie fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam tertiam post Pascha. Cœmeterium non adest nec sacristia, asservantur tamen hic paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Rationes super redditus hujus capellæ fiunt coram Parocho et magistratu civico in Wolfratshausen, desunt tamen extractus rationum, ex quibus colligi possint capellæ proventus.

Capella ss. Nicolai et Georgii in arce Wolfratshausen.

7. Fuit in arce supradicta capella valde **) bene constituta cum tribus altaribus, quorum majus in honorem ss. Nicolai et Georgii, alterum in honorem Bmæ Virginis auxiliatricis et tertium in honorem s. Antonii Paduani dedicatum (erat), et etiam festa patrocinii ss. Nicolai et Georgii per Parochum peragebantur. Sacristia quoque hujus capellæ decenter fuit instructa. Cum autem die 7. Aprilis 1734 exorta horrenda tempestate fulmen turrim, in qua asservabatur nitratus pulvis, repente tetigisset, arx ipsa de monte dejecta et una cum sua hac capella totaliter ignis et ardentis pulveris furore destructa fuit.

Ad altare majus hujus capellæ Serenissimi Duces Bavariæ antiquitus fundaverunt Beneficium, cui successive Dominus de Eglhoff, Præfectus in Wolfratshausen, data capitali summa 3000 florenorum, augmentum præstitit. Præter domum beneficialem, quæ est in vicino pago Dorffen, Beneficiatus etiam parvam aliquam habet agriculturam et suos ***) redditus extendere potest ultra 200 florenos. Tenetur autem ad quatuor missas hebdomadales. Post ruinam hujus capellæ hoc Beneficium authoritate ordinaria vi decreti de dato 3. Sept. 1736 ad altare majus ecclesiæ filialis in Dorffen prope arcem Wolfratshausen translatum fuit, usque dum ipsa capella successu temporis restaurari valeat. Jus patronatus competit Serenissimo Bavariæ Electori. Modernus Beneficiatus est R. D. Se-

---

*) V. 424. **) V. 425. ***) V. 426.

bastianus Schmidt, ao. 1698 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.*).

Capella s. Joannis Bapt. extra mœnia arcis Wolfratshausen.

8. Hæc quoque capella arci proxima eodem tempestatis furore nunc destructa jacet. Extitit in ea altare, in honorem s. Joannis Baptistæ **) decollati consecratum, cujus decollationis festum hic annuatim celebratum fuit. — Hujus et supradictæ capellæ arcis proventus curantur a Præfecto electorali in Wolfratshausen.

Ecclesia filialis s. Nantwini extra oppidum.

9. Ecclesia hæc valde pulchra, in campo trans Loisam sita, ubi s. Conradus Nantwinus martyrium passus est***), habet tria altaria: Altare majus, dedicatum s. Nantwino martyri, altare ss. Trinitatis et altare s. Annæ.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Laurentii, et feria secunda sequenti celebratur festum patrocinii s. Nantwini. Item divina in festis s. Annæ et Laurentii hic fieri solent †). Cæteroquin in hac ecclesia ejusdem sancti Nantwini cranium, poculo argenteo et deaurato ex munificentia Aniani Abbatis Schöfftlariensis inclusum, unacum lagenula lignea, qua Sanctus peregrinans ad deportandum potum utebatur, asservatur. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia competentia habet paramenta. In turri extant campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et magistratus civici in Wolfratshausen, de quibus tamen extractus ratiociniorum non adsunt. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich doch yber 3000 fl. erſtröckhen.

Ecclesia filialis s. Benedicti in Gelting.

10. Ecclesia valde decora tria continet altaria ††): Altare majus, dedicatum in honorem s. Benedicti, altare Bmæ Virginis et altare s. Sylvestri.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominicis et diebus festivis alternative cum ecclesia filiali in Dorffen, exceptis tamen festis Bmæ

*) Das i. J. 1736 in die Filialkirche zu Dorfen außerhalb des Marktes Wolfratshauſen verlegte Schloß-Beneficium iſt ſeit dem Jahre 1786 mit der Pfarrey verbunden. D.

**) V. 427.

***) Ueber den hl. Nantovinus († 7. Aug. 1286) ſehe man Crammer Frisinga sacra (p. 244 — 247), (v. Obernberg's) Legende der Heiligen in Bayern (S. 282 — 284), Raderi Bavaria Sancta (II. 324 — 326), deſſen hl. Bayern im Auszug (Straubing 1840. S. 229). D.

†) V. 428. ††) V. 429.

Virginis et Dominicis primis uniuscujusque mensis, ubi sacra fiunt in ecclesia parochiali et nihil in ecclesiis filialibus. Item in hac ecclesia peragitur festum s. Benedicti tanquam patrocinium, nec non festum s. Magdalenæ et s. Sylvestri. Dedicatio celebratur Dominica ante nativitatem $B^{mæ}$ Virginis. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia continet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ *). — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho et Præfecto electorali in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle der Zeit bey 3000 fl. betragen. Notandum, in ratiociniis hujus ecclesiæ fieri etiam mentionem einer Chriſtglaubigen Seelen Bruderſchaft, deren Vermögen ſoll ſich gegen 300 fl. belauffen. Cæteroquin in antiqua matricula fit etiam mentio de ecclesia filiali s. Joannis Baptistæ in Gelting, de qua tamen his temporibus nihil constat.

Ecclesia filialis s. Joannis Baptistæ in Dorffen.

11. Hæc ecclesia, vetustate collapsa et ante sex annos reædificata, valde amœna et lucida est. Altaria adsunt tria: Altare majus, dedicatum honoribus s. Joannis Baptistæ**), altare $B^{mæ}$ Virginis et altare ss. Viti et Joannis Nepomuceni.

Divina hic fiunt alternative in diebus tam dominicis quam festivis cum ecclesia filiali in Gelting, eo tamen modo, quo dictum est supra ad ecclesiam filialem in Gelting. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Matthæi, patrocinium vero in festo s. Joannis Baptistæ. — Cæteroquin dictum fuit supra ad capellam arcis in Wolfratshausen, qualiter post destructionem arcis et capellæ ejusdem Beneficium ss. Nicolai et Georgii ad interim ad altare majus hujus ecclesiæ fuerit translatum, donec capella arcis prædictæ reædificetur. Unde etiam festa ss. Nicolai Episcopi et Georgii martyris, quæ erant festa patrocinii capellæ arcis, nunc in hac ecclesia peraguntur. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ***). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Diſer Zeit nach geführtem neuen Bau wirdet diſes Gottshauſes Vermögen yber 600 fl. nit betreffen.

---

*) V. 430. **) V. 431. ***) V. 432.

§. 326.

Vicariatus parochialis ss. Petri & Pauli in Thäning*).

1. Ecclesia ss. Petri & Pauli in veteri matricula annumeratur ecclesiis filialibus Parochiæ in Wolfratshausen. Vicariatus in Thæning est de præsentatione Parochi in Wolfratshausen & Vicarius præsentatus solet perpetuari. — Modernus Vicarius est R. D. Joannes Hillmair, ao. 1722 perpetuatus. Non dat primos fructus. Est in hoc rurali capitulo testis synodalis.

2. Proventus suos recipit Vicarius ex manso, decimis & stola. In pago Thäning recipit integras decimas, excepta una hueba in Enpekh, ubi Beneficiatus in Thäning decimas colligit. In Ergertshausen decimas percipit, et quidem duas earum tertias Parochus in Wolfratshausen, et unam tertiam monasterium Schöfftlariense**). In Holzhausen unam tertiam colligit supradictus Parochus in Wolfratshausen et alteras duas tertias hæredes Virgilii Mair, Papyrificis in Augia prope Monachium. In Aufhoffen duas decimarum partes colligit monasterium Schöfftlariense & unam Vicarius in Thäning, qui tamen exinde ecclesiæ in Aufhoffen annuatim tenetur solvere unum florenum. Integri proventus hujus Vicariatus putantur ad 500 florenos communibus annis non posse ascendere. Econtra tenetur Vicarius suo patrono (Parocho in Wolfratshausen) præstare annuam pensionem 52 florenorum, Widumb-Steur 6 fl. 3 kr. 3 hl., Jäger-Gelt 1 fl. 42 kr., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis Frisingensis 12 kr., ad seminarium episcopale 3 fl. — Domus vicarialis cum pertinentiis ligneæ & vilioris est structuræ.

Communicantes hujus Vicariatus novissime 395 inventi sunt***).

3. Ecclesiæ Vicariatus in Thæning adscribuntur aliæ tres ecclesiæ filiales, nempe in Ergertshausen, Aufhoffen & Holzhausen †).

4. Ecclesia in Thæning, nunc valde decore reparata & ornata, nova tamen consecratione indigens, altaria habet quatuor: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Petri & Pauli, in quo asservatur

---

*) V. 433. — Vgl. §. 396 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 363 u. 364). D.

) V. 434. *) V. 435.

†) Bey der Organiſation der Pfarrey Deining wurde von derſelben die Filiale Feldkirchen (auch das Pfarrl genannt) ſammt Harmating und Reichertshauſen losgeriſſen und mit der Pfarrey Thanning vereiniget. Dagegen ging Ergertshauſen aus der Pfarrey Thanning an die Pfarrey Deining über. D.

Sanctissimum & colitur authentica particula s. Crucis, altare B^mæ^ Virginis et altare s. Laurentii, privilegiatum singulis feriis sextis ratione *confraternitatis* fidelium defunctorum, quæ hic ao. 1723 authoritate ordinaria fuit introducta & archiconfraternitati ad s. Laurentium in aula veteri Monachii unita, et a proprio magistratu hactenus administrata*). — Altare s. Sebastiani.

5. Anno 1494 R. D. Joannes Mair, Vicarius in Thæning, nec non vitrici ecclesiæ & communitas ibidem ad altare s. Sebastiani fundaverunt Beneficium missæ quotidianæ, excepto uno per hebdomadem die. Pro fundo dederunt varios census ex variis fundis, specialiter autem ain Gärtl ſambt dem Mühlſchlag zu Thäning, den großen und klainen Zechent zu Enpekh aus des Tichtels Hueb, ain Güetl zu Furth und zu Ebershauſen ſambt dem Groß- und klainen Zechent, ain Güetl zu Frieding, ain Haus und Hofſtatt zu Enpekh, das Schmidt-Haus und Gärtl zu Thäning, ain Söldenhaus allda. Domus beneficialis est de lignea structura. Jus patronatus habet Serenissimus Bavariæ Elector. Cum successive aliqui redditus hujus Beneficii fuerint deperditi, ita ut hoc tempore circiter 150 florenos solum conficiant, vi decreti sub dato 14 Mart. 1697 concessi sunt Beneficiato per unamquamque hebdomadem tres dies vacantes**). Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Adamus Altmann, ao. 1722 investitus. Dat pro primis fructibus 6 florenos et ad episcopale seminarium 30 kr. Est in subsidium Vicarii parochialis curatus***).

6. Divina hic ordinarie fiunt in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis filialibus in Ergertshausen & Holzhausen. Item in omnibus diebus festivis, nisi alibi incidat festum patrocinii aut forte etiam dedicationis. Festa tamen B^mæ^ Virginis plerumque peraguntur in ecclesia filiali Ergertshausen. Item juxta acta visitalia de ao. 1707 tenetur Vicarius parochialis dicere missam hebdomadalem, pro qua recipit 13 florenos. Dedicatio hujus ecclesiæ incidebat antehac in Dominicam post festum s. Michaelis†). Patrocinium celebratur in festo ss. Apostolorum Petri & Pauli. — Baptisterium hic adest cum sacris††) oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis competentibus. In turri

---

*) V. 436. **) V. 437.

***) Im Jahre 1778 iſt dieſes Beneficium für immer mit der Pfarrey (damals noch Pfarrvicariat) vereiniget und dabey beſtimmt worden, daß das Präſentationsrecht auf die Pfarrey von dem Landesherrn und dem Pfarrer in Wolfratshauſen abwechslungsweiſe ausgeübt werden ſolle. Im Jahre 1837 gieng das landesherrliche Beſetzungsrecht durch den im §. 7. n. 4. (Bd. I. S. 33 in der Note) erwähnten Tauſch auf den Diöceſanbiſchof über. D.

†) Die jetzige Pfarrkirche iſt am 1. Oct. 1836 conſecrirt worden. D.

††) V. 438.

sunt campanæ duæ benedictæ. Traditio est, hic loci sepultam esse Justitiam, s. Bathonis olim Canonici ecclesiæ collegiatæ s. Andreæ in monte Frisingensi consanguineam, cujus anniversarium elargiendo satis copiosam stipem etiamnum celebrant, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit wegen des Neubau ganz erſchöpfet ſeyn, hat ſich aber vorhin gegen 1500 fl. erſtrekhet.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Ergertshausen.

7. Ecclesia hæc valde honestæ & reparatæ structuræ habet altaria tria*): Altare majus est dedicatum honoribus Bmæ Virginis, cujus statua hic colitur plurimis beneficiis celebris, quæ etiam processionibus visitatur. In eodem altari asservatur Sanctissimum. — Altare s. Catharinæ virginis martyris & altare s. Udalrici.

Anno 1467 Joannes Huetter Parochus in Wolfratshausen et vitrici ecclesiæ in Ergertshausen fundaverunt B e n e f i c i u m missæ quotidianæ, excepto uno per hebdomadem die, et assignarunt pro fundo ain Haus und Hoffſtatt zu Ergertshauſen, ainen Hof zu Gelting und zway Thail Zechent, ainen Gartten und 12 Tagwerckh Wismath zu Wolfratshauſen, ain Hoffſtatt zu Argeth, ain Hueb zu Sarenhauſen. Hujus autem Beneficii redditus multum sunt deperditi, ita ut hodie ad 100 florenos vix credantur posse ascendere**). Adest domus beneficialis exiguæ structuræ. Unde hodiernus Beneficiatus in diebus dominicis et festivis applicat quidem pro fundatoribus missam, in aliis autem diebus facit intentionem, quatenus teneatur etc. Jus præsentandi exercet Parochus in Wolfratshausen cum vitricis ecclesiæ in Ergertshausen. Modernus Beneficiatus est R. D. Thomas Pamer, ao. 1702 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos et ad episcopale seminarium 30 kr.

Divina hic fiunt ordinarie in tertia Dominica alternative cum ecclesiis in Thäning & Holzhausen, item ferme in omnibus festis Bmæ Virginis. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Matthæi, patrocinium autem in festo assumptionis B. M. Virginis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt campanæ tres benedictæ***). Curam proventuum hujus ecclesiæ gerit Vicarius in Thäning & Præ-

---

*) V. 439.

**) V. 440. — Seit dem Jahre 1814 iſt der Beneficiat zu Ergertshauſen zugleich Curat-Expoſitus in der Pfarrey Deining und hat als ſolcher ſeelſorgliche Verpflichtungen, wofür auch ſein Einkommen durch einen Bezug von jährlich 244 fl. aus dem Staatsärar verbeſſert worden iſt. Das Beſetzungsrecht wird jetzt in jedem zweyten Erledigungsfalle von der kgl. Regierung ausgeübt. D.

***) V. 441.

fectus electoralis in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen ſolle diſer Zeit gegen 5000 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Valentini in Aufhoffen.

8. Ecclesia parva, inter rurales vilioris structuræ, altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Valentini Episcopi martyris, in quo tempore æstivo asservari solet Sanctissimum, et altare s. Nicolai Tolentini.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi Apostoli, patrocinium vero in festo s. Valentini Episcopi martyris (die 14 Febr.). Item acta visitalia de ao. 1707 hic indicant missam hebdomadalem, pro qua Vicarius parochialis recipit unum florenum*) et 40 crucigeros. — Cœmeterium adest cum ossuario ac sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Vicario parochiali & Domino hoffmarchiæ Aufhoffen. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit kundtbahr.

Ecclesia filialis s. Martini in Holzhausen.

9. Ecclesia hæc, inter rurales melioris fabricæ, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Albani & altare s. Antonii de Padua.

Divina hic solent ordinarie fieri in Dominica**) tertia, alternando cum ecclesiis Thäning & Ergertshausen. Dedicatio hic solet celebrari in festo s. Martini; si autem incidit in diem Sabbati aut Veneris, tunc transfertur in Dominicam proximam & econtra loco patrocinii dies festus s. Albani martyris celebratur. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ benedictæ duæ. — Proventuum cura hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem et Præfectum electoralem in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 2000 fl. betreffen.

*) V. 442. **) V. 443.

§. 327.

Vicariatus parochialis s. Leonardi in Ascholding*).

1. Ecclesia in Ascholding juxta veterem matriculam reputatur uti filialis ecclesiæ parochialis in Kœnigsdorff; hinc iste Vicariatus est de præsentatione Parochi in Tölz & Königsdorff. Modernus Vicarius est R. D. Augustinus Zaunstecken, ao. 1720 investitus. Dat pro primis fructibus 8 flor.

2. Proventus hujus Vicariatus recipiuntur ex manso, qui comparatur einer Lechen, nec non ex tertia parte decimarum, uti notant acta visitalia de ao. 1707. In antiqua matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione prædioli habet 2 florenos. Item prædium suum dotale possit locare colono pro 3 flor. Item in anniversariis & missis hebdomadalibus 4 libr. den. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 12 flor., confessionalia ad 10 β. dl., panes primitiales ad 2 flor.* — Integri proventus hujus Vicariatus creduntur ultra 300 florenos parum posse**) conficere. Condecimatores adsunt sex, et quidem in Ascholding condecimat collegiata ecclesia s. Andreæ in monte Frisingensi & Dominus de Ligsalz. In Peretshoffen condecimat collegium societatis Jesu Monachii & monasterium Dietrambszell & in pago Dattenhoffen rursus dictum collegium societatis Jesu & Joannes Perger, rusticus in Ascholding. Vicarius tenetur annuatim solvere Parocho in Tölz seu Königsdorff absentiæ loco 7 florenos, Widumb-Steur 2 fl. 29 kr. 5 hl., Jäger-Gelt 34 kr., ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum & ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 24 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis lignea indigeret reparatione.

Communicantes hujus Vicariatus novissime 353 inventi sunt.

2. Ecclesiæ in Ascholding annumerantur aliæ duæ filiales, nempe in Peretshoffen et auf den Büechlen***).

4. Ecclesia in Ascholding communis inter rurales structuræ est. Altaria adsunt tria: Altare majus, dedicatum s. Leonardo Ab-

---

*) V. 445. — Vgl. §§. 380. 665. und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 347). — Aſcholding iſt im J. 1837 (unbeſchadet der Patronats- und übrigen Rechte des Pfarrers in Tölz) als eine Pfarrey erklärt worden. — Im achten Bande des oberbayer. Archives (S. 278 ff.) iſt Karl v. Vogel's kurze Chronik von Aſcholding abgedruckt. D.

**) V. 446.

***) V. 447. — Jetzt gehört zu Aſcholding auch Siegertshofen, früher eine Filiale der Pfarrey Thankirchen. D.

bati, in quo asservatur Sanctissimum, altare Jesu, Mariæ, Joseph et altare s. Udalrici Episcopi.

Divina hic ordinarie fiunt in Dominicis alternative cum filiali Peretshoffen; item in festis Apostolorum iterum alternatur cum dicta ecclesia filiali. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Leonardi. Item juxta acta visitalia de annis 1707 & 1712 Vicarius tenetur ad missam hebdomadalem, pro qua tamen recipit 24 florenos ab ecclesia. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ *). — Cura proventuum hujus ecclesiæ incumbit Vicario parochiali & electorali Præfecto in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit yber 2000 fl. betragen.

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis in Peretshoffen.

5. Ecclesia parvæ structuræ continet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Trinitatis & altare s. Sebastiani.

Divina hic peraguntur ordinarie in Dominicis alternative cum ecclesia in Ascholding, similiter etiam in festis Apostolorum; festa autem B^mæ^ Virginis hic celebrantur. Dedicatio celebratur in Dominica Rosarii B^mæ^ Virginis **). — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Vicario parochiali & Præfecto electorali in Wolfratshausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 900 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Georgii martyris auf den Büechlen.

6. Hæc ecclesia, in loco solitario ac monte „auf den Büechlen" sita, habet unum altare, in honorem s. Georgii dedicatum. Divina fiunt in festo s. Georgii & in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum Pentecostes. — Cœmeterium ac sacristia non adsunt, paramenta sumuntur ex ecclesia Ascholding. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus speciales non habet hæc ecclesia, sed cedunt ecclesiæ supradictæ ***) in Ascholding, a qua ista conservatur.

---

*) V. 448. **) V. 449. ***) V. 450.

§. 328.

Parochia B^mæ Virginis in Auff-Kirchen am Würmsee *).

1. Anno 1677 inter Serenissimum Electorem Bavariæ Ferdinandum Mariam & Serenissimum Albertum Sigismundum ex Ducibus Bavariæ Episcopum Frisingensem, accedente Reverendissimi capituli cathedralis consensu, conventio facta est, vi cujus altefatus Serenissimus Elector Ordinariatui Frisingensi cessit alternativum jus præsentandi, quod habebat ad Præposituram Madronensem, ita ut nunc Episcopus Frisingensis eandem libere conferre possit in omni mense, econtra vero ex parte Ordinariatus supradicti cessum fuit Serenissimo Electori jus libere conferendi in mensibus alternis Parochiam Auff-Kirchen am Würmsee, ita ut deinceps Serenissimus Elector potuerit ad illam præsentare pariter in omni mense. Successive ao. 1688 hæc Parochia authoritate ordinaria concessa fuit ordini Patrum Eremitarum s. Augustini Provinciæ Bavaricæ certis tamen sub **) conditionibus, in reversalibus sub dato 13 Aprilis 1688 expressis, in quibus omne jus episcopale reservatum & inter alia præcautum fuit, ut hæc Parochia non reddatur regularis. Rector parochialis, uti vocatur, a Patre provinciali præsentatus debet se Ordinario Frisingensi sistere pro approbatione & recipienda cura, sicuti etiam Patres Cooperatores. Modernus Rector parochialis est R. P. Daniel Harscher ex ordine Eremitarum s. Augustini, ao. 1737 admissus. Vi specialis pacti de hac Parochia singulis 20 annis pro primis fructibus solvuntur 40 floreni, et singulis trienniis pro juribus cancellariæ 10 floreni. Adsunt etiam nunc alii duo Patres Cooperatores et duo Coadjutores cum fratre laico ex eodem ordine.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso, ex tertia parte

---

*) V. 451. — Vgl. §§. 380 u. 660 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 347. 348), Lor. v. Weſtenrieder's u. Ad. v. Schaden's Beſchreibungen des Starnbergerſees, von Obernberg's Reiſen (I. 19 ff.), Argumenta Marianæ bonitatis, d. i. Gutthaten, erwieſen auf Fürbitt Mariä in Auffkirchen am Würmſee (München 1666. 8), Jo. Boni Haydt Mariale Augustinianum oder Marianiſcher Auguſtiner-Schatz, d. i. Beſchreibung Marianiſcher Gnadenbilder ꝛc. München 1707. 4. (S. 439—449) ꝛc. Seb. Dachauer's urkundliche Beyträge zu einer Monographie der Pfarrey Aufkirchen liegen handſchriftlich vor. — In dieſer Gegend macht der Starnberger- (Würm-) See die Grenze zwiſchen den Diöceſen München-Freyſing und Augsburg. — Die Pfarrey Aufkirchen iſt nach Aufhebung der Klöſter nicht organiſirt worden. Zur Paſtorirung derſelben ſind der Wallfahrt und der vielen Nebenkirchen wegen ein Pfarrer und zwey Cooperatoren nothwendig. **D.**

**) V. 452.

decimarum per totam Parochiam exceptis paucis agris, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707, etiam ex decimis minoribus et accidentiis stolæ. In veteri matricula de proventibus hujus Parochiæ legitur*): *Item in fixis redditibus ex institutione habet 12 flor. 6 ß. 20 dl. Item prædium dotale possit colono locare pro 6 flor., confessionalia ad 2 ℔. dl., panes primitiales ad 4 flor.* Integri proventus putantur communibus annis ascendere posse ad 1000 florenos. Econtra in eadem matricula specificantur onera Parochiæ annexa hoc modo: *Item dicta ecclesia Reverendissimo Frisingensi incorporata est pro 6 ℔. dl. Item Vogtey Rudolphen 5 Schäffel Waizen, valoris 10 flor. Item Jäger-Gelt Principi 10 ß. dl.* (nunc 1 fl. 25 kr. 6 hl.). *Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam; solvit olim in absenti 36 fl.* In hac Parochia condecimat Serenissimus Elector Bavariæ, Dominus Comes de Hörwarth, Dominus Baro Mändl, monasteria Schöfftlarn & Wessobrun. In actis visitalibus de ao. 1707 scriptum reperitur circa onera Parochi, *solvere annuos 9 florenos ecclesiæ intuitu mansi, Præfecturæ Ismaning 6 fl. 52 kr. 3 hl. ratione feudi, quod in agris possident. Steuram solvit nullam.* — Domus parochialis, nunc ad modum hospitii religiosi erecta non patitur defectum**). Oeconomia habetur in separatis ædibus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 814 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Auffkirchen habet alias decem ecclesias filiales, nempe in Wangen, Haar-Kirchen, Farchen, Merlbach, Ickhing, Walchstatt, Biberchor, Allmanshausen, Berg & Kempfenhausen.

4. Ecclesia parochialis in Auffkirchen, inter rurales valde magnifica & propter peregrinationem Marianam celebris, habet sex altaria. *Altare majus* est dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis. In eo asservatur Sanctissimum et residet statua B^mæ^ Virginis hic miraculis & beneficiis clarescentis. Idem altare privilegiatum est diebus Veneris pro defunctis ex *confraternitate* ss. Rosarii hic instituta, quæ non habet proprium magistratum. Colitur etiam hic particula s. Crucis***). *Altaria ss. Trinitatis — Matris dolorosæ — Cordis Jesu — Cordis Mariæ.* Hæc duo posteriora altaria necdum sunt consecrata.

Altare B^mæ^ Virginis de consolatione in sacello extra portam ecclesiæ. Ad hoc altare instituta est *confraternitas* B^mæ^ Virginis de consolatione seu cincturatorum s. Monicæ, quæ regitur per proprium magistratum. Ipsum altare privilegiatum est diebus Lunæ pro confratribus defunctis.

Divina hic fiunt singulis diebus dominicis est festivis. Dedica-

---

*) V. 453. **) V. 454. ***) V. 455.

tio incidit in Dominicam post festum s. Galli. Item plurimæ per annum hic fiunt missæ votivæ & fidelium peregrinationes*). — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia ornata est paramentis multis, etiam pretiosis. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Rectorem parochialem et Dominum hoffmarchiæ Berg, qui defacto ipse est Serenissimus Bavariæ Elector, et hinc rationes ecclesiæ fiunt a Præfecto electorali in Starnberg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich diſer Zeit in die 15000 fl. erſtreckhen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Merlbach.

5. Ecclesiæ hujus structura est communis notæ. Adest altare unicum, s. Stephano sacrum, in quo tamen non videntur signa consecrationis**). Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis, item in festis ss. Stephani, Jacobi Apostoli & Sebastiani. Item hic dicitur missa menstrua ad intentionem fundatorum, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707. Cœmeterium non adest. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Rectorem parochialem & Dominum hoffmarchialem in Merlbach, qui defacto est Dominus Baro Mändl. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich gegen 500 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Biberchor.

6. Ecclesia hæc parva renovata non habet signa consecrationis, nec altare, in***) honorem s. Michaelis Archangeli ibidem erectum. Divina hic solent fieri in festis ss. Michaelis, Laurentii et Georgii. Dedicatio & patrocinium hujus ecclesiæ coincidunt ad diem festum s. Michaelis. — Cœmeterium non adest. Sacristia continet paramenta pauca. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Rectore parochiali et Domino hoffmarchiali in Allmanshausen, qui est Dominus Comes de Hörwarth. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit kundtbahr †).

Ecclesia filialis s. Bartholomæi in Walchstatt.

7. Ecclesia hæc, nunc parumper renovata, altaria habet duo, utrumque s. Bartholomæo dedicatum. Divina hic ordinarie fieri solent in Dominica quarta, alternando cum tribus filialibus Ickhing, Wangen & Haar-Kirchen; item in festis Apostolorum, excepto ss. Petri & Pauli & Jacobi majoris. In festo Nativitatis Domini cantatur hic missa secunda. Dedicatio celebratur in Dominica

---

*) V. 456. **) V. 457. ***) V. 458. †) V. 459.

ante festum s. Martini, patrocinium vero in festo s. Bartholomæi. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Rectore parochiali & Præfecto electorali*) in Wolfratshausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 300 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Joannis Baptistæ & s. Magdalenæ in Berg.

8. Ecclesia modica, satis tamen decora, altare habet unum, in honorem s. Joannis Baptistæ & s. Magdalenæ dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis, item in festis ss. Joannis Baptistæ & Magdalenæ. Item hic dicitur missa menstrua sine obligatione, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707. — Cœmeterium non adest nec sacristia. Paramenta necessaria custodiuntur in armario. In turri sunt duæ benedictæ campanæ**). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Rectoris parochialis & Præfecti in Starnberg ratione hoffmarchiæ Berg, ad Serenissimum Bavariæ Electorem pertinentis. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis ss. Martini & Nicolai in Farchen.

9. Ecclesia hæc honestæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Nicolai & Martini Episcoporum, altare Christi dolorosi & altare Matris dolorosæ.

Divina hic peragi solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post***) festum s. Dionysii, et in festis ss. Martini, Nicolai Episcopi, Joannis & Pauli ac Innocentium martyrum. Item, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707, hic dicenda est missa hebdomadalis. — Cœmeterium hic nullum est. Sacristia continet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Rectoris parochialis & Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Crucis in Jckhing.

10. Ecclesia hæc parva & communis structuræ altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Crucis†), et altare s. Viti martyris. Divina hic ordinarie fiunt in quarta Dominica, alternando cum ecclesiis filialibus Walchstatt, Wangen & Haar-Kirchen. In nocte Nativitatis Domini hic celebratur prima missa. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Martini, patrocinium vero in festo inventionis s. Crucis. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In

---

*) V. 460. **) V. 461. **) V. 462. †) V. 463.

turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Rectoris parochialis & electoralis Præfecti in Wolfratshausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 150 fl. betragen*).

*Ecclesia filialis s. Valentini Episcopi & s. Ottiliæ virg. in Allmanshausen**).*

11. Ecclesia ante triginta annos reædificata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Valentini Episcopi & Ottiliæ virginis, altare Bmæ Virginis sine labe conceptæ & altare s. Josephi. Divina hic fieri solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante nativitatem B. M. V. et in festis ss. Valentini Episcopi, Ottiliæ & Agathæ. Item juxta acta visitalia de ao. 1707 hic dicitur missa menstrua ad intentionem fundatorum***). — Cœmeterium non adest. Sacristia tenet paramenta decora. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum est penes Rectorem parochialem & Dominum loci hujus hoffmarchialem, qui defacto est Dominus Comes de Hörwarth. Das Vermögen iſt aus Mangel der Rechnungs-Extracten nit kundig.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Haarkirchen.

12. Ecclesia hæc paupercula & ruinosa est, ita ut nuper divina hic alias peragi consueta translata fuerint in ecclesiam in Kempfenhausen. Divina hic deberent fieri in Dominica quarta, alternando nempe cum ecclesiis filialibus Wangen†), Walchstatt et Ickhing. Dedicatio fuit celebrata in Dominica post festum assumptionis B. M. V., patrocinium vero in festis ss. Petri & Pauli. — Cœmeterium et sacristia propria non adest. Paramenta adsunt pauca. In turri habentur campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ exigui sunt sub cura Rectoris parochialis et Domini hoffmarchiæ Kempfenhausen, qui est Dominus Baro de Zint.

Ecclesia filialis s. Annæ in Kempfenhausen.

13. Ecclesia ad ingressum arcis Kempfenhausen sita, pulchre ampliata, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Annæ††), altare s. Sylvestri et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum nativitatis Bmæ Virginis, et in festo patrocinii s. Annæ. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta competentia et turris campanas duas benedictas. — Proventus sunt sub cura Rec-

---

*) V. 464.

**) Ueber die Mineralquelle zu Allmannshauſen ſehe man J. B. Graf's pragmatiſche Geſchichte der bayer. u. oberpfälz. Mineralwäſſer. (I. 315—317). D.

***) V. 465. †) V. 466. ††) V. 467.

toris parochialis et Domini arcis Kempfenhauſen. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt vor dem neuen Bau gegen 1000 fl. beſtandten.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Wangen.

14. Ecclesia hæc est noviter reædificata, sed necdum absoluta, nec consecrata*). Hic solet alias asservari Sanctissimum. Adest pro nunc unum altare, in honorem s. Udalrici erectum. Divina peragi solent in quarta Dominica, alternando nempe cum ecclesiis filialibus Ickhing, Walchstatt & Haar-Kirchen. Patrocinium celebratur in festo s. Udalrici. Dedicatio celebratur in ea Dominica, quæ sequitur dedicationem parochialis ecclesiæ. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Curam proventuum hujus ecclesiæ habet Rector parochialis & Præfectus electoralis in Starnberg**). Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit wegen des Neubau erſchöpfet ſeyn; ſolle vorhin gegen 1200 fl. betragen haben.

---

§. 329.

Parochia s. Petri in Beurberg***).

1. Hæc Parochia annexa est monasterio Canonicorum regularium in Beurberg, ex cujus gremio providetur per Vicarium ex eodem monasterio, qui pro exigentia constituitur a Reverendissimo Præposito dicti monasterii.

2. De ecclesia conventuali Beurbergensi vide descriptionem in volumine primo fol. 409 (§. 36).

Communicantes hujus Parochiæ numerantur ferme sexcenti.

3. Ecclesiæ parochiali in Beurberg annumeratur ecclesia filialis in Herrenhausen & capella s. Crucis in atrio monasterii.

4. Ecclesia, quæ proprie dicitur parochialis in Beurberg, pulchra est et renovata. In ea sunt tria altaria†): Altare majus, dedicatum s. Petro Apostolo. In eodem altari non asservatur Sanc-

---

*) V. 468. **) V. 469.

***) V. 471. — Vgl. §. 381 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 349 u. 350). Beuerberg iſt jetzt eine organiſirte Pfarrey mit einem Pfarrer und einem Cooperator. Für das neuerrichtete Saleſianerinenkloſter daſelbſt iſt eine eigene Hauscapelle hergeſtellt worden. D.

†) V. 472.

tissimum, sed in ecclesia conventuali. — Altare s. Catharinæ virginis martyris & altare ss. Simonis & Judæ Apostolorum.

Divina in hac ecclesia fiunt ordinarie in Dominicis alternatim cum ecclesia conventuali. In festis solennioribus parochiani pariter conveniunt in ecclesia conventuali. Festa Apostolorum celebrantur in parochiali hac ecclesia, excepto festo ss. Apostolorum Petri et Pauli, quod est festum patrocinii conventualis ecclesiæ. Dedicatio hujus parochialis ecclesiæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis. Exequiæ pro defunctis parochianis in hac ecclesia peraguntur, et juxta acta visitalia de ao. 1707 singulis angariis hic solent*) dici pro defunctis tria sacra. — Baptisterium cum sacris oleis habetur in ecclesia conventuali Beurbergensi. Cœmeterium autem penes hanc ecclesiam adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia continet paramenta decentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cæteroquin hæc ecclesia conservatur a monasterio Beurbergensi.

Ecclesia filialis s. Viti in Herrenhausen.

5. Ecclesia hæc parva, sed belle renovata, habet altare unum, in honorem s. Viti martyris dedicatum. Divina fiunt in dedicatione, nempe Dominica post festum s. Dionysii, in festo patrocinii s. Viti et in festo ss. Innocentium martyrum. Feria tertia Pentecostes hæc ecclesia visitatur processione et juxta acta visitalia**) de ao. 1707 hic quoque dicitur missa menstrua. — Cœmeterium et sacristia non adsunt. Paramenta asservantur pauca et necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Dominus Præpositus Beurbergensis & conservat sarta tecta hujus ecclesiæ.

Capella s. Crucis in area monasterii in Beurbergensis.

6. Capella hæc valde pulchra altare habet unum, s. Cruci dedicatum. Dedicatio hic celebratur in Dominica post festum inventionis s. Crucis, et alias divina hic solent fieri in dicto festo inventionis et exaltationis s. Crucis, et plerumque in feriis sextis hic solent celebrari missæ. Cœmeterium & sacristia non adsunt. Paramenta sumuntur ex ecclesia***) conventuali. In turri sunt campanæ benedictæ duæ.

Notandum, quod præterea sub cura Canonicorum Beurbergensium sit ecclesia B^mæ Virginis ad s. Henricum prope lacum Würmsee, ubi divina peragunt, sed hæc ipsa ecclesia sita non est in Frisingensi, sed in Augustana Diœcesi.

---

*) V. 473. **) V. 474. ***) V. 475.

§. 330.

Vicariatus parochialis s. Margaritæ in Perg*).

1. Ecclesia in Perg, quæ pariter providetur per Vicarium ex monasterio Canonicorum in Beurberg, hic quidem non residentem, sed divina statis temporibus peragentem, communicantes circiter ducentos numerat. Non adest alia filialis ecclesia, nisi capella in arce Euraspurg.

2. Ecclesia in Perg, valde pulchra et amœna, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B. M. Virginis annunciatæ & altare Jesu, Mariæ, Joseph.

Divina hic communiter fiunt in Dominicis alternando cum ecclesia in Tegerndorff**), item in festo annunciationis B^mæ^ Virginis, s. Josephi, Mathiæ, Jacobi, Bartholomæi et in die commemorationis fidelium defunctorum. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo s. Margaritæ virginis martyris. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Vicario parochiali et Domino hoffmarchiali in Euraspurg, qui defacto est Dominus Comes de Hörwarth. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 1100 fl. ertragen.

Capella s. Catharinæ in arce in Euraspurg.

3. In arce Euraspurg insignis est***) capella cum uno altari, in honorem s. Catharinæ virginis martyris dedicato. Divina hic fiunt juxta acta visitalia de ao. 1707 in omnibus diebus dominicis & festivis per Canonicos Beurbergenses, qui per annum 150 sacra hic legunt et inter hæc diebus præfatis, quibus datur salarium ex redditibus arcis †).

---

*) V. 477. — Bey der Organiſation der vormaligen Kloſterpfarreyen im Landgerichte Wolfratshauſen iſt Berg als eine Filiale der in der Pfarrey Minſing errichteten Expoſitur Tegerndorf beygelegt worden. D.

) V. 478. *) V. 479.

†) Am 19. Oct. 1769 hat Maria Freyfrau von Schrenk, Hofmarksinhaberin von Eurasburg, in die dortige Schloßcapelle ein Beneficium geſtiftet, welches am 23. Sept. 1771 von dem Fürſtbiſchofe Ludwig Joſeph beſtätiget wurde. Laut Stiftungs-Urkunde vom 10. März 1829 und erzbiſchöfl. Confirmations-Urkunde vom 27. März 1829 haben Frau Thereſia v. Barth, geborne Freyin

Dedicatio et patrocinium capellæ celebratur in festo s. Catharinæ virginis martyris.

---

§. 331.

Vicariatus s. Michaelis in Tegerndorff*).

1. Ecclesia in Tegerndorff, uti notant acta visitalia de ao. 1707, incorporata est monasterio Beurbergensi, et providetur per Vicarium ex eodem monasterio, non quidem expositum, sed divina et curam hic peragentem. Communicantes circiter ducenti adsunt. Aliæ autem filiales ecclesiæ non adsunt.

2. Ecclesia in Tegerndorff, pulchre renovata, habet tria altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis et altare 14 Auxiliatorum.

Divina ordinarie fiunt alternando cum ecclesia in Perg in diebus dominicis**). Item hic divina peraguntur in festis B^mæ^ Virginis, excepto festo annunciationis. Item in festis Apostolorum, exceptis ss. Jacobi, Mathiæ & Bartholomæi. Dedicatio incidit in Dominicam post festum ss. Simonis & Judæ, patrocinium vero celebratur in festo s. Michaelis Archangeli. — Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia continet paramenta decentia. In turri sunt campanæ benedictæ duæ. — Curam proventuum hujus ecclesiæ gerit Dominus Præpositus Beurbergensis tanquam Dominus hoffmarchialis***). Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet yber 300 fl. nit hinaufſteigen, maſſen die Nothwendigkeiten alle von dem Cloſter Beur=berg pflegen beygeſchafft zu werden.

---

v. Gumppenberg, und Joh. Nep. v. Barth, Appellationsgerichtsrath in Lands=hut, die Dotation dieſer Stiftung mit einem Capitale von 10000 fl. vermehrt und den Beneficiaten nicht nur zur ſeelſorglichen Aushülfe, ſondern auch zum Schulhalten verpflichtet. D.

*) V. 481. — Tegerndorf iſt jetzt eine der Pfarrey Minſing untergeordnete, or=ganiſirte Expoſitur, zu welcher das ehemalige Vicariat Berg (§. 330) nebſt Eurasburg als Filiale gehört. D.

) V. 482. *) V. 483.

---

§. 332.

Parochia s. Nicolai in Deining *).

1. Anno 1520 Serenissimi Duces Wilhelmus & Ludovicus Philippo ex Serenissimis Comitibus Palatinis Episcopo Frisingensi cesserunt libere jus patronatus, quod habebant ad missam s. Georgii in Weng dynastiæ Massenhausen; econtra altefatus Serenissimus Philippus Episcopus Serenissimis Ducibus cessit jus libere conferendi Parochiam Deining in sex mensibus episcopalibus, ita ut tunc in omni mense ad hanc Parochiam potuerint præsentare. Successive autem eadem hæc Parochia, uti colligitur expresse ex veteri matricula, neque contradicunt acta visitalia de ao. 1706 & 1711, fuit pleno jure unita & annexa monasterio Schœfftlariensi ordinis Præmonstratensis.

Hæc proinde Parochia providetur per Vicarium, ex eodem monasterio **) expositum et ab Ordinario ad curam approbatum, qui pariter secum habet Cooperatorem, in eodem monasterio Professum. Quotiescunque eligitur novus Abbas Schœfftlariensis, tunc ratione hujus Parochiæ solvuntur pro primis fructibus 45 floreni cum juribus cancellariæ. Modernus Vicarius est R. P. Georgius Pettinger, ordinis Præmonstratensis, in supradicto monasterio Schœfftlariensi Professus et hic expositus.

2. Proventus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de redditibus parochialibus legitur: *Item ex institutione prædiorum, anniversariis & missis hebdomadalibus 24 flor. Item omnes majores decimas frumentorum cum minoribus æstimat ad 60 flor., panes primitiales ad 7 flor. Prædium dotale possit colono locare pro 7 flor.* Condecimatores adsunt plures, et quidem in Dingharting condecimat Beneficiatus ibidem, in Neufahrn Dominus Comes ***) de Hörwarth, in Egling Reverendissimum capitulum cathedrale Frisingense & Dominus de Ligsalz, in Feldt-Kirchen & locis vicinis collegium societatis Jesu Monacense et ecclesia filialis ibidem. Integri proventus creduntur conficere

---

*) V. 485. — Vgl. §§. 382 u. 662 und die tabellar. Diöceſanbeſchreibung (S. 350. 351). Deining iſt jetzt eine organiſirte Pfarrey mit einem Pfarrer, welchen in der Ausübung der Seelſorge die Beneficiaten zu Großdingharting und Ergertshauſen als Curat-Expoſiti unterſtützen. Ein Theil des Bezirkes der Expoſitur Ergertshauſen gehörte früher zur Pfarrey Thanning; der Expoſiturbezirk von Dingharting wurde durch einen Ausbruch aus der Pfarrey Scheftlarn erweitert. D.

) V. 486. *) V. 487.

1000 florenos. Econtra inter onera hujus Parochiæ in veteri matricula numerantur: *Item solvit in absenti Præposito dicti monasterii* (Schöfftlariensis) *52 flor. Item Capellano a manu 8 flor. Item habet etiam Cooperatorem, cui dat tabulam cum dicto Capellano.* Pro cathedratico hodie solvit Vicarius parochialis 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 15 kr. et ad seminarium episcopale 4 florenos. — Domus parochialis cum pertinentiis non patitur defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 926 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Deining habet septem ecclesias filialibus, nempe in Grossdingharting, s. Martini in Egling, s. Sebaldi in Egling, Neufahrn, Feldt-Kirchen*), Pupling, Reichertshausen et duas capellas in et prope Harmating; item capellas in Hornstain ac prope Neufahrn & Schalkhoffen.

4. Ecclesiæ parochialis structura inter rurales est melioris notæ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum et authentica particula s. Crucis, altare B^{mæ} Virginis & altare s. Sebastiani martyris.

Res divina in hac ecclesia ordinarie peragitur in omnibus diebus dominicis et festivis per totum annum, nisi in ecclesiis filialibus celebretur dedicatio. Hujus autem ecclesiæ dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium autem in festo s. Nicolai Episcopi**). Acta visitalia de ao. 1706 & 1711 notant obligationem, diebus Veneris hic celebrandi missam hebdomadalem, sed in ultima visitatione de ao. 1738 dicebatur, hanc obligationem pridem esse extinctam ob tenuitatem reddituum, qui nunc attribuuntur ecclesiæ. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis. Cœmeterium etiam adest cum ossuario & sepulturis, et quidem in hac ecclesia conspicitur sepultura illustrium Dominorum de Seyboltstorff. Sacristia provisa est paramentis decentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum est penes Abbatem Schœfftlariensem. Das völlige Vermögen wirdet bey diſem Pfarr-Gottshaus diſer Zeit gegen 1200 betreffen***).

Ecclesia filialis s. Laurentii in Grossen-Dingharting.

5. Ecclesia hæc vetustæ, sed etiamnum bonæ est structuræ. Adsunt altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Laurentii martyris, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula de s. Cruce; altare B^{mæ} Virginis & altare s. Sebastiani martyris.

Anno 1466 Georgius Fusthaimber in Dingharting in hac ecclesia in honorem ss. Sebastiani, Georgii, Hieronymi & Achatii fundavit **Beneficium** missæ quotidianæ, uno die per hebdomadem

---

*) V. 488. **) V. 489. ***) V. 490.

excepto. Dedit pro fundo ſeinen Groß- und klainen Zechent zu Dingharting, auch 160 Gulden Rheiniſch, auf Züns anzulegen. Item haben die Kirchen-Pröbſt hierzu gegeben ein Kirchen-Lechen zu einer Wohnung*) des Caplan. Exigit fundatio, ut Beneficiatus actu resideat et alio Beneficio provisus non sit. Jus præsentandi competit magistratui civico Monacensi. Hodie Beneficiatus tria sacra hebdomadalia pro fundatoribus applicat, quia redditus beneficiales non putantur æquales esse quotidianæ obligationi. Domus beneficialis est satis bene instructa. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Jacobus Winkler, ao. 1733 investitus. Dat pro primis fructibus 4 florenos, ad episcopale seminarium 30 kr.**).

Divina alias hic fiunt ordinarie in tertia Dominica. Dedicatio celebratur in ipso festo s. Laurentii. Item divina hic fiunt in festo s. Catharinæ. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. Turris duas campanas tenet. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Præfectum electoralem in Wolfratshausen***). Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes hat leztlhin 1059 fl. 57 kr. 4 hl. betroffen. Item in ratiociniis hujus ecclesiæ fit etiam mentio von einer Aller-Seelen-Bruderſchaft zu Dingharting, deren Vermögen diſer Zeit in beſonderen Mittlen pr. 538 fl. 26 kr. 1¾ hl. beſtehen.

Ecclesia filialis s. Martini in Egling†).

6. Ecclesia hæc pulchre reædificata altaria tria habet: Altare majus est dedicatum in honorem s. Martini Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum. Notandum, in veteri matricula haberi hæc verba: *In ecclesia Egling Beneficium fundatum ad altare s. Martini, est de præsentatione Plebani, valoris 24 ß. dl.*††). Altare B^mæ^ Virginis & altare ss. Andreæ & Laurentii.

Divina hic ordinarie fiunt in tertia Dominica alternando cum ecclesiis Neufahrn & Feldt-Kirchen, et usquedum veniat tertia Dominica, solet hic dici missa hebdomadalis. Dedicatio incidit in ipsum festum s. Martini. In diebus festivis Beneficiatus ad s. Sebaldum hic debet celebrare missam, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia. In turri sunt campanæ duæ be-

*) V. 491.

**) Der Beneficiat zu Dingharting iſt ſeit der Organiſation der vormaligen Kloſterpfarrey Deining zugleich Hülfspriеſter (Curatexpoſitus) dieſer Pfarrey. Zu ſeinem Seelſorgsbezirke gehört auch Straßlach, früher eine Filiale von Scheftlarn. D.

***) V. 492.

†) Egling gehört nunmehr zum Expoſitur-Bezirke Ergertshauſen. D.

††) V. 493.

nedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & electoralis Præfecti in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen inclusive mit der Kirchen s. Sebaldi iſt leẑthin in 717 fl. 7 kr. 5¼ hl. beſtanden *).

Ecclesia filialis s. Sebaldi in Egling.

7. Ecclesia hæc, satis commode ædificata et (uti habent acta visitalia de ao. 1707) monasterio Schœfftlariensi incorporata, unum habet altare, in honorem s. Sebaldi consecratum, cujus statua hic beneficiis et peregrinationibus celebris colitur et sæpius ex templo ablata, rursum per se ipsam reversa esse dicitur.

Anno 1512 vitrici ecclesiarum s. Martini & s. Sebaldi in Egling et communitas ibidem fundaverunt Beneficium missæ quotidianæ. Pro fundo dedit præprimis Abbas Tegernseensis pro habitatione Beneficati eine Hueb zu Egling. Item ex bonis utriusque ecclesiæ in Egling vitrici promiserunt dare Beneficiato angariatim 6 ℔. Münchner-Pfenning. Domus beneficialis cum horreo hodie est honestæ structuræ. Beneficiatus tenetur ex fundatione, una die in ecclesia s. Martini et altera in **) s. Sebaldi celebrare missam, et sic alternative per totam hebdomadem, excepta una die vacante, aut cum causa duabus diebus exceptis. Propter tenuitatem redditaum concessum & mandatum fuit Beneficiato sub dato 23 Mart. 1735, ut quidem quotidie in loco fundationis celebrare, solummodo autem diebus dominicis ac festivis et in una die infra hebdomadem ad intentionem missam applicare teneatur; hac tamen reductione eo usque tantum duratura, donec Beneficiato pristina additio 80 florenorum ex bonis ecclesiarum rursum tribui potuerit. Jus patronatus ad hoc Beneficium competit vitricis ecclesiarum s. Martini & s. Sebaldi in Egling. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Schmid, ao. 1724 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos et ad seminarium episcopale 30 kr.

Divina hic ordinarie peraguntur præter missas beneficiales et multas votivas per annum in feria quarta Paschatis ***) et Pentecostes, item in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Georgii, et in festo patrocinii s. Sebaldi confessoris (die 9 Aug.). — Cœmeterium non adest. Sacristia non habet paramenta propria; hæc enim ecclesia, sicut in proventibus & ratiociniis, ita etiam in paramentis communicat cum ecclesia filiali s. Martini in Egling, cui proxime adjacet.

Ecclesia filialis ss. Joannis Bapt. & Evang. in Neufahrn †).

8. Hæc ecclesia, communis structuræ, tria altaria habet: Altare

---

*) V. 494. **) V. 495. ***) V. 496.

†) Auch Neufahrn gehört jeẑt zum Erpoſitur-Bezirke Ergertshauſen. D.

majus, dedicatum in honorem ss. Joann. Bapt. et Evang., in quo asservatur Sanctissimum*), altare s. Annæ & altare s. Viti martyris.

Divina hic peraguntur ordinarie in Dominicis alternative cum ecclesiis Egling & Feldt-Kirchen, et alternative etiam in festis Apostolorum cum ecclesia in Feldt-Kirchen. Item in festis Circumcisionis, Epiphaniæ, purificationis, feria quinta ante Dominicam Lætare, in Dominica palmarum, in Cœna Domini, in die Parasceves, Sabbato sancto et in Dominica Resurrectionis in hac ecclesia pariter fiunt divina. Dedicatio incidit in Dominicam post festum ss. Rosarii, patrocinium autem in festo ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ. Item hic juxta acta visitalia de ao. 1707 celebratur missa hebdomadalis. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ**). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 700 fl. betragen.

*Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Feldtkirchen****).*

9. Ecclesia hæc satis pulchra altaria habet tria: *Altare majus*, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, nec non etiam in honorem ss. Aegidii Abbatis & Georgii martyris. In eo asservatur Sanctissimum. — *Altare* rursus *Bmæ Virginis & altare s. Sylvestri.*

Divina hic ordinarie peraguntur alternative cum ecclesiis filialibus Egling & Neufahrn. Item in festis Bmæ †) Virginis et in festis Apostolorum alternative cum ecclesia Neufahrn. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Aegidii, patrocinium etiam pro parte in festo s. Aegidii. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen iſt in letzter Rechnung in 4804 fl. beſtandten.

Ecclesia filialis s. Georgii in Pupling††).

10. Ecclesia noviter reædificata altare habet unum, in honorem s. Georgii martyris dedicatum. Divina hic peragi solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post†††) festum s. Dionysii, et

*) V. 497. **) V. 498.

***) Der Filialbezirk Feldkirchen mit Reichertshauſen und Harmating iſt ſeit dem Jahre 1814 nach Thanning eingepfarrt. D.

†) V. 499.

††) Pupling iſt bey der Organiſation der Pfarrey Deining der Expoſitur Ergertshauſen zugetheilt worden. D.

†††) V. 500.

in festo patrocinii s. Georgii, nec non in feria quarta Paschatis et in feria quinta Pentecostes. Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem & Præfectum electoralem in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes iſt leſthin in 540 fl. 54 kr. beſtanden.

Ecclesia filialis s. Colomani in Reichertshausen.

11. Ecclesia nunc satis pulchra cum duobus altaribus. Altare majus est dedicatum in honorem s. Colomani martyris*). — Altare ss. Trinitatis.

Divina hic fieri solent in dedicatione, quæ solet celebrari die 2 Maji, et in festo s. Colomani martyris. Item juxta acta visitalia de ao. 1707 hic per annum 14 sacra fundata per Cooperatorem Deiningensem celebrantur. — Cœmeterium non adest. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus curat Abbas Schœfftlariensis tanquam Dominus etiam hujus loci hoffmarchialis. Diſes Gottshauſes Vermögen wirdet ſich der Zeit gegen 400 fl. belauffen.

Capella s. Leonardi extra pagum Harmating.

12. Hæc capella belle ædificata altare**) habet unum, in honorem s. Leonardi Abbatis dedicatum. Divina fieri solent in hac capella in Dominica ante festum s. Magdalenæ, tanquam in dedicatione, nec non in Sabbato præcedenti, item in festo patrocinii s. Leonardi Abbatis. — Cœmeterium nullum adest, nec sacristia. Paramenta servantur in armario. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus capellæ curat Vicarius & Dominus de Barth tanquam Dominus hoffmarchialis. Das Vermögen diſer Capellen iſt nit wüſslich aus Abgang der Rechnungs-Extracten.

Capella s. Crucis ad arcem Harmating.

13. Capella valde pulchre ornata et tam sculptis quam pictis dominicæ***) passionis figuris devote instructa, altare habet unum, in honorem s. Crucis dedicatum. — Divina hic peragi solent in dedicatione, quæ celebratur in Dominica post festum nativitatis B^mæ^ Virginis et in festo inventionis s. Crucis. Hoc etiam tempore ex speciali ordinatione prænobilis Domini de Barth singulis feriis sextis celebratur missa pro ordinario stipendio a Beneficiato in Thæning. — Sacristia propria non adest. Paramenta ut ipsa capella conservatur a Domino arcis Harmating †).

---

*) V. 501. **) V. 502. ***) V. 503.

†) In die Schloſscapelle zu Harmating, welche jeſt, wie der ganze Filialbezirk

Capella s. Georgii in arce Hornstain.

14. Hæc capella belle instructa altare habet unum, in honorem s. Georgii martyris consecratum*). Divina solent hic peragi in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis, et in festo s. Georgii. Sacristia non adest propria. Paramenta ut ipsa capella conservatur a Domino arcis Hornstain, qui defacto est Dominus Abbas Schœfftlariensis.

Capella s. Sebastiani prope Neufahrn.

15. Capella hæc campestris cum suo tamen altari in honorem s. Sebastiani martyris erecto consecrata est. Res divina solet hic peragi in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Magdalenæ, et in festo patrocinii s. Sebastiani martyris. Sacristia non adest. Paramenta**) sumuntur ex ecclesia in Neufahrn.

16. Adest etiam capella campestris prope Schalkhoffen, apta ad consecrationem, et interim subinde celebratur super ara mobili***).

---

§. 333.

Parochia s. Martini in Dietrambszell†).

1. Hæc Parochia providetur per Vicarium ex monasterio ordinis Canonicorum regularium in Dietrambszell.

2. Communicantes hujus Parochiæ novissime 400 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis, ecclesiæ monasteriali ferme contigua, duas habet capellas filiales, nempe Bmæ Virginis auf dem Creuz-Büchel et alteram Christi patientis.

4. Ecclesia parochialis, noviter eleganter ædificata, altaria ha-

---

Feldkirchen zur Pfarrey Thanning gehört, haben Franz Carl, Joſ. Benno, Carl Anton und Joſ. Mich. von Barth im Jahre 1782 ein Beneficium geſtiftet. D.

*) V. 504. — **) V. 505.

***) Schalkofen gehört jetzt zur Pfarrey Thanning. D.

†) V. 507. — Vgl. §. 35 im erſten Bande (S. 179—181) und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 352 u. 353). Bey der Organiſation der Pfarrey Dietramszell wurden derſelben von der ehemaligen ſelbſtſtändigen Pfarrey (jetzt Expoſitur) Thankirchen der Sepulturbezirk Thankirchen ſelbſt mit den Filialen Bairawies, Humbach und Rampertshofen, ſo wie die Filialkirchen Linden und Lohen und die Kirche zu St. Leonard nächſt Feggenbeuern zugetheilt, ſo daß außer dem Pfarrer und dem Expoſitus (in Thankirchen) auch noch ein Hauscooperator nothwendig iſt. D.

bet tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Martini Episcopi. In eo nunc solet asservari Sanctissimum, donec fabrica ecclesiæ monasterialis perfecta sit, in cujus altari majori tunc asservabitur*). — *Altare s. Josephi. Altare s. Antonii de Padua.*

Divina ob necdum perfectam ecclesiam monasterialem hic fiunt quotidie, alias autem juxta acta visitalia de ao. 1707 divina solebant peragi per missam privatam, omnibus diebus dominicis est festivis in hac ecclesia celebrandam. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Galli, patrocinium vero ad festum s. Martini Episcopi. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, non autem cœmeterium, quippe quod extat ad capellam in Creuzbüchel. Sacristia propria pariter non adest, sed paramenta sumuntur ex sacristia monasterii. — Proventus particulares hæc ecclesia non habet, sed conservatur cum capellis infrascriptis ex redditibus monasterii**).

Capella filialis Bmæ Virginis auf dem Creuz-Büchel.

5. Hoc sacellum, prope monasterium Dietrambs-Zell in colle situm et in forma capellæ eremitanæ extructum, altare habet unum, in honorem Bmæ Virginis dedicatum; foris tamen extra sacellum alia sunt altaria duo, quorum unum in honorem s. Georgii & Udalrici, alterum in honorem s. Hartmanni est dedicatum. In festis Bmæ Virginis solet dici missa & plures hic litaniæ aliæque devotiones marianæ per annum instituuntur. Circa hoc sacellum cœmeterium est parochiale, in quo sunt sepulturæ & ossuarium, in quo subinde etiam super ara portatili celebrari solent missæ. Sacristia adest cum paramentis necessariis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ***). Cæteroquin ista capella conservatur a supradicto monasterio.

Capella Christi patientis.

6. Hæc capella pulchræ architecturæ altare habet unicum, Christo patienti dedicatum, qui plurimis fidelibus huc peregrinantibus suam exhibet clementiam, prout anathemata appensa attestantur. Unde hic per annum celebrantur plures missæ votivæ et ipsa capella visitatur processionibus. — Retro altare foramen terræ est, viro ad genua usque pertingens. In hoc peregrinantes dolore pedum laborantes devotionis causa solent descendere. Dedicatio hujus capellæ incidit in Dominicam post festum nativitatis Bmæ Virginis †). Sacristia adest cum paramentis necessariis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ.

---

*) V. 508. **) V. 509. ***) V. 510. †) V. 511.

§. 334.

Parochia s. Valentini in Endlhausen*).

1. Hæc Parochia est de præsentatione Reverendissimi capituli cathedralis Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Norbertus Winkler, ao. 1734 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula habetur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet 5 flor. Item prædium dotale possit locare pro 7 flor. Item in missis hebdomadalibus habet 2 ℔ dl. In anniversariis et aliis fundationibus similiter 2 ℔ dl., panes primitiales 3 fl.* Adsunt tria alia prædiola (Widdumbs-Güetl), nempe in Bayrnrain, Alt-Kirchen et Geiselzhausen. In decimis fruitur Parochus tertia parte per totam Parochiam**), habet etiam decimas minores. Integri proventus parochiales putantur communibus annis 500 florenos parum posse transcendere. Adsunt plures condecimatores et quidem in Endlhausen colonus in Beigarthen, dictus Ferg, condecimat. In Bayrnrain condecimant monasteria Tegernsee et Dietrambszell. In Eulenschwang condecimat colonus Strasser de Endlhausen, in Sorenhaimb colonus Frimmer ibidem. In Geiselzhausen condecimant rustici loci. In Alt-Kirchen condecimat Beneficiatus ibidem, qui etiam apud colonum Seidl omnes tres partes colligit. In Gempeltshausen et Klein-Eichenhausen condecimat collegium soc. Jesu Monachii. De oneribus Parochiæ legitur in veteri matricula: *Item eadem sua ecclesia est incorporata dicto capitulo Frisingensi pro 7 flor. minus 30 dl. Item Jägergelt Principi 2 flor. Solvit in absenti 18 flor.* Hodie solvit Parochus Reverendissimo capitulo cathedrali in absentiam 6 fl. 25 kr. 2 dl.***), Jäger-Gelt 2 fl., cathedraticum 12 kr. et ad fabricam ecclesiæ cathedr. frising. 30 kr. — Domus parochialis non patitur cum pertinentiis magnos defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 635 inventi sunt.

3. Ecclesia parochialis in Endlhausen habet alias quatuor filiales ecclesias, nempe in Alt-Kirchen, Geiselzhausen, Bayrnrain et Eulenschwang. Adest etiam capella Matris dolorosæ in Berg et alia Christi patientis in Attenhaimb†).

---

*) V. 513. — Vgl. §§. 383. u. 658 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 353. u. 354). D.

) V. 514. *) V. 515.

†) Seit dem Jahre 1807 gehört zur Pfarrey Endlhauſen auch Oberbiberg, ehedem eine Filiale der Pfarrey Thankirchen bei Dietramszell. Zur Paſtorirung der-

4. Ecclesia parochialis communis inter rurales ecclesias structuræ est. Habet quatuor altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Valentini Episcopi martyris, qui hic fidelibus devote eum invocantibus multoties beneficum se exhibet*). In eodem altari asservatur Sanctissimum. — *Altare Bmæ Virginis.* — *Altare ss. Sylvestri, Sebastiani et Nicolai.* — *Altare confraternitatis ss. Rosarii* nondum est consecratum, feriis tamen sextis privilegiatum ratione confraternitatis ss. Rosarii, quæ hic ante 16 annos introducta et archiconfraternitati ad s. Petrum Monachii incorporata fuit et regitur a solo Parocho.

Divina hic peraguntur ordinarie in Dominica tertia, nempe alternando cum ecclesiis filialibus Alt-Kirchen et Bayrnrain; item in festis Bmæ Virginis et Apostolorum, excepto festo ss. Petri et Pauli, ubi divina fiunt in Geiselzhausen. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Laurentii, patrocinium vero in**) festo s. Valentini Episcopi martyris (die 14 Febr.). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sub cura sunt Parochi et Domini hoffmarchialis in Endlhausen, qui est Dominus Abbas Schöfftlariensis. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt nit wüßlich aus Abgang der Kirchen=Rechnungs=Extracten.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Altkirchen.

5. Ecclesia hæc antiquæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis, in quo asservatur Sanctissimum***), altare s. Achatii et altare ss. Barbaræ et Catharinæ virginum martyrum.

Anno 1462 Reverendissimum cathedrale capitulum Frisingense cum vitricis et communitate hujus ecclesiæ B e n e f i c i u m fundavit missæ quotidianæ (excepto uno die per hebdomadem vacante), in ara hujus ecclesiæ majori celebrandæ. Pro sustentatione Beneficiati personaliter residentis data sunt sequentia bona: Klein= und groſſer Zechent zu Gumpeltshauſen, Alt=Kirchen und Klein=Eichenhauſen, und aus dort herumb ligenten Güettern; ein Hof zu Endlhauſen, ein Aigen zu Hochenbrun; ein Hof und Güetl zu Alt=Kirchen; zwey Lechen zu Klein=Eichenhauſen ꝛc. Domus beneficialis cum pertinentiis lignea parum commoda est. Vi decreti sub dato 12. April 1708 secuta est reductio missarum beneficialium in hunc modum: Ob zwar die

---

ſelben iſt ein eigener Cooperator aufgeſtellt, welcher gegenwärtig als Expoſitus zu Kreuzpullach (in der Pfarrey Oberhaching) wohnt und zugleich das dortige Beneficium verſieht. D.

*) V. 516. **) V. 517. ***) V. 518.

Fundation auf eine tägliche Meß deuthet, ſo wollen*) wir jedoch glauben, Ihr würdet Eurem Gewiſſen genug thun, da Ihr wochentlich bey Eurem Beneficio vier heilige Meſſen verrichten und aus diſen ain ſo andere pro fundatoribus applicieren würdet, jedoch daß ihr von denen ybrigen einiges Stipendium einzunemmen keineswegs befugt seyn ſollet. Jus patronatus ad hoc Beneficium competit Reverendissimo capitulo cathedrali Frisingensi. Modernus Beneficiatus est R. D. Jacobus Pachmair, ao. 1705 investitus. Dat pro primis fructibus 6 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.

Divina præter missas beneficiales in hac ecclesia ordinarie fiunt in tertia Dominica, alternando nempe cum ecclesia parochiali et ecclesia Bayrnrain. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Martini, patrocinium vero ad festum s. Margaritæ virginis martyris. In extractibus etiam ratiociniorum hujus ecclesiæ fit mentio *confraternitatis* **) fidelium defunctorum in Alt-Kirchen, quæ cumulative regitur a Parocho et Præfecto electorali in Wolfratshausen. Das Vermögen diſer Bruderſchaft ſoll ſich diſer Zeit yber 600 fl. belauffen. — Aqua baptismalis hic asservatur cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 800 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Geiselzhausen.

6. In hac ecclesia, quæ vilioris est structuræ, altaria sunt duo***): Altare majus, dedicatum in honorem s. Andreæ Apostoli, et altare B^mæ^ Virginis.

Divina solent hic fieri in feria quartà Paschatis et Pentecostes; item infra octavam omnium Sanctorum et in festo s. Corbiniani. Dicitur etiam hic missa hebdomadalis, pro qua juxta acta visitalia de ao. 1707 Parochus recipit 2 fl. 19 kr. et propterea tenetur candelas et vinum pro sacrificio procurare. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur Dominica post festum s. Aegidii, patrocinium autem in festo s. Andreæ. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis necessariis et exiguis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum †) electoralem in Wolfratshausen. Das ganze Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 1200 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis ss. Petri et Pauli in Bayrnrain.

7. Ecclesiæ hujus structura bona et honesta est. Adsunt duo

*) V. 519. **) V. 520. ***) V. 521. †) V. 522.

altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Apostolorum Petri et Pauli, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Ursulæ.

Divina hic solent peragi ordinarie in Dominica tertia, alternando nempe cum ecclesia parochiali et filiali Alt-Kirchen. Item hic dicitur missa hebdomadalis, pro qua Parochus recipit 2 fl. 40 kr., uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707*). Dedicatio incidit in Dominicam post festum exaltationis s. Crucis, patrocinium vero celebratur in festo ss. Apostolorum Petri et Pauli. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri campanæ sunt duæ benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est penes Parochum et Præfectum electoralem in Wolfratshausen. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit 500 fl. betreffen. — Cæteroquin in ratiociniis hujus ecclesiæ fit mentio de confraternitate fidelium defunctorum sicuti supra in Altkirchen. Das Vermögen diſer Armen-Seelen-Bruderſchaft betrüffet dermahlen gegen 200 fl.

Ecclesia filialis s. Georgii martyris in Eulenschwang.

8. Ecclesia paupercula et exiguæ structuræ altare habet unum, in honorem**) s. Georgii martyris dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Udalrici, patrocinium vero celebratur in festo s. Georgii martyris. Item hic dicitur missa hebdomadalis, pro qua Parochus, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707, recipit 2 fl. 19 kr. — Cœmeterium non adest. Sacristia tenet paramenta vix sufficientia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes beſtehet dermalen kaum in 100 fl.

Capella Matris dolorosæ in Berg.

9. Hæc capella a quodam loci rustico propriis expensis exstructa et dotata***) fuit. In ea est unum altare, in honorem Bmæ Virginis dolorosæ erectum, nec tamen ipsa capella nec altare adhuc consecratum est.

Capella Christi patientis in Attenhaimb.

10. Anno 1717 Sebaldus Hort, civis monacensis, in hoc pago ædificavit parvam capellam in honorem passionis Domini, quæ tamen nec benedicta, nec consecrata est.

---

*) V. 523. **) V. 524. ***) V. 525.

§. 335.

Vicariatus parochialis s. Michaelis in Gaissach*).

1. Ex actis ecclesiasticis colligitur, qualiter ao. 1479 Casparus Schmidthauser, ecclesiæ cathedralis Frisingensis Canonicus et Parochus in Königsdorff, ad ecclesiam s. Michaelis in Gaissach Capellanum proprium curatum exposuerit. In veteri matricula ecclesia in Gaissach annumeratur ecclesiis filialibus Parochiæ in Kœnigsdorff, quæ habent proprios Vicarios, unde hodiedum Vicarius parochialis in Gaissach præsentatur a Parocho in Königsdorff seu Tölz. — Modernus Vicarius est R. D. Joannes Simon Thaddæus Schmidt, ao. 1735 perpetuatus. Non solvit primos fructus, bene vero jura cancellariæ 10 florenis**).

2. Redditus hujus Vicarii consistunt in manso, in decimis et in stola. Juxta acta visitalia de 1707 et 1712 Vicarius in loco Gaissach apud octo colonos gaudet integris decimis, in aliis autem locis, vulgo zu der Mühl, Werel, Lechen, Widmoß habet tertiam decimarum partem. Integri proventus hujus Vicariatus communibus annis creduntur 400 florenos conficere. Condecimatores adsunt duo, nempe rusticus in Lechen et rusticus (der Schloßbaur) in Reicherspeurn. Vicarius solvit Widumb-Steur annuatim 1 fl. 4 kr., Jägergelt 36 kr., ad seminarium episcopale 2 fl. — Domus parochialis noviter reparata est, horreum vero et alia reparatione indigerent.

Communicantes novissime 820 inventi sunt.

3. Ecclesiæ in Gaissach annumeratur ecclesia filialis s. Coronæ prope Gaissach***).

4. Ecclesia in Gaissach, pulchre renovata et amœna, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis; altare B^mæ^ Virginis, privilegiatum universaliter singulis diebus Sabbati, ubi imago B^mæ^ Virginis sub titulo pulchræ dilectionis beneficiis clarescit, et altare s. Sebastiani.

Divina in hac ecclesia ordinarie peraguntur singulis diebus dominicis et festivis. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Jacobi, patrocinium vero in festo s. Michaelis Archangeli. —

---

*) V. 527. — Vgl. 385 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 354 u. 355). Seit dem Jahre 1837 führt Gaiſach auch den Namen einer Pfarrey. D.

) V. 528. *) V. 529.

Baptisterium hic adest cum sacris*) oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Tœlz. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes mechte diſer Zeit gegen 3000 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Coronæ prope Gaissach.

5. Ecclesia hæc nunc belle reædificata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Coronæ matronæ et martyris, hic crebris beneficiis claræ, altare s. Annæ et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic fiunt in dedicatione**), quæ incidit in festum s. Leonardi, et in festo patrocinii s. Coronæ martyris (die 14. Maji). Item singulis septimanis hic a Vicario dicitur missa pro annuo stipendio 40 florenorum ab hac ecclesia solvendorum, uti reperitur in actis visitalibus de anno 1707. — Cœmeterium non adest. Sacristia pro nunc tenet paramenta vilia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes eos, penes quos est administratio supradictæ ecclesiæ in Gaissach. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt vorhin zwar gegen mehr als 3000 fl. beſtandten, ſo aber anjetzo durch den neuen Bau mehriſtens consumieret ſeyn wird.

---

§. 336.

Vicariatus parochialis s. Valentini in Hechenberg ***).

1. In veteri matricula ecclesia in Hechenberg annumeratur ecclesiis filialibus Parochiæ in Königsdorff, quæ habent proprios Vicarios, unde hodiedum Vicarius in Hechenberg præsentatur a Parocho in Kœnigsdorff seu Tœlz. Modernus Vicarius est R. D. Martinus Knilling, ao. 1735 perpetuatus. Non solvit primos fructus, bene vero jura cancellariæ 10 florenis.

2. Proventus hujus Vicariatus sumuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula legitur: *Item in fixis redditibus ex in-*

---

*) V. 530. **) V. 531.

***) V. 533. — Vgl. §§. 386 u. 664 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (355 u. 356). Auch das Pfarrvicariat Hechenberg iſt i. J. 1837 als eine Pfarrey erklärt worden. D.

stitutione habet 2 ℔ dl., in anniversariis 3 fl., in missis hebdomadalibus 12 β dl. Item prædium dotale possit colono locari pro 3 fl., confessionalia ad 2 fl., panes primitiales ad 12 β dl. Hodie juxta acta*) visitalia Vicarius in Hechenberg percipit tertiam partem decimarum per totum Vicariatum, excepto uno villico in Razenwinkl nuncupato. Integri proventus hujus Vicariatus non creduntur communibus annis ascendere ad 400 florenos. Condecimatores adsunt plures, nempe die Churfürſtliche Hofkammer, Herr Graf von Preyſing zu Reicherſpeyern, Herr Graf Hörwarth zu Hochenburg, die Klöſter Tegernſee und Dietrambszell, die Gottshäuſer zu Hechenberg, Ellbach, Wackherſperg et s. Sebastiani auf dem Lechen, die Armen-Seelen-Bruderſchaft in Hechenberg, dann der Baur zu Walleithen. De oneribus hujus Vicariatus antiqua matricula ita dicit: *Solvit ab eadem ecclesia pro parte sua 12 flor. Item Jägergelt Principi 5 β dl.* Hodie solvit Vicarius in Hechenberg Parocho in Kœnigsdorff seu Tœlz loco absentiæ annuatim 15 florenos, Widumbſteur 2 fl. 53 kr. 2 dl.**), Jägergelt 42 kr. 2 dl., ecclesiæ in Hechenberg wegen eines Grundſtückhs Züns 1 fl. 53 kr. 2 dl., ad seminarium episcopale 2 fl. — Domus Vicarii cum pertinentiis lignea et non commoda est.

Communicantes in hoc Vicariatu novissime 477 numerati sunt.

3. Ecclesiæ in Hechenberg annumerantur aliæ duæ filiales, nempe in Kirchbüchel et Ellbach.

4. Ecclesia in Hechenberg reparata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Valentini Episcopi martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Corbiniani et Wolfgangi***), et altare (non consecratum) ss. Leonardi, Sebastiani et Sylvestri.

Divina peraguntur in hac ecclesia alternative cum ecclesia filiali Ellbach quoad Dominicas, in diebus autem festivis divina hic fiunt, exceptis illis, qui in filialibus sunt peragendi et infra notati sunt. Dedicatio celebratur in Dominica post festum exaltationis s. Crucis, patrocinium vero in festo s. Valentini Episcopi martyris, die 14. Febr. Item juxta acta visitalia de ao. 1707 Vicarius debet celebrare missam hebdomadalem vel in Ellbach vel in hac ecclesia. Item in hac ecclesia *confraternitas* omnium fidelium defunctorum jam ab antiquo erecta, et denuo authoritate ordinaria confirmata, archiconfraternitati ad s. Laurentium in aula†) veteri Monachii incorporata fuit. Est sub administratione Vicarii parochialis et Præfecti electoralis in Tœlz. Das Vermögen diſer Bruederſchaft belauffet ſich diſer Zeit gegen 1500 fl. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis competentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Hujus ecclesiæ proventus administrantur a Vicario loci et

*) V. 534. **) V. 535. ***) V. 536. †) V. 537.

Præfecto electorali in Tœlz. Das Vermögen diſes Gottshaüſes ſolle diſer Zeit bey 1500 fl. betragen.

Ecclesia filialis ss. Petri et Pauli in Kirchbüchel.

5. Ecclesia ista honestæ structuræ habet altaria duo*): Altare majus, dedicatum in honorem ss. Petri et Pauli Apostolorum, et altare s. Georgii.

Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ celebratur in Dominica secunda Septembris, et in festo patrocinii ss. Apostolorum Petri et Pauli, item in festis ss. Georgii, Philippi et Jacobi, Joannis et Pauli, Corbiniani, Catharinæ, Nicolai Episcopi, Innocentium, Sylvestri. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis necessariis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum eadem est sicut ecclesiæ in Hechenberg. Das Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 2000 fl. betreffen**).

Ecclesia filialis s. Martini in Ellbach.

6. Ecclesia hæc honestæ structuræ altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, et altare B^mæ Virginis.

Divina hic ordinarie fiunt in Dominicis alternando cum ecclesia in Hechenberg, item in festis Resurrectionis Domini, Cœnæ Domini, annunciationis et visitationis B^mæ Virginis, s. Jacobi Apostoli. Dedicatio incidit in Dominicam primam Octobris, patrocinium autem ad festum s. Martini. — Aqua baptismalis in hac ecclesia solet asservari. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia***). In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — In ratiociniis hujus ecclesiæ fit mentio de *confraternitate* fidelium defunctorum. Est sub cumulativa administratione Vicarii in Hechenberg et Præfecti electoralis in Tölz. Diſer Bruderſchaft Vermögen beſtehet gegen 400 fl. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium in Hechenberg et Præfectum electoralem in Tölz. Das Vermögen ſolle diſer Zeit yber 1400 fl. betragen.

*) V. 538. **) V. 539. ***) V. 540.

§. 337.

Vicariatus parochialis s. Jacobi in Lenggries *).

1. Ecclesia in Lenggries juxta veterem matriculam jure filiali spectat ad ecclesiam parochialem in Königsdorff seu Tœlz. Vicariatus in Lenggries est de præsentatione Parochi in Kœnigsdorff seu Tœlz; jus tamen nominandi duos idoneos presbyteros, ex quibus unum dictus Parochus Episcopo præsentare debet, ob magna in præsentem ecclesiam merita, vigore decreti de dato 4. Maji 1724 illustrissimo Domino Ferdinando Josepho Comiti de Hörwarth in Hochenburg et successoribus ejus fuit concessum**). Modernus Vicarius est R. D. Mathias Polz, ss. theol. Lic., ao. 1735 perpetuatus. Non solvit primos fructus, bene vero jura cancellariæ 10 florenis.

2. Proventus hujus Vicariatus sumuntur ex manso, nec non ex decimis, quæ juxta***) acta visitalia de ao. 1707 recipiuntur de hordeo, pisis, fabis et caulibus, et ex stolæ accidentiis. Decimas principales colligunt illustrissimus Dominus Comes de Hörwarth in Hochenburg, Parochus Tölzensis et Beneficiatus in Reicherspeurn. In veteri matricula de proventibus Vicariatus hujus ita habetur: *In fixis redditibus ab ecclesia 3 β dl. Item decimas frumentorum æstimat ad 9 fl. Item habet collecturam butyri sive saginimis, quam æstimat ad 60 libras saginimis, item collecturam avenæ et pabuli valoris 2 Schäffel. Panes primitiales æstimat ad 2 fl. Item remedia exigit Vicarius in Tölz, solvit sibi deponenti pro funere 15 kr. etc. Confessionalia ad 4 flor. Stolam ad 2 fl. Item prædium dotale possit locare pro 6 flor.* Integri proventus cum stolæ accidentiis putantur extra plures fundationes speciales communibus annis bene ascendere posse ad 400 florenos. Adest etiam Cooperator, ad cujus sustentationem etiam ecclesia concurrit ex fundatione supradicti†) Domini Comitis de Hörwarth, et Vicarius debet Parocho in Königsdorff seu Tölz absentiæ loco præstare annuatim 15 florenos, ad seminarium episcopale 3 fl. — Domus vicarialis

---

*) V. 541. — Vgl. §§. 91 n. III. 389 u. 667 und die tabellar. Diöceſanbeſchr. (S. 357 — 359). D.

**) Durch die i. J. 1837 erfolgte Anerkennung des Vicariates Lenggries als einer förmlichen Pfarrey iſt bezüglich der Weiſe, das Patronatsrecht auszuüben, keine Veränderung herbeygeführt worden. Der zur Verſehung dieſer Pfarrey erforderliche Klerus beſteht in einem Pfarrer und in drey Hülfsprieſtern. Die letzteren führen, obgleich der Pfarrhof zu Lenggries ſchon lange aufgehört hat, ein Diöceſanprieſterhaus zu ſeyn, doch noch den Namen „Curaten". D.

***) V. 542. †) V. 543.

noviter exstructa valde commoda est et defacto servit pro domo petrina, de qua videatur volumine I. fol. 663 (§. 91. n. III.).

Communicantes hujus Vicariatus novissime 1793 numerati sunt.

3. Ecclesia in Lenggries alias non habet ecclesias filiales adjunctas, nisi aliquas capellas, nempe Bmæ Virginis in cœmeterio, s. Dionysii ad fontem, sepulchri Christi in monte Calvariæ, s. Joannis Baptistæ in arce Hochenburg, s. Antonii de Padua, ss. Sebastiani et Rochi, Bmæ Virginis in der vordern Riß et Bmæ Virginis in der hintern Riß, capellam Bmæ Virginis auf dem Fall.

4. Ecclesia in Lenggries, inter rurales*) multum excellens et magnifica, altaria habet quinque: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Jacobi majoris. Hic asservatur Sanctissimum et præter particulam s. Crucis colitur etiam corpus s. Innocentii martyris (nom. attribut.). Idem altare privilegiatum est omni feria secunda pro defunctis ex confraternitate fidelium defunctorum hic introducta et Monacensi ad s. Laurentium in aula veteri incorporata, quæ regitur per proprium magistratum. *Altare Bmæ Virginis.* — *Altare Matris dolorosæ.* — *Altare s. Michaelis.* — *Altare s. Sebastiani martyris.*

Divina in hac ecclesia peraguntur quotidie, præsertim hoc tempore, quo in hoc loco extat domus petrina, in qua ad minimum præter Vicarium et Cooperatorem**) semper quatuor alii sacerdotes solent commorari. Alias autem divina hic habentur omni die dominica et festiva per annum. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium in festo s. Jacobi majoris. — Anno 1692 illustrissimus Dominus Ferdinandus Josephus Comes de Hörwarth in Hochenburg, parentis sui Joannis Wilhelmi voluntatem executus, fundavit missam matutinalem, singulis diebus dominicis in hac ecclesia per Cooperatorem dicendam, assignata summa capitali 1500 florenorum, de cujus annuo censu satisfit pro debito stipendio et paramentis. Cæteroquin cum supra laudatus illustrissimus Dominus Comes de Hörwarth ecclesiam hanc magnis expensis reædificaverit et insuper ad fabricam domus vicarialis mille florenos contulerit, oneratus fuit Vicarius ad anniversarium***) et missas angariales juxta mentem dicti illustrissimi Comitis peragendas, de quibus videatur instrumentum confirmationis de dato 14. Jan. 1728†).

In hac insuper ecclesia sepulturam habent Domini Comites de Hörwarth in Hochenburg, qui revera sunt magni benefactores hu-

---

*) V. 544. **) V. 545. ***) V. 546.

†) Die Zahl der Wochen-, Jahrtags-, Meſſen- und anderer Andachts-Stiftungen iſt in der Pfarrey Lenggries außerordentlich groß. D.

jus ecclesiæ. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam amplum cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis valde decoris, etiam pretiosis. In turri sunt quinque campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium parochialem et Dominum hoffmarchialem in Hochenburg, qui est Dominus Comes de Hörwarth. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle diſer Zeit gegen 8000 fl. betreffen*).

Capella Bmæ Virginis in cœmeterio.

5. Hæc capella, in cœmeterio prope ecclesiam majorem sita, altare habet unum, dedicatum in honorem Bmæ Virginis auxiliatricis, quæ hic a quadringentis jam annis beneficiis clarescit, ob quæ in eadem capella multæ celebrantur missæ votivæ. Idem altare diebus sabbatinis privilegiatum est pro confraternitate der marianiſchen Liebsverſammlung, hic juxta normam illius introducta, quæ habetur in ecclesia parochiali s. Petri Monachii.

Capella sepulchri Christi in monte Calvariæ.

6. Illustrissimus Dominus Comes Ferdinandus Josephus de Hörwarth, devotione erga passionem Domini incensus, in monte non procul a pago Lenggries distante erexit tres cruces et in media earum**) statuam Christi crucifixi cum statuis Bmæ Virginis et Joannis Evangelistæ ex cupro factis. Ad latus capella est et in ea altare sepulchri Domini, ubi plures per annum votivæ missæ celebrantur super portatili. Hanc capellam dotavit supra laudatus Dominus Comes et gazophylacium solet aperiri præsente Vicario parochiali. Item in montis ascensu aliæ sunt sitæ sex capellulæ, in quibus repræsentantur mysteria dominicæ passionis.

Capella s. Dionysii ad fontem.

7. Hæc capella in honorem s. Dionysii Episcopi martyris consecrata unum habet altare, in honorem dicti Sancti dedicatum. Divina hic solent fieri in dedicatione, quæ celebratur in Dominica secunda post festum s. Michaelis***), item in festo patrocinii s. Dionysii et in festo s. Leonardi. Cœmeterium non adest, nec sacristia propria. Paramenta asservantur in arce Hochenburg. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Curam proventuum hujus capellæ gerit Vicarius parochialis et Dominus arcis Hochenburg. Das Vermögen diſer Capellen ſolle diſer Zeit gegen 900 fl. betragen.

Capella in arce Hochenburg†).

8. Hanc capellam, postquam sacellum s. Joannis Baptistæ et

---

*) V. 547. **) V. 548. ***) V. 549.

†) Eine kurze Geſchichte des Schloßes Hohenburg nebſt einer Abbildung deſſelben findet man in dem vaterländiſchen Magazin, Jahrg. 1839. S. 232. D.

s. Catharinæ in veteri arce Hochenburg unacum ipsa arce incendio destructum fuit, in sua nova arce magnifice exstruxit illustrissimus Dominus Ferdinandus Josephus Comes ab Hörwarth. In capella et in crypta sunt*) altaria consecrata quatuor, et quidem in capella ad modum lauretanæ exstructa altare est in honorem B^mæ^ Virginis annunciatæ dedicatum. Prope hoc altare conspiciuntur imagines ss. Joannis Baptistæ et Catharinæ virginis martyris, qui sunt patroni primarii sacelli veteris in arce Hochenburg. In crypta tria reperiuntur altaria, Nativitatis Domini, s. Josephi et ss. trium Regum. — Dedicatio hujus capellæ et cryptæ celebratur in Dominica secunda post festum s. Michaelis Archangeli. Celebrantur etiam hic patrocinia s. Joannis Bapt. et s. Catharinæ virginis martyris.

Ad altare capellæ arcis Hochenburg sæpedicti illustrissimi Domini Comitis avus fundavit missam hebdomadalem, diebus Mercurii per Vicarium parochialem celebrandam. Dantur eidem**) Vicario ex redditibus arcis Hochenburg annui 30 floreni.

Anno 1695 idem illustrissimus Dominus Comes Ferdinandus Josephus *(de Hœrwarth)* fundavit Beneficium sex missarum hebdomadalium in hac capella dicendarum. Pro fundo assignavit præter domum pro habitatione Beneficiati summam capitalem 5000 florenorum, de cujus censibus satisfit Beneficiato, qui debet esse curatus. Jus patronatus reservavit fundator Ihme, ſeinen Erben und Nachkommen, auch allen Inhabern des Guetts Hochenburg. Modernus Beneficiatus est R. D. Franciscus Donauer, ao. 1702 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos***).

Sacristia hujus capellæ instructa est paramentis decoris et pretiosis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Habentur etiam propria ratiocinia super redditus hujus capellæ†), und ſolle ſich das Vermögen dieſer Schloß-Capellen gegen 700 fl. belauffen.

Capella s. Antonii de Padua auf der Wegschaidt.

9. Hæc capella non consecrata & tempore grassantis pestis

---

*) V. 550. **) V. 551.

***) Nachdem während des ſpaniſchen Succeſſionskrieges das Schloß Hohenburg abgebrannt war, wurden die Ferdinand Hörwarthiſchen Meſſen durch einen Manual-Beneficiaten in der Hörwarthiſchen Hauscapelle zu München geleſen. Joh. Mich. Hörwarth, Graf zu Hohenburg, hat daher in ſeinem Teſtamente vom 9. Jun. 1763 die Stiftung eines neuen Beneficiums nach Hohenburg angeordnet; dieſelbe kam jedoch (i. J. 1776) nur in der Weiſe zu Stande, daß der Beneficiat verpflichtet wurde, die Mich. Hörwarthiſchen Meſſen in der Gräflich-Lerchenfeldiſchen (früher Hörwarthiſchen) Hauscapelle in München zu leſen, wogegen das Ferdinand-Hörwarthiſche Beneficium wieder nach Hohenburg zurückverlegt wurde. D.

†) V. 552.

exstructa habet altare unum, in honorem s. Antonii de Padua erectum. Celebrantur in ejusdem die festo hic divina. Administrantur proventus hujus capellæ a Vicario parochiali et Domino hoffmarchico in Hochenburg. Das Vermögen dieſer Capellen ſolle dermahlen 250 fl. betragen.

Capella ss. Sebastiani & Rochi.

10. Hæc capella, tempore sævientis pestis*) in honorem ss. Sebastiani & Rochi ædificata, non est consecrata, nec in ea celebratur, habet tamen ratiocinia propria sub administratione........ Das Vermögen diſer Capellen ſolle gegen 500 fl. ausmachen.

Capellæ duæ in der Riss.

11. Adsunt in der forderen und hinteren Riß duæ capellæ, in honorem Bmæ Virginis erectæ, in quibus subinde celebratur super ara mobili juxta licentiam episcopalem sub dato 14 Jul. 1710 obtentam**).

Capella Bmæ Virginis auf dem Fall.

12. Hæc capella in honorem Bmæ Virginis auf dem ſogenannten Fahl habitantibus exstructa & dotata, nec non bonis paramentis provisa fuit. Capella ipsa benedicta est, et in ea de licentia episcopali sub dato 25 Aug. 1734 super ara mobili celebratur missa.

---

§. 338.

Parochia Bmæ Virginis in Minsing***).

1. Anno 1355 inter Albertum II. Episcopum Frisingensem consentiente cathedrali capitulo et inter Conradum Præpositum & con-

---

*) V. 553.

**) Für die hintere Riß, welche bereits auf Tyroliſchem Gebiete liegt, ſind im Laufe des achtzehnten Jahrhunderts mehrere Stiftungen zur Begründung einer eigenen Curatie gemacht und mit dem Prieſterhauſe bey St. Anton nächſt Partenkirchen vereiniget worden. Anfangs verſah dieſe Stelle ein im Sommer von Partenkirchen aus dahin excurrirender, ſpäter ein exponirter Curat. Seit dem Jahre 1814 iſt die hintere Riß von dem Verbande mit der Pfarrey Lenggries und mit der Diöceſe Freyſing getrennt und gehört zum Bisthum Brixen. In neueſter Zeit mußten auch alle dahin gehörigen Stiftungsfonde extradirt werden.
D.

***) V. 555. — Vgl. §§. 390 u. 668 und die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 359 u. 360). — Bey der Organiſation der Kloſterpfarreyen ſind mit der Pfarrey Minſing die ehemaligen Vicariate Berg und Tegerndorf vereiniget wor-

ventum Beurbergensem ordinis s. Augustini Canonicorum regularium facta est certa permutatio, vi cujus hæc Parochia unita fuit dicto monasterio Beurbergensi etiam cum facultate exponendi Vicarium regularem. Instrumentum permutationis recensetur in historia Frisingensi ad acta Alberti II. fol. 152, ubi etiam dicitur, hanc permutationem authoritate Apostolica fuisse confirmatam, et Vitum Adamum Episcopum Frisingensem primarias commutationis litteras fide publica deinceps transsumpsisse. In veteri matricula ad propositum sequentia leguntur: *Baldasser Stauner Provisor ad nutum amovibilis parochialis ecclesiæ Beatæ Virginis in Minsing. Item habet ejusdem*) ecclesiæ locationem ad 6 annos a Præposito in Beurberg pro 32 (fl.) annuæ absentiæ. Idem Præpositus colligit decimas majores in Minsing valoris 30 flor.* — Modernus Vicarius parochialis est R. P. Zeno Zaisberger, ss. theologiæ Doctor, Canonicus regularis, in monasterio Beurbergensi professus.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. De his legitur in antiqua matricula: *In fixis redditibus ex institutione habet 7 flor. minus 30 kr. Item in anniversariis, missis hebdomadalibus & aliis fundationibus 7 flor. 15 dl. Item prædium dotale possit locare colono pro 6 flor. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 22 flor., minores ad 2 fl. Confessionalia æstimat ad 18 β. dl., item panes primitiales ad 3 fl.* — Econtra de hac Parochia solvitur annuatim Jäger-Gelt 1 fl. 12 kr., ſogenanntes Prieſterſchafts-Gelt zum Landtgericht Wolfratshauſen 12 kr., von zweyen herbey**) gekauften Gründen ainfache Steur 1 fl. 30 kr. (uti hæc omnia notantur in actis visitalibus de ao. 1707), item ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 12 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis frising. 12 kr. Adest etiam Cooperator, Canonicus regularis ex supradicto monasterio expositus. — Domus parochialis cum pertinentiis indigeret reformatione.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 896 fuerunt reperti.

3. Ecclesia parochialis in Minsing habet alias quinque ecclesias filiales, nempe in Schallnkhaimb, Hechenrain, Staudach, Holzhausen, Weippertshausen, et capellas unam in arce et alteram prope arcem Amerlandt.

4. Ecclesia parochialis in Minsing, inter rurales firmioris & melioris structuræ, altaria habet tria***): *Altare majus* est dedicatum in honorem B[mæ] Virginis & ss. Joannis & Pauli martyrum. In eo asservatur Sanctissimum. Ipsum etiam altare privilegiatum est sin-

den, welche jetzt mit dem Beneficium in Eurasburg den Bezirk der Expoſitur Tegerndorf bilden. D.

*) V. 556. **) V. 557. ***) V. 558.

gulis Sabbatis universaliter pro defunctis. Insuper in hac ara exposita colitur statua B^{mæ} Virginis, pluribus et insignibus beneficiis celebris. Item in hac ara pro fundatoribus applicanda est missa menstrua, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1707. *Altare ss. Josephi & Sebastiani.* — *Altare ss. Achatii & Augustini.*

Anno 1675 in hac ecclesia introducta fuit *confraternitas* s. Josephi, pro qua ara ejusdem Sancti singulis feriis secundis privilegiata est*). Ipsa autem confraternitas regitur per Vicarium parochialem sub directione Præpositi Beurbergensis.

Divina hic peraguntur singulis diebus dominicis & festivis, nisi processiones incidant in præfatos dies. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Matthæi, patrocinium autem celebratur in festo assumptionis B^{mæ} Virginis, et in festo ss. Joannis & Pauli, quo die plurimæ huc fiunt vicinorum processiones. — Item vi veteris matriculæ *in ecclesia Minsing prædicta Primissaria fundata ad altare decem millium martyrum* (nempe s. Achatii, de quo supra) *de præsentatione Præpositi monasterii in Beilberg, valoris 24 tl. dl.* De hac Primissaria seu fundato Beneficio hoc tempore nihil constat, nisi quod in prædicto altari celebrentur et ad intentionem fundatorum etiamnum applicentur duæ missæ hebdomadales**). — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Præpositum Beurbergensem. Das völlige Vermögen diſes Pfarr-Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 400 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Castuli in Schallnkhaimb.

5. Ecclesia ista bonæ structuræ tria altaria habet: Altare majus, in honore s. Castuli martyris dedicatum, altare B^{mæ} Virginis sine labe conceptæ***) et altare s. Magdalenæ.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Magdalenæ, et in festo patrocinii s. Castuli martyris, item in festo ss. Innocentium martyrum & præsertim etiam in festo s. Magdalenæ, ubi ad hanc ecclesiam solet fieri magnus concursus populi. Item hic peragitur missa menstrua ad intentionem fundatorum. — Cœmeterium hic non adest. Sacristia habet paramenta competentia. In turri campanæ sunt duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis & Domini hoffmarchialis in Euraspurg, qui defacto est Dominus Comes de Hörwarth. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle ſich yber 6000 fl. belauffen.

*) V. 559. **) V. 560. ***) V. 561.

Ecclesia filialis ss. Joann. Bapt. & Evang. in Hechenrain).*

6. Ecclesia hæc renovata habet unum altare, in honorem ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ consecratum, in quo etiam solet asservari Sanctissimum. Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ celebratur in Dominica ante festum omnium Sanctorum, item in patrocinio ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ; item ordinarie in Dominica tertia, reliquis autem Dominicis in Holzhausen. Item in feria II. Pentecostes & in festo s. Stephani & ss. Innocentium martyrum etiam hic divina peraguntur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ**). — Cura proventuum hujus ecclesiæ gerit Præpositus Beurbergensis. Diſes Gottshauſes weniges Vermögen wirdet diſer Zeit kaum 150 fl. betragen.

Ecclesia filialis ss. 14 Auxiliatorum in Staudach.

7. Ecclesia hæc modicæ, sed honestæ structuræ unum habet altare, in honorem ss. 14 Auxiliatorum dedicatum. Divina hic solent fieri in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ultimam Augusti, et festo patrocinii, quod celebratur in festo s. Viti martyris. Cœmeterium proprium non adest, licet ecclesia circumdata sit area sine tamen sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub***) cura Beneficiati & electoralis administratoris in arce Amerlandt. Qua de re vide decretum de dato 5. Mart. & 27 Junii 1731. Das Vermögen diſes Gottshauſes iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich, ſolle doch nit wenig ſeyn.

Ecclesia filialis ss. Joannis Baptistæ & Georgii in Holzhausen.

8. Ecclesia hæc, in sublimi colle prope lacum vermium sita, tres habet aras: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis Baptistæ & Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum†), altare B^mæ^ Virginis immaculatæ & altare ss. Andreæ, Stephani et Laurentii. Divina hic fiunt ordinarie in duabus Dominicis & tertia Dominica in Hechenrain. Item hic fiunt divina in diebus festivis. Dominica prima Sept. celebratur dedicatio, patrocinium autem in festis ss. Joannis Baptistæ & Georgii martyris. Cœmeterium adest amplum cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia. Turris continet campanas duas benedictas. Curam proventuum hujus ecclesiæ gerit Præpositus Beurbergensis. Das Ver-

---

*) V. 562. — Zur Paſtorirung der Filialen Hechenrain und Holzhauſen iſt jetzt dem Pfarrer von Minſing ein eigener im Pfarrhofe wohnender Cooperator beygegeben. D.

) V. 563. *) V. 564. †) V. 565.

mögen diſes Gottshauſes*) iſt wenig und wirdet diſer Zeit kaum 150 fl. erraichen.

Ecclesia filialis s. Colomani in Weippertshausen.

9. Ecclesia hæc, in colle sita & honestæ structuræ, tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis, ss. Colomani martyris & Francisci Seraphici, altare ss. Benedicti, Bernardi & Walburgis virginis & altare ss. Michaelis Archangeli, Oswaldi & Claræ virginis. Divina hic peraguntur ordinarie per menstruum missæ sacrificium. In festo s. Michaelis ad hanc**) ecclesiam fit magnus concursus. Dedicatio incidit in Dominicam post Ascensionem Domini, patrocinium in festo s. Colomani martyris. Cœmeterium hic nullum est. Sacristia habet paramenta pauca et necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Curam proventuum hujus ecclesiæ gerunt Vicarius parochialis & Dominus hoffmarchialis in Euraspurg. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wird der Zeit gegen 2700 fl. ausmachen.

Capella ss. trium Regum in Amerlandt.

10. Capella hæc veteris arcis Amerlandt, humilis structuræ, habet unum altare, in honorem trium Regum dedicatum. — In hac capella ao. 1682 illustrissimus***) Dominus Georgius Conradus Liber Baro de Lerchenfeld instituit, vel potius a progenitoribus suis jam antea institutum perfecit B e n e f i c i u m, vi cujus Beneficiatus actu residere & singulis Dominicis & festivis diebus missam celebrare, summatim autem missas quinque hebdomadales dicere tenetur. Confirmationem impertivit Serenissimus Albertus Sigismundus Episcopus Frisingensis. Recipit Beneficiatus ex censibus summarum capitalium ad hunc *(finem?)* destinatarum annuatim 156 flor. Item gaudet additione 24 florenorum, lignis necessariis & habitatione cum horto, quæ conservatur a capella. Jus patronatus fuit reservatum des Herrn Stüfters männlichen Descendenten, allwegen dem Eltiſten, auf deren Abgang aber deſſen vi testamenti ſubſtituirten Erben. Habet tamen Serenissimus Elector Coloniensis Clemens Augustus, tanquam modernus†) possessor hoffmarchiæ Amerlandt, jus recommendandi sacerdotem ad hoc Beneficium præsentandum. Modernus Beneficiatus est R. D. Felix Henricus Planner, ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus 6 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl. Hæc capella cæteroquin est provisa paramentis sufficientibus. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Curam proventuum hujus ecclesiæ gerit Beneficiatus & administrator arcis Amerlandt. Das Vermögen diſer Capellen iſt aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

*) V. 566. **) V. 567. ***) V. 568. †) V. 569.

Capella in nova arce Amerlandt.

11. In nova arce ad litus lacus vermium exstructa adest etiam capella cum altari, uti denotat artificiosa ejusdem pictura, in honorem trium Regum erectum*). Celebratur subinde super portatili. Non adsunt paramenta propria.

---

§. 339.

Parochia B^mæ Virginis in Schöfftlarn**).

1. Hæc Parochia providetur per unum ex Canonicis Præmonstratensibus ad libitum Abbatis monasterii Schöfftlariensis, de quo actum est in primo volumine fol. 457 (§. 47).

2. Ad ingressum ecclesiæ conventualis extitit olim a latere ecclesia antiqua parochialis, quæ una cum veteri conventuali nunc est destructa & parochialia transferentur in novam ecclesiam conventualem nondum perfectam. Interim tamen erecta est aula seu oratorium pulchrum & amplum cum aliquibus altaribus, ubi divina et etiam parochialia peraguntur, missæ super portatilibus celebrantur, Sanctissimum asservatur & etiam corpus s. Adriani (nom. propr.). In eodem oratorio adest etiam baptisterium cum sacris oleis.

3. Communicantes hujus Parochiæ novissime 1111 numerati fuerunt***).

4. Ecclesia parochialis in Schöfftlarn habet octo ecclesias filiales, nempe in Hochenschöfftlarn, Paidbrun, Neufarn, Perchen, Zell, Irschenhausen, Strasslach & s. Udalrici in campo.

Ecclesia filialis ss. Trinitatis in Hochenschöfftlarn.

5. Ecclesia hæc eleganter reædificata & reparata altaria habet tria: Altare majus, consecratum ss. Trinitati, in quo asservatur Sanctissimum, altare Matris dolorosæ & altare s. Sylvestri.

---

*) V. 570.

**) V. 571. — Vgl. die tabellariſche Diöceſanbeſchreibung (S. 361 u. 362), das oberbayer. Archiv (III. 42 — 45), J. B. Graf's u. Vinc. Müllers Beſchreibungen der bayerſchen Bäder ꝛc. — Bey der Organiſation der Pfarrey Scheftlarn wurde die Filiale Straßlach an die Expoſitur Dingharting in der Pfarrey Deining und die Filiale Percha an die Pfarrey Starnberg, Bisthums Augsburg, abgegeben. D.

***) V. 572.

Res divina per unum ex Patribus Schöfftlariensibus hic peragitur aliquibus Dominicis per annum, item in festis ss. Sebastiani, Georgii & Sylvestri. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi*). Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. In sacristia sunt paramenta decentia, in turri campanæ duæ benedictæ. Curam proventuum hujus ecclesiæ gerit Abbas Schöfftlariensis tanquam Dominus hoffmarchialis. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 600 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Paidbrun.

6. Ecclesia satis eleganter reædificata altaria habet tria: Altare majus, consecratum in honorem ss. Petri & Pauli, in quo asservatur Sanctissimum**), altare s. Joannis Nepomuceni & altare s. Leonardi Abbatis. Divina hic ordinarie fiunt per unum ex Patribus Schöfftlariensibus singulis diebus dominicis et in festis ss. Apostolorum. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Michaelis. Cœmeterium hic habetur satis amplum. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Cura proventuum hujus ecclesiæ est etiam penes Abbatem Schöfftlariensem, qui etiam est Dominus hoffmarchicus. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes ſolle dieſer Zeit ſich gegen 1000 fl. belauffen***).

Ecclesia filialis ss. Martini & Rochi in Neufahrn.

7. Ecclesia modicæ structuræ habet altare unum, in honorem ss. Martini & Rochi dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam II. post festum s. Bartholomæi, et in festo s. Martini Episcopi, item in feria III. Paschatis & Pentecostes et infra octavam Corporis Christi. Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. In sacristia sunt solum paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Proventus hujus ecclesiæ pariter administrat Abbas Schöfftlariensis tanquam Dominus hoffmarchicus. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes wirdet diſer Zeit gegen 200 fl. ſich belauffen†).

Ecclesia filialis ss. Valentini & Achatii ac sociorum martyrum in Perchen.

8. Ecclesia modica, ad lacum vermium in extremitate Diœcesis sita, habet altaria duo: Altare majus, erectum in honorem s. Valentini Episcopi martyris, et altare s. Achatii ac sociorum mar-

---

*) V. 573.

**) V. 574. — Ueber Paidbrunn, d. i. Bayerbrunn ſehe man Lipowskys Urgeſchichte von München (I. 31 u. 32) und den zweyten Jahresbericht des hiſtoriſchen Vereines von und für Oberbayern (für d. J. 1839) S. 50 — 55. D.

***) V. 575. †) V. 576.

tyrum. Divina hic fiunt in festis Nativitatis & Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, Dominica & feria II. Paschatis; item feria sexta ante Dominicam palmarum, in festo Pentecostes, in festis purificationis B[mæ] Virginis, Sanctorum omnium, s. Thomæ & Joannis Evangelistæ, s. Valentini Episcopi martyris & Achatii ac sociorum martyrum*) et in die commemorationis fidelium defunctorum. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Udalrici. — Notandum hic est ex actis visitalibus de ao. 1707, infantes pro baptismo & pueros ex hoc loco pro audienda catechesi mitti ad Parochum Starnbergensem Diœcesis Augustanæ, qui etiam moribundis hic sacramenta administrat ex conventione cum Abbate Schœfftlariensi. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. In sacristia sunt paramenta pauca & necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Abbas Schœfftlariensis hic etiam administrat proventus hujus ecclesiæ tanquam Dominus hoffmarchiæ. Das Vermögen diſes Gottshauſes wirdet dermalen gegen 200 fl. betreffen**).

Ecclesia filialis s. Michaelis in Zell.

9. Ecclesia renovata tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, altare s. Raphaelis Archangeli & altare s. Angeli custodis. Res divina hic peragitur in dedicatione, quæ coincidit cum festo patrocinii s. Michaelis Archangeli. Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. In sacristia sunt paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Proventus hujus ecclesiæ curantur a Domino hoffmarchiæ, Abbate Schöfftlariensi. Das völlige Vermögen diſes Gottshauſes***) ſolle diſer Zeit gegen 300 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Barbaræ in Irschenhausen.

